



2
6
161
















# NOMOTHESIA
Romano-Germanica
*seu*
# DIATRIBA
Historico-Politico-Juridica
*De*
# CONSTITU-TIONIBUS PRIN-CIPUM.


*In qua*
De antiquis & recentioribus Legibus & Constitutionibus, earum origine, definitione, antiquâ & hodiernâ Lege Regiâ, jurisdictione, regalibus, speciebus, interpretatione, Imperatoribus, eorumque Epochis & sæculis, Recessibus hodierni Imperii Romano-Germanici, ejusque Legibus fundamentalibus, &c.
*Generaliter & methodicè tractatur; ab inaugurali disputatione omnia aucta variè, aut innovata.*

*AUTORE*
GEORGIO CHRISTOPHORO STIRNIO
NORIBERGENSE, JURIS UTRIUSQUE DOCTORE, ET CONSILIARIO HANOICO.



Cum Indice quadruplici, *primo* titulorum, partium, & paragraphorum: *secundo* quæstionum, post dedicationem in frontispicio: *tertio* & *quarto* post calcem, *priori* Autorum, *posteriori* rerum & verborum.

*ARGENTORATI,*
Typis & Sumptibus JOANNIS FRIDERICI SPOOR.
*Anno M DC LXV.*





*SERENISSIMIS AC CELSISSIMIS PRINCIPIBVS AC DOMINIS*

DN. LEOPOLDO LVDOVICO
DN. CHRISTIANO } Fratribus
DN. IOHANNI CAROLO } Germanis

Comitibus Palatinis ad Rhenum, Ducibus Bavariæ, Comitibus Veldentinis ac Spanheimensibus &c.

*Principibus ac Dominis meis Clementissimis*

Vita, Salus, Gloria!

## SERENISSIMI ATQVE CELSISSIMI PRINCIPES

*Principes ac Domini Clementissimi.*



Um Principibus non nisi certò & opportuno tempore locoq; , cum DEO OPT. MAX. verò omni momento & ubique licitum est sermocinari. Cùm inter mortales ex parvis obscurisque subditis infimo cuidam servo in casu necessitatis Dominum suum liberrimè adeundi & alloquendi venia impetretur, eam certè felicitatem inter summas collocabit gratias opesque: *cum illuxerit facies Regis, erit vita, & benevolentia ejus erit veluti nubes effundens serotinam pluviam*, ait Salomon *Prov. c. 16. v. 15.* Christianorum verò privilegium (quo, in omnibus calamitatibus & periculis, ad *Dominum Dominantium, Regum ac Regnorum Præsidem ac Custodem*, omni momento confugere non solùm licentiam habent, sed etiam mandantur ac jubentur: *quærite faciem meam*, loquitur DEUS ex ore

ore Davidis, *Psalm. 27. vers. 8.)* Christianorum, *inquam*, quasi triumphantium *Patris cœlestis* filiorum heredumque cœleste hoc perfugium, omnia totius mundi bona, quantacunque fuerint, & ex iis magnorum Principum gratiam tanti à mortalibus semper æstimatam, longè præponderare norunt ac fatentur illi, quorum animæ cœlestem nectarii roris suavitatem, damnato rerum humanarum absynthio, à *Spiritu S.* illuminati degustarunt.

Quare cum mihi utrumque, *id est*, Vobiscum, *Serenissimi ac Celsissimi Principes, Domini mei Clementissimi*, quocunque tempore & loco sermones miscere divinus indulgentiæ vestræ genius permiserit, meritò id in eò majori felicitatis meæ humanæ sorte positum esse reputo, quò major hæc est gratia vestra. Quâ in re mitissimam naturam vestram, mortale certè fastigium supergressam (quâ DEUM ipsum imitamini, & *Germanicum* sequimini, qui alium spe, alium gloriâ, cunctos alloquio & curâ sibi firmabat) summâ animi devotione admiror, mihique propterea singulariter gratulor. Sed ut olim industrius pictor velo obumbravit, quod penicillo exprimi posse desperabat: sic ego eximias *Serenissimarum Celsitudinum vestrarum* dotes omni voce, omni laudatione meâ sublimiores, religioso silentio venerabor: hoc unicum

tamen, inter cultores veſtros gradu & cenſu plurimis impar, nequaquam reticebo, quòd non de trivialibus, ſed ad ſtudia & decora humani generis, ſtatum Boni publici bene formandum gerendumve, aliiſque ad civilem prudentiam pertinentibus rebus, colloquia ſæpius mecum inſtituere conſueveritis, & quemadmodum *REX cæli & terræ* immenſam hanc Rempublicam ac Civitatem, quæ ex rerum univerſitate & præſertim ex humano conſtat genere, optimè regit & gubernat, & diverſas disjunctasque hominum voluntates ad conſervationem refert eorum, quibus præeſt, idque quia ipſa ſapientia, prudentia ac ratio eſt DEUS immortalis; ità nihil Vobis Principe viſum fuerit dignius, quàm ut eam contereretis diſciplinam, quæ omni ſæculo graviſſima & difficillima fuit æſtimata, quâ ſcilicet divinæ rationis particeps in ordinem homo redigitur, & ab ipſa ratione, cujus totum hoc eſt opus, leges eas accipit & conſtitutiones, quibus ea conditione paret ac minorem ſe gerit, ut quia honeſtiſſimus, ideò optimus fiat civis ac ſubditus, & ad publicam (ſingulorum in hac vita bonum) perducatur utilitatem: *per me* (inquit Sapientia apud Salomonem *prov. c. 8. v. 15. & 16.*) *Reges regnant, & Principes decernunt juſtitiam: per me Principes dominantur, & Principes & omnes Judices terræ.*

Veſtra

Vestra difficillimæ hujus artis (quam Scipio Ammiratus *dissert. polit. in Tacit. l. 12. c. 1.* *Regnativam Prudentiam*: Hippolithus à Lapide *dissert. de rat. stat. proleg. sect. 1. pag. 4.* latiniùs, *Jus Dominationis, & Arcana Imperii*, vocat: velut in qua, majestate qui præditus est, non semper regulariter progredi potest, sed tales interdum casus incidunt, ut viam si observaret ordinariam, perperàm rem publicam administraret; pariter ut nauta fluctibus sese cogitur accommodare, iisque coactus non secundum regulam certam, remos velaque dirigere interdum necesse habet) singularis, præclara & laudabilis scientia haud mihi ignota est: Vosque, inter cæteros aliquandò egregios discursus, ex Fortissimi pariter ac Prudentissimi Ducis *Henrici de Rohan*, Vestri respectivè Avunculi Magni, incomparabili Scripto, cui titulus, *Le Capitain parfait, & les Interest des Princes d' Europe*: sequentia in *præfatione ejus* verba, valdè ponderosa & emphatica, curiosè annotasse, mihique commonstrasse, judiciumque desuper vestrum gratiosè aperuisse, bene adhuc recordor: *Il n'y a rien* (inquit ille) *de si difficile que de sçavoir regner, & ceux qui ont esté les plus entendus en ce mestier, ont confessé en mourant, qu' ils y estoient apprentifs. La raison vient de ce, qu' on ne peut establir une reigle immuable dans le gouver-*

*gouvernement des Estats, Ce qui cause la resolution des affaires de ce monde, cause aussy le changement des maximes fondamentales, pour bien regner. C'est pourquoy ceux qui ces matieres se guident plus par les exemples du passé, que par les raisons presentes, font par necessité des manquemens notables. Aussy n' appartient il pas à tous de juger le vray interest d' un Estat, & le scavoir suivre, Il faut des lumieres plus que naturelles, pour observer les mutations d' une chose si difficile à comprendre.* Scilicet de virtutibus & artibus Principatus bene regendi neminem potius loqui decet, quàm Principem: sic in Comitiis Imperatoriis *An. Chr.* 1152. *Moguntinus Elector*, cui primam vocem, id est, rem in magnis difficillimam, sanctissimæ leges decernunt, *Friderici Ænobarbi* virtutes artesque regnandi, ut intelligatur cum dignitate, quid summa deceat fastigia, hoc Cæsare & Principe dignas, his, apud Guntherum, Poëtam Clarissimum, commemorat versibus, *in Ligurin. lib.* 1. *pag.* 18. *&* 19.

*Nobilitate viget, claroq; hinc sanguine Reges,*
*Inde Duces contingit avos: facundia dulcis,*
*Forma nitens, animusq; sagax, manus impigra, sollers,*
*Consiliis, belloq; ferox, & pace modestus,*
*Mente senex, ætate puer, prudentia rerum,*

*Certus*

*Certus amor, robuſta fides, conſtantia mentis*
*Nec frangenda malis, nec ſuſtollenda ſecundis,*
*Laudis amans, largitor opum, crudelibus atrox,*
*Tranquillus placidis, ferus indomitusq; ſuperbis,*
*Supplicibus facilis, juſtis pius, aſper iniquis,*
*Fortis ad inſtantes caſus, prudensq; futuri*
*Præteritiq; memor, ſociis bonus, impius hoſti.*

tandemque ſubjicit:

*Hæc ſunt, O Proceres, hæc ſunt quæ regna tueri,*
*Ac munire ſolent: his artibus infima creſcunt,*
*Maxima ſervantur: ni fallimur, artibus iſtis*
*Seq; ſuosq; reget: neq; enim, quas hactenus ultrò*
*Et gratis coluit, ſumptâ mercede relinquet.*

Eodem quoque modo, ante paucos abhinc annos (*An. Chr.* ſcilicet, 1659. 21. *April.*) Sereniſſimus Princeps *Chriſtianus Erneſtus Marchio Brandenburgenſis*, in illuſtri *Argentoratenſium* Academiâ, Principatus bene regendi artes ſuaviſſimo peroravit eloquio.

Qui Civilia ex profeſſo tractant, tria unanimiter faciunt Imperantium officia potiora, quorum primum in ordinando, ſecundum in judicando, tertium in vindicando, vel, ut *Græci* loquuntur, in εὐταξία, εὐνομία, & αὐταρκεία conſiſtunt: hiſce tribus ſummis capitibus vim ac poteſtatem τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς omnem contineri, ac ultra ea non extendi non tan-

tùm ex omnium gentium, quæ Imperia & Reſpublicas conſtitutas habuerunt, inſtitutis apparet; ſed antiquiſſimos tàm *Græcos* quàm *Latinos* Autores reverà, & in effectu, etſi quoad formam exactè ità non diſtribuunt, conſentire manifeſtum eſt. Ego primo & tertio officio (de negotiis rerum bellicarum, & emolumentis circa munerum tàm realium quàm perſonalium indictionem, maximam in partem agentibus) inſuper habitis, in hac *Diatriba* (quam multis poſt meam *inauguralem* annis, qualicunque labore confeci) medium, de δικαιοσύνῃ ἀρετῇ, ſive, de juris dicendi virtute ſelegi, & de antiquis & recentioribus tàm *Romanorum* quàm *Germanorum* Imperatorum Conſtitutionibus & Legibus, earum origine, definitione, antiquâ & hodiernâ Lege Regiâ, jurisdictione, regalibus, ſpeciebus, interpretatione, ipſis Imperatoribus eorumque Epochis & Sæculis, Receſſibus hodierni Imperii *Romano-Germanici*, ejuſq; legibus fundamentalibus, &c. juſto, opinor, tractavi ordine. Videbitis hîc, *Sereniſſimi ac Celſiſſimi Principes*, tanquam in ſpeculo, Heroum quoſdam benè, quoſdam etiam malè imperantes. Alii ad rei publicæ gubernacula admoti nihil incontinenter, nihil ambitiosè, nihil avarè, nihil præcipitanter egerunt, quæ ab Anteceſſoribus parta acquiſitaque ſunt ſemel,

mel, tueri, augere, amplificare ſolliciti fuerunt, nihil minuerunt vel amiſerunt prorſus, in ſubditorum promovenda provehendaque commoda excubare, emolumento denique Patriæ, familiæ ornamento, præſidio afflictis, terrori hoſtibus eſſe, ſemper & ubique ſtudioſi ac diligentes. In aliis contrà nihil veri, nihil ſancti, nullus Deûm metus, nullum jusjurandum, nulla religio, qui ex omnium ſcelerum colluvione concreti Patriam rapinis exhauſerunt, florem nobilitatis gladio carnificum crudeliſſimè ſubjecerunt, cuncta ferro, flammâ, terrore, luctu, & innocentium ſanguine fœdarunt, omnibuſque elementis, igne ad diſturbationem, aëre ad voluptatem, aquâ ad titillationem, terrâ ad gulam abuſi ſunt:

*Nil erit ulterius quod pravis moribus addat*
*Poſteritas, eadem cupient facientq; minores.*
*Omne in præcipiti vitium ſtetit.* Juven. *ſat.* 1. *p.* 10.

Alii verò laudantur ab his, culpantur ab illis, quorundam vita variè extollebatur arguebaturvè: nimirum DEUS OPT. MAX. partes agendas imponit Principibus in vaſto admodum theatro, ſpectat fabulam, quam agunt, totus terrarum orbis, tot judices ſunt, quot homines, & tàm modeſtus nemo eſt, qui de illis ſententiam non ferat.

Sed cùm Vos, *Clementiſsimi Domini*, ut in vicem *Deorum*, ſic & in eorum judicium ſucceſſiſſe, gloriamque & Virtutem *Majorum Veſtrorum* non levi operâ ac materiâ æquare propoſuiſſe videam: tot imperiorum, & tàm apud *Romanos* quàm *Germanos* gubernamentorum, totque ſæculis rerum memorabiliter geſtarum conſideratio cogitatioq; eò me duxit, ut *Sereniſsimis Celſitudinibus Veſtris* inſcriptam hanc *Diatribam* meam (ubi, ſi non omnia, ad veterum recentiumque Imperatorum ac Principum jura, leges, inſtituta, exempla, monumenta, pertinentia collecta inveniuntur, ſeries tamen temporum conſtat, & quòd in orbem perpetuâ ſimilitudine Rerumpublicarum proſpera & adverſa redeant, magniſque mutationibus iterandis feſtinare, in tam effœta ſæculorum ſenectâ, rerum natura contendat, oſtenditur,) humillimè offerre auderem & conſecrare. Hæc nimirum non aliena à Principibus curioſitas eſt, non noſtræ tantùm ætatis, ſed & præterlapſorum ſæculorum Reipublicæ Statum, præſertim quoad nomotheſiam, exactiſſimè ſciſcitari. Quod mearum hîc virium fuit, ad ſingularum Conſtitutionum περιστάσεις, cauſasque & origines, ducente hiſtoriæ lumine, reſpiciendum, & ἐξήγησιν πολιτικὴν inſtituendam eſſe, cum CL. JACOBO GOTHOFREDO JCto & Hiſtorico incom-

incomparabili τῶν ἐν ἁγίοις pernecessarium putavi: nam, ut cæteroquin characterismus temporis in aliis rebus varium usum habet; ità in Constitutionibus sanè has sive causas, sive origines historicas ad falsas earum causas, quæ afferri possunt, refutandas, vice versâ eruendas plurimum conferre, & , ut dixi, historiæ profectò unius hoc munus, hoc beneficium esse haud ignoravi: hanc negligere est injuriam facere vero Constitutionum Imperatoriarum Legumque intellectui ac interpretationi. Jurisprudentiæ quippe deditos non minus Johannes Limnæus, de jure publico Imperii *Romano-Germanici* optimè meritus, inter miserabiles personas refert, qui tantùm privati juris libris, tanquam adscriptitii suæ glebæ, adhærent, nec & utilitatis & recreationis ergò ad Historicorũ, Politicorum aliorumque humanioris literaturæ hortulos, multis doctrinæ floribus peramænos arridentesque liberè accedunt: ad perfectionem Jcti Virique Politici non sola Juris privati scientia sufficiens est, multa requiruntur alia, si quis dignè utriusque munus sustinere voluerit: liberè ingeniosissimus Trajano Boccalini, *J meri legisti sono puri asini.*

Accipite igitur, *Serenißimi ac Celsißimi Principes, Principes ac Domini Clementißimi*, vultu gratioso, & sub auspicatissimis ac gloriosis nominibus

vestris in publicum commendari patimini hanc *Nomothesiam*, leve munus, nisi animus meus pondus imponeret: *animus* (enim dicente Seneca *lib. 1. de benefic. cap. 6. pag. 266.*) *est, qui parva extollit, sordida illustrat:* animus est, qui formam dat rebus: ac estote propitii rudimentis

*Augustissimorum Nominum Vestrorum*

Clientis & Famuli devotissimi

*Perscriptum Buxovillæ, 8. Calend. August. die Jacobo Apostolo sacro, Anni à Christo nato, 1664.*

GEORGII CHRISTOPHORI STIRNII J. U. Dris.

IN-

# INDEX PRIMUS

## Tribus repræſentatus faciebus tergemino formatis oculo:

*Dextro ad titulos, Medio ad partes cujusq; tituli, Siniſtro ad ſingulos paragraphos, intento.*

- Primâ facie De-
  - Tit. 1. de jure vet. nov. & partib. unà cum method. hoc tractat.
    - Pars 1. de Principiis juris.
      - Politica eſt ἀρχιτεκτονική. §. 1. Jurisprudentiæ finis, objectum & media. §. 2. Jus antiquum, tàm public. quàm privatum. §. 3. Jus Juſtinianeum, privatum & publicum. §. 4. Jus noviſſ. tàm publ. quàm privatum. § 5.
    - 2. de ſpeciebus juris ſcripti.
      - Juris diviſio in ſcriptum & non ſcriptum. § 6. Leges & earum origo. §. 7. Plebiſcita. § 8. Senatus-conſulta. §. 9. Prætorum Edicta. § 10. Reſponſa prudentum. § 11. Conſtitutiones Principum. §. 12.
    - 3. de methodo tractationis. §. 13.
  - Tit. 2. de definitione verbali & reali.
    - Pars 1. de definitione verbali.
      - Sanctionem LL. ad adminiſtrationem negotiorum Imperii & jura Majeſtatica pertinere. §. 1. Cognitio nominis primò neceſſaria. §. 2. Homonymia Conſtitutionum. §. 3. Synonymia. §. 4.
    - 2. de definitione reali. §. 5.
    - 3. de genere.
      - Genus proprium eſſe, *Jus ex placito & plenitudine poteſtatis confectum*. §. 6. Notæ & proprietates Conſtitutionum. §. 7.
  - [Tit. 3.]
    - Pars 1. de origine Legis Regiæ.
      - Legem R. non eſſe commentum. §. 1. Originem Legis R. non eſſe ex jure Regum Samuelis. §. 2. Legem R. non eſſe latam ſub Regib. §. 3. Originem L. Regiæ non referendam eſſe ad *LL. XII. Tabb.* §. 4. Legem R. ad *Auguſti* tempora pertinere. §. 5.

finitio

De

Secunda facies duos titulos de speciebus Constitutionum complectitur.

Facies



# INDEX SECVNDVS
## *Quæstionum*
Suis justo ordine titulis inhærentium.

17. An


31. An

40. An

64. Qua-



TITU-





# TITULO PRIMO

## JURIS SCRIPTI TAM VETERIS quàm hodierni in genere partes & ſpecies, cum propoſitæ tractationis methodo, conſiderantur.

### *Pars* I. *continet principia Juris generalia.*

§. 1.



Oliticæ doctrinæ, quam *Ariſt.* 1. *Ethic.*2. ἀρχιτεκτονικὴν appellat, cùm multas facultates, artes & quocunque nomine eas inſignire velis, habeat ſibi famulantes, *idem Ariſt.*1. *Eth.*1. præcipuè ad ultimum ſcopum conſequendum ſunt coadjuvæ & quaſi filiæ, ſuperiores illæ Diſciplinæ, quas κατ' ἐξοχὴν FACULTATES nominant, Θεοσέβεια, νομοθετικὴ, & ἰατρικὴ. Prima ad bona potiſſimùm futura reſpicit: Ultima tempori ferè præſenti inſervit: Media verò (quæ ſub nomine JURIS in concreto conſiderati, ſeu JURISPRUDENTIÆ, hæc enim Synonyma eſſe, *arg.tit. de Juſt.& Jur.* Weſemb.*ad* §.1. *&* 2. *Inſtit. de Juſt. & Jur. ibiq;* Coraſ.*lib.*1. *indag.c.*11. Arum.*Exerc.*1.*th.*6. Treutler.*vol.*1. *diſp. th.*2. *& ibi* Bachov. verè dici poteſt, venit, & ſeſe apud omnes penè gentes, quà Europa porrigitur, ceu fontem boni & æqui jamdudum commendavit, & quia à Romanis initium ſumpſit, Jus Romanum ceu Jurisprudentia Romana, vulgò indigitatur, juxta Herm. Vultej. *in ſua Jurisprud. Rom.*) hominum res & facta præterita judicat, & ſecundum qualitatem cujusque

actionis præsentibus etiam auxilio, nec non contra futuras necessitates solatio est, argumento eorum, quæ Ludov. Molina *de Just. & Jur. tract.1. disp.1. & seqq.* tradit.

## §. 2.

Jurisprudentia enim est divinarum atque humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia, §.1. *Inst. de Just. & Jur. l.10. ff. eod.* sive ut *Celsus* definit: ars boni & æqui. *l.1. pr. ff. d.t.* vel ut Dn. m. & Præcept. Locamer. *add.§.1. Inst. d.t. sub lit. a.* clarius verba ponit: Scientia atque notitia justi & injusti in rebus tàm divinis quàm humanis. In ea tria sunt consideranda: Finis, objectum, & media. Finis & conservatio Justitiæ, quæ est constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi, *pr. Inst. d. t. d. l.10. ff. eod.* Objectum sunt actiones civiles, vel ipse homo civiliter consideratus & ad justitiam conformandus. *arg. l. 2. in. fin. ff. de LL.* Medium est ipsum jus, quod (in abstracto consideratum) nihil aliud est, quàm civitatis ordinatio, jubens ea quæ facienda sunt & prohibens contraria *arg. d. l. 2. inf. ff. de LL.* Verùm quia tradita Jurisprudentiæ definitio lata est, & Politicæ doctrinæ ferè communis, atque hinc ejus quasi filia & famula dicitur, ideò meritò tolerari potest. Et cùm utraque Religioni, Patriæ & Privatis (per res enim divinas, res, quæ ad sacra, sacerdotes & religionem spectant, *arg. l.1. §.2. ff. d.t. de J. & J.* per res verò humanas, negotia civilia ad Politicum Reipubl. statum rectè constituendum, tam publicè, quam privatim pertinentia, intelligimus, Vult. *ad § 1. Inst. d. t. de J. & J.*) suum cuique tribuere jubeat; Ideò Veteres Romani ad formandum & conservandum Bonum publicum (utut illud Joach. Cluten. *Syllog. rer. quot. concl.1.* varias passum sit mutationes & conversiones, ut historicorum testantur tabulæ, & infrà plenius docebitur) olim non publico solum iure, sed etiam privato, juxta Prudentiorum consilia, utebantur. Eodem modo adhuc hodiè in Republica nostra Germaniæ, sive in moderno Regimine Imperij Romano-Germanici, ad veterum Romanorum imitationem, tam publicum quam privatum Jus maximè excolitur & floret. Cùm autem Jus Romanum aliam faciem antiquis temporibus habuerit, aliam hodie repræsentet, ideò utrumque tam privatum quam publicum, *Glossographi & Interpretes* triplex faciunt: Antiquum, Novum & Novissimum.

## §. 3.

Per antiquum illud intelligunt, quod ante Justiniani tempora in usu erat. Ut verò, sicut ex modo dictis facile colligitur, ad Reipubl. statum comparata esse debet omnis Nomothesia, atq; ante hunc Imperatorem quadruplicem Reipubl. Rom. Statum, seu quatuor ætates spectare licet: Ita per eas

per eas juris antiqui inquisitio ducenda. Aliam enim Jurisprudentiæ faciem sub Regibus, Dn.m.& Præcept. Jac.Gothofr. *histor.jur. c.1.* aliam sub Coss. aliam sub Tribunicia potestate, *d. histor. c.2.* aliam denique sub Imperatoribus, *d. histor. c.3. & seqq.* fuisse, ante omnia sciendum est. Hopper. *de vera Jurispr. lib.7. titt.2.3.4.5.* Stephan. *Oeconom.jur. part.3. circa fin. pag.109.* Si quis enim Populum Roman. quasi hominem consideraт, totamque ejus ætatem percenseat, ut cœperit, utque adoleverit, ut quasi ad quendam juventæ florem pervenerit, ut postea consenuerit: quatuor gradus processusque ejus inveniet. Prima ætas sub Regibus fuit, prope ducentos quinquaginta per annos, quibus circa ipsam matrem suam cum finitimis luctatus est. Hæc erit ejus infantia. Sequens à Bruto Collatinoque Consulibus, in Appium Claudium, Quinctum Fulvium Consules, ducentos quinquaginta annos patet: quibus Italiam subegit. Hoc fuit tempus viris armisque incitatissimum: ideò quis adolescentiam dixerit. Dehinc ad Cæsarem Augustum ducenti anni, quibus totum orbem pacavit. Hìc jam ipsa juventa imperii, & quasi quædam robusta maturitas. A Cæsare Augusto in seculum nostrum, inertiâ Cæsarum quasi consenuit: *sunt verba L. An. Flori proleg.* adde Nicol. Myler. *Delineat. de Principib. & Statib. Imper. cap. 2.3.4.5. &c.*

I. Illis ergò ætatibus, quoad jus publicum antiquum, PRIMÒ ad Historicos rerum Romanarum scil. ad Tit. Livium, L. Julium Florum, Vellejum Paterculum, C. Suetonium Tranquillum, C. Cornelium Tacitum, & alios, quos Christoph. Adam. Rupert. *in Mercur. epistol. pag. 259.260.265.* commendat, recurrendum est: Historia enim jus publicum genuit, Politica peperit, Jurisprudentia educavit, Erasm. Ungepaur. *disp. de Jur. publ. 1620. Resp. Christoph. Gulden thes. 3.* Optandum equidem foret, vel Coccejum Nervam, & Atejum Capitonem, Scævolam, Tuberonem, Titum Aristonem, vel Tit. Manl. Torquatum, juris publici peritissimos (testibus Tacito *lib.4. A.c.58.v.1.* Gellio *lib.10.cap.20.* Valer. Max. *lib.5.c.8.* & Pomponio *in l.2.§.40. & 45. ff. de O.J.* & Valent. Forstero *histor. jur. lib.2.*) pleniorem nobis reliquisse ἐργασίαν: Sed cùm votis facta abnuant, vel fragmentis illis, quæ habemus, tabulisque raris atque minutis, quas hinc inde, tanquam post tempestatem aliquam communem, colligere possumus, interim utendum.

II. Antiqui veró juris privati, SECUNDÒ, initia & progressum, id est, à quibusnam carceribus, ad quas metas, & per quos paulatim gradus & tramites decurrerit, à Pomponio, qui ista *in d.l.2. ff. de orig. jur.* attigit magis, quàm exposuit, aliquo modo percontari licet, ad quem *tit. Digest. de O.J.* integer commentarius extat Petri Fabri, cui addere possumus Valent. Forster. *histor. jur. lib. 1. 2. & 3.* Georg. Schultzen, *in Synops. Institut. Imperial. proleg.*

Coraſ. *de art. jur. part.* 17. & Vult. *prolegom. ad Jurispr. Roman.* aliosque. Feliciùs tamen, accuratiùs, & meliori longè ordine, hanc rem aſſecutus videtur modò laudatus Dn. Jac. Gothofred. non ſolùm *in hiſtor. jur. dict. capp.* 1. 2. & 3. ſed etiam *in Bibliothec. Jur. capitib. trib. prioribus*: In hiſtoriæ enim juris capite 1. *de Jurisprudentia Regiorum temporum*: cap. 2. *de Jurisprudentia Romana ſub libera Republ.* cap. 3. *de Jurisprudentia ſub Imperatoribus*, agitur: Bibliothecæ juris verò caput 1. *de Pro Juſtinianeis Juris Veteris reliquiis*: cap. 2. *de Jurisconſultorum veterum ad Jus Pro-Juſtinianeum reliquiis*: cap. 3. *de Imperatoriarum Conſtitutionum Pro-Juſtinianearum reliquiis*, tractat: quâ hiſtoriæ & bibliothecæ juris Gothofredianæ faculâ accenſâ, eò certius juris ſtudioſo in plerisque pedem de cætero figere licet.

§. 4.

Jus novum Juſtinianeum appellitant, ab Imperatore FLAVIO JUSTINIANO (de quo Procop. Cæſarienſ. *in arcan. hiſtor.* & Franc. Balduinus *in Juſtiniano, ſive commentariorum libris IV. de jure novo.* quorum Ille, quid domi, quid foris præclare geſſerit, exponit; Hic, quid in Jurisprudentiæ cauſa, quæ ab aliis hiſtoricis ſcriptoribus tantùm non præterita fuit, præſtiterit, declarat) ita dictum. Hujus enim Imperatoris auſpiciis & autoritate, prima elementa, ſeu Inſtitutiones, Pandectæ, Codex, omnisque Juris Romani novior apparatus, in lucem prodierunt, ex quibus libris ſeu partibus coaluit & coagmentatum eſt corpus noſtrum Juris Civilis, quod Jurisprudentiæ fundus hodie eſt. Iſte, inquam, divino inſtinctu Jus antiquum antea confuſum in luculentam erexit conſonantiam §. 2. *& ſeqq. Inſt. proœm.* & toto, quod dicitur, exhibuit modio, Valentin. Forſter. *hiſtor. jur. lib.* 3. *capp.* 1. 2. 3. Georg. Schultzen / *in d. Synopſ. Inſt. Imp. proleg.* ibi, *de Jure Juſtinianeo.*

I. Corpore illo Juris, quod modò laudavimus, jus potiſſimùm privatum comprehenditur: licet enim de jure publico per occaſionem nonnulla irrepſerint, ea tamen perpauca, & generalia tantum ſunt, ac non niſi avarâ manu in id inſerta & conſignata. Cæterùm de variis corporis juris editionibus videatur iterum Dn. m. & Præcept. Jac. Gothofred. *in hiſt. jur. c.* 4. Secuta ſunt laudatiſſimum Imperatorem ea tempora, imò partim excepere, quibus neque occidentem Juſtinianei libri penetraverunt, neque in orientis imperio, miro miſeroque fato, & eodem quo cæteræ diſciplinæ, curioſos invenêre patronos, recedente paulatim linguæ latinæ uſu, & barbarie indies magis ac magis accedente, quin & Novellis ſubinde pro novo reipubl. ſtatu inſecutorum Principum Conſtitutionibus, alicubi etiam per invidiam & æmulationem, tam illuſtri operi incumbentibus, Dn. Jacob. Gothofr. *dict. hiſt. jur. cap.* 9. *& dict. biblioth. cap.* 5. 6. Valentin. Forſter. *hiſtor. jur. lib.* 3. *cap.* 5.

*cap.* 5. Ante Lotharium II. usum aliquem Juris Justinianei in Italiæ superfuisse, docet Hermannus Conringius *de orig. juris german. cap.* 20. Constat etiam, ejusdem ætate mirum in modum cœpisse in Italia Romanum Jus invalescere, nec ullo jusso Cæsareo, sed solâ & unicâ æquitatis laude & opinione populo placuisse, magno studio Bononiæ incumbente Irnerio, idque ab æquitate & singulari prudentia commendante, Conringius *dicto libro, capp.* 21. 22. 23. neque ulla alia de causa aut alia ratione vel Hispanos vel Gallos (quod factum seculo demùm decimo tertio, Conringius *d. lib. cap.* 24.) Romanas leges admisisse: in Germaniæ verò scholas & fora seculo decimo quinto introductas esse, primùmque Maximiliano Cæsare constitutum, ut sententiæ in Augusto Camerali judicio secundum Jus Romanum pronunciarentur. Conring. *d. l. capp.* 32. 33. Dn. Rebhan. *Hodeget. jur. chart.* 1. *parall.* 12.

II. Etsi verò hoc Jus Justinianeum, quod novum ab interpretibus vocatur, & ad singulorum tantùm utilitatem spectat. § *fin. Inst. de just. & jur. l.* 1. § 2. *ff. eod.* tam magnam in Europa, maximè autem in Germania, authoritatem consecutum fuerit: Juris tamen publici (quod ad statum Rei Romanæ pertinet, *d. §. f. I. & l.* 1. § 2. *ff. de J. & J.* ab Imperatore Justiniano in Corpore Juris Civilis, ut dictum, parcissimâ atque ad avaritiam usque constrictâ manu editum, & *in l.* 2. *C. de his qui sponte munera publica subeunt*, aliquo modo in considerationem venit) non tantam in Europa autoritatem vel esse vel fuisse, iterùm Conring. *in proleg. ad German. Tacit.* & ita nominatus Hippol. à Lapide *præfat. libri*, cui titulum fecit *de Ratione Stat. in Imp. Roman. Germ.* docent. Nihilominus verò (etiamsi, cùm de statu Imperii, & vera Status ratione dubitatio oriatur, ex veterum legum, Corpori Juris insertarum, placitis, responsis & interpretationibus Prudentum, Bartoli, Baldi, similiumque, qui maximam partem peregrini, statusq; Germaniæ imperitissimi fuerunt, commentariis litem decidere, & ea, quæ de Imperio ac Imperatore Romano antiquo scripta sunt, ad modernum Imperii Statum promiscuè redigere velle, perniciosissimum foret absurdum, eò quod immensos juris publici agros, Regnorumq; latifundia, Justinianearum Legum decempedâ metiri non liceret, Dn. Limn. *lib.* 1. *de jur. publ. c.* 1. *n.* 17. 19. 22. 28. 30. & *c.* 2. *n.* 1. & *c.* 3. *n.* 3. 6. 8. 10. B. Carpz *lib.* 2. *tit.* 3. *resp.* 49. *n.* 36. 37. 38.) Juris publici Justinianei notitiam, formando firmandoq; Statui Germanico, ejusq; rationi & modo gubernandi, certo quidem respectu, adminiculari, cum modò dicto Hipp. à Lap. fatemur. Ideò ex tantillo Juris publici, quod in Corpus nostri Jur. Civil. relatum est, desumsit ea, quæ de eodem tradidit Joach. Hopperus *de vera jurisprudentia lib.* 5. 6. 7. 8. & desumpturus ac traditurus erat facundissimus Donell. uti ex *lib.* 2. *comm.* 6. & 8. *circa fin. lib.* 3. *comm.* 23. *in fin. lib.* 5. *com.* 2. *lib.* 9. *com.* 11. *in f. lib.* 12. *comm.* 4. & 24. *in princ.* notavit Hilliger.

*in Enucl. Donell. ad d. c. 6. lib. 2. lit.* C. Illud ipſum etiam Jus Publicum Juſtinianeum in accuratam methodum optimè digeſſit, ac erudite conſcripſit, Petr. Gudelinus *in commentar. de jur. noviſſ. lib. 5. & 6.* Cæterum cur jus publicum ex parte tantum & quidem minima, in Corpus Juſtinianeum relatum ſit, variantes variorum ſunt opiniones. Weſemb. *ad tit. Inſt. de J. & J. circa fin.* arbitratur Jus illud publicum, quod extabat in libris Veterum Juriſconſultorum, ex quibus Corpus Juris deſumptum eſt, tempore compilationis ejusdem, in uſu eſſe deſiiſſe. A quo non longe abludit Rævardus *lib. 5. var.* 11. *&* 12. Jus publicum per L. Regiam ſublatum ſtatuens, ſed malè ſecundum Joh. Wurmſer. *Exercit. ex jur. publ.* 1. *quæſt.* 5. Anton. Faber. *in Rational. ad l.* 1. §. 2. *ff. de juſt. & jur.* ſcribit: Ideò fortaſsè, nihil aut perpauca de Jure publico in libris noſtri Corporis juris haberi, quòd qui ſacra, ſacerdotia, & magiſtratus tractant, omnia per ſe ipſos expedire debeant, nec prudentum conſilio egeant, quo egent paſſim privati. Frideric. Roſell. *de jur. publ. theſ.* 2. inquit: Credibile eſt, pauca admodum Juſtiniani ævo de jure publico ſcripta veterum extitiſſe, cùm vix ulla ejus ratio habita fuerit, teſt. Ciceron. *lib.* 1. *de legib.* Giphan. *ad* §. 4. *Inſt. de juſt. & jur.* ideò potiſſimùm jus privatum in Corpore juris tractari concludit; quod ejus facilior ſit cognitio, & quòd propriè hoc jus privatum ad JCtum pertineat, & ad Juris prudentiam: jus verò publicum potius ad politicam ſcientiam & ad virum politicum. Politica tamen diſciplina (quod hîc obiter notandum) à jure publico omninò differt, Wurmſer. *dict. exerc.* 1. *quæſt.* 1. Quorum opinionibus tandem Dn. Limnæus *de jur. publ. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 28. 29. etiam ſuam addit: junge ejusd. *tom.* 4. *ad d. l.* 1. *c.* 1. *n.* 29.

## §. 5.

I. Jus igitur publicum noviſſimum (cujus mentio ſit in der Policey-Ordnung zu Franckfurt *anno* 1577. *tit.* 17. §. wiewol auch. *pag.* 17.) atque adeò ea, quæ ad modernum Imperii noſtri ſtatum, ejusdemque dependentium membrorum veram cognitionem pertinere cenſentur, ex Aurea Bulla Caroli IV. Ordinationibus Cameræ & Politiæ, Viſitatorum Cameræ memorabilibus annuis, Conſiſtorii Cameralis deciſionibus & decretis, Conſtitutionibus criminalibus Caroli Quinti, noviſſimis Imperii Conſtitutionibus, ſeu Comitiorum Receſſibus, pragmaticis ſanctionibus, Capitulatione Cæſareâ, mutuis compactatis, antiquâ obſervantiâ, experientiâ, Germanicæ Hiſtoriæ ſcriptoribus, variis item ſuperiori ac noſtro ſeculo confe-
ctis polemicis alteriusve generis ſcriptis anonymis & adeſpotis, literis de-
nique ab Imperatoribus Imperiique Statibus hincinde miſſis, aliisve ſimili-
bus documentis dijudicanda ſunt. Dn. Limn. *lib.* 1. *de jur. publ. d. c.* 3. *n.* 3. *&*
6. *cum ſeqq.* Hippol. à Lapid. *diſſert. de rat. Stat. Imperii Rom. Germ. dict. præf.*

*ad Le-*

*ad Lector*, Carpzov. *dict. lib. 2. tit. 3. resp.* 49. *n.* 38. Quibus jungantur, qui de jure publico & Imperii Romano Germanici negotiis gravioribus scripserunt, Goldastus, Gailius, Mynsingerus, Lupoldus de Bebenburg, Petrus de Andlo, Paurmeisterus, Matthias Stephani, Hordlederus, Arumæus, Syringus, Eberhardus à Weihe, Coccinius, Onuphrius Panvinius, Schardius, Wehnerus, Rutgerus Rulandus, Freherus, Gevvoldus, Windeccius, Besoldus, Bocerus, Lansius, Speidelius, Clutenius, Knichen, Sixtinus, Zeschlinus, Lampadius, Klockius, Mylerus, Knipschildius, Reinkinghius, Buxtorffius, Bertram, Bidenbachius, Betsius, Caninius, Rümelin, Anton Colerus, Kyllingerus, Stamlerus, Arnisæus, Denaisius, Dauthius, Otto, Nolden, Cranius, Bembellona de Godentiis, Franc. Burckardus, Grotius, Perezius, Forstnerus, Sprengerus, & alii ejusdem classis numero complures, quos brevi Catalogo comprehendere non datur; Injuriâ igitur de perexiguo Scriptorum juris publici numero conqueritur Dn. Georg. Christoph. Waltherus *tractat. de stat. & jur. Doctor. in proœm.* Præter hos ita multos polemica & adespota scripta, ut modò dictum, non omnino prætereunda: nam & in his nonnunquam reperies, qui veram cognitionem Imperii apprehendere anhelas, non minori cum fructu quamplurima notabilia, vera & scitu necessaria, ab aliis timidulis iniquo transmissa silentio: summâ tamen hîc dexteritate ingenii agas, ne quemlibet album adores lapidem, & pro perca scorpionem, pro Junone nubem, pro veritate mendacium falsumque arripias. Historicos præterea insigniores, è quibus jus publicum modernum, juxta superius monitum, hauriri potest, tam patriæ nostræ, quam aliarum evolvas gentium, interque eosdem, Lamberdum Schaffnaburgensem, Abbatem Urspergensem, Gunther. Ligurinum, Crantzium, Aventinum, Ottonem Frisingensem, Nauclerum, Rebdorfium, Beatum Rhenanum, Franc. Irenicum, Cuspinianum, Sleidanum, Thuanum, Sigonium, Guicciardinum, Lehemannum, Münsterum, Sturtium, Dresserum, Paulum Æmilium, Paulum Jovium*, & alios: sed non cæco appetitu, verùm maturo judicio, cùm eorum etiam ingens sit diversitas, Dn. Limnæus *dict. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 9. *add. tom.* 4. & 5. *ad dictum n.* 9. Quod si omnia & potissimùm secretiora librorum tibi non suppeditare valeat suppellex, experientiæ paulò antea suasæ, ut in aliis, ita hîc quoque multum tribuas, eumque demum ad perfectam juris publici novissimi scientiam pertingere posse fatearis, cui blandâ fortunâ datum, negotiis publicis, & statum concernentibus, interesse, Principum secretiora intrare & perscrutari scrinia. Vero verius enim est hanc demum cognitionem, quam experientia & longus rerum usus defert, præferẽdam illi, quam librorum suppeditat copia. Hæc quidem compendiosior, at illa certior, rarior tamen, & multi sudoris. Ad rem facit, quod annotavit Pierre Matthieu

*d'hist.*

*d'hist. lib. 3. narrat. 5. pag. 684.* Le Duc d'Albe appelloit la ſcience qui s'ap-prend par les livres, eau de ciſterne, celle qui vient de l'experience eau vive, & de ſource, & bien que ſous toute ſorte d'habit, on trouve des ames cou-rageuſes, & polies, ſi eſt ce, que les Rois ne prennent pas à la ſortie des gran-des Eſcholes, ceux, dont ils ſe ſervent, quoi qu'ils ſoyent ſçavants, & quel-quesfois ſages. Les affaires de l'action fortifient le cerveau, la contemplation les affoiblit. Nec à re alienum eſt, quod Nicephorus Gregoras *lib. 8. hist. Byzant. cap. 19.* ſcribit: otioſa diſciplinarum tractatio, quam libri ſuppeditant, ſive illa tenuior, ſive copioſior ſit, organico corpori ſimilis eſt, animam deſideranti, quæ per ſenſuum experientiam accedat, aut etiam variis ciborum generibus in ventrem congeſtis comparari queat, qui calorem ad coquendum poſtulent. Is verò calor non alius fuerit, quàm multus uſus, & variarum rerum experientia. Quotidianum enim uſum acerrimum eſſe rerum omnium, præſertim hodierni juris publici, cenſorem & exploratorem, imò Magiſtrum, nullâ non die monemur & edocemur. Quæ enim ſcimus, minima pars ſunt eorum, quæ ignoramus. Perfectum nunquam in humanis reperitur intentionibus. Semper natura novas formas edere deproperat. Dies diem, horam hora inſtruit. Nox nocti indicat, monente Pſalmiſtâ. *Pſalm. 19. verſ. 3.* Plenius opere informamur, quàm voce. Indeque nullius hominis tàm prolixus vitæ terminus, qui ad naturæ varietatem & machinationes, rebusque cunctis perfectè addiſcendis ſufficiat. Omnia vitæ humanæ negotia mutabilem habent converſionem, & fluxa ſunt, & nova novis ſuperveniunt quotidie. Ipſum tempus aliam atq; aliam rerum faciem exhibet, ut non immeritò Comicus dixerit: *Hic dies aliam vitam, alios mores poſtulat*: Ut pluribus indicat Reinkingk. *de regim ſec. & eccleſ. epiſt. dedic.*

II. Quemadmodum ergò Legibus Juſtiniani ad formam regiminis publici minime vel ita ſaltem utimur, ut ne dominentur, ſed ancillentur ac ſerviant, ſed potiùs ea omnina, de quibus antea diximus, limpidiſſimi juris publici moderni fontes ſunt: Ita noviſſimum èccontra jus privatum adhuc è Legibus Juſtinianeis, quæ ad lites potiſſimùm privatas decidendas, abundè ſufficiunt, quàm maximè hauriendum: Iſtæ enim non niſi in forum litibus privatis finiendis, neque initio tam Cæſarum juſſu, ut §. *præced.* dictum, quam privata quorundam voluntate, receptæ, intra ducentos primùm annos in Germania cœperunt, & à tempore inſtituti Spiræ Nemetum Judicii ſtabilitæ ſunt, hodieq; adhuc in tantum valent, in quantum illis per illud iterùm jus noviſſimum non derogetur, *arg. l. fin. ff. de conſt. Princip.* Etenim ex his ipſis, quas in obſervantiam Imperium Romano-Germanicum reduxit, eas ſequimur meritò. Warem. ad Ehrenberg. *lib. 1. de fœder. cap. 1. n. 204.*

n.204. non primæ lationis, sed approbationis atque nationis respectu, Dn. & Præcept. m. G. D. Locamer. *Quæst. Justin. in Instit. quæst.2.* Utut verò privati juris Romani regulæ bona ex parte à nostratibus receptæ fuerint, non tamen ex asse etiam illæ in omnes Imperii nostri provincias potestatem exeruere suam. Dn. Limnæus *lib.1. de jur. publ. d. cap.3. n.5.*

## *Pars* II. *de speciebus juris scripti.*

### §. 6.

CÆterum ad institutum propiùs ut accedamus, universam juris, quo utimur, faciem consideranti primâ statim fronte ea sese offert distributio, quâ in scriptum & non scriptum dispescitur: ut apud Græcos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. §.3. *Inst. de J.N.G, & Civ. l.6. §.1. ff. de J. & J.* quæ divisio à forma substantiali, sanctione videlicet expressâ, & tacito utentium consensu, desumpta est, §.9. *Inst. d.t.* Vult. & Dn. m. Præcept. Locam. *ad §.3. eod.* Scriptura enim hîc est accidentalis tantùm forma, *arg. l.2. §.4. ff. de orig. jur.* ideò exemplum *in* §.10. *Inst. d.t.* à Triboniano satis incommodè applicatum, non sine ratione docet Bachovius *Commentar. ad d. §.10.* Jus non scriptum peculiari nomine vulgò dicitur Consuetudo, *c. cumana 50. extr. de Elect. l.32. princ. ff. de LL.* Gail. 2. *observ* 31. *n.1.* quam suo loco relinquimus. Scriptum autem jus est, Lex, Plebiscitum, Senatusconsultum, Principum Placita, Magistratuum Edicta, Responsa Prudentum, *d. §.3. Inst. dict. t. l.7. ff. de Just. & Jur.*

### §. 7.

Lex in hoc Romani Juris argumento est, quod Populus Romanus, Senatorio magistratu rogante, veluti Consule, constituit, §. *Lex est. 4. Inst. de jur. nat. gent. & civil.* Cæterùm ita Consul rogabat: VELITIS JUBEATIS QUIRITES: populus respondebat: UTI ROGAS. Bachov. *ad d. §. ibi, veluti consule.* Quoad Legum verò originem in genere, nec non singularium quorundam Romanarum Authores & Interpretes in specie, magnum putaverunt Veteres esse vinculum, ad continendos civium animos, credere, leges Divinâ providentiâ constitutas; quamobrem adjuncta semper fuit antiquis legibus alicujus religionis opinio: namque leges mortalibus omnium primam Cererem Siculorum Deam dedisse, ob idque legiferam appellatam, & ejus sacra θεσμοφόρια, Ethnici plerique fabulati sunt, Diodor. Sicul. *lib.6. Biblioth. historicæ.* Herodotus *lib.6. qui Strato inscribitur.* Unde Ovid. *lib.5. Metamorph.*

*Prima Ceres unco glebas dimovit aratro,*
*Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris,*
*Prima dedit leges, Cereris sunt omnia munus.*

& Virgilius, 4. *Æneidos*:

*Principiò delubra adeunt, pacemque per aras*
*Exquirunt, mactant lectas Dei more bidentes*
*Legiferæ Cereri* --- --- --- ---

Alii Legumlatorem primum fuisse Radamanthum putant, Plin. *lib.7. cap.56.* ac demùm alios aliis leges tulisse, *c. Moyses 7. distinct.* Persis Bactrianisque Zoroastem: Thebis, Mercurium: Ægyptiis, Trimegistum: Celtis Herculem: Cretensibus, Minoëm: Carthaginensibus, Charondam: Heniochis apud Colchos, Amphytum: Lacedæmoniis, Licurgum: Atheniensibus, Draconem primùm, deinde Solonem: Romanis, Romulum, ac demùm Numam Pompilium: Argivis, Phoroneum: Italis, Pythagoram: Scythis, Zamolxin: Locris, Zaleucum: Magnesis, & Siculis, Platonem. Sed hi omnes instituta sua, alicui Deo aut Deæ, accepta retulerunt, veluti Minos Jovi, Lycurgus Soli, seu Apollini Delphico, Solon Minervæ. Valer. Max. *lib.1. cap.2. extern.* Diodor. Sicul. *biblioth. histor. lib.1. cap.94.* quod non temerè Sapientes hi Græcorum Legislatores fecisse videntur, cùm enim Jupiter clementiam, Sol (quia Planetarum dominus est) potentiam, & Minerva sapientiam significet, inde perspicuè docuerunt, Legibus hæc tria (quarum præscripto civilis omnis societatis moderatio, seu juxta *l.1. ff. de LL.* delictorum, quæ sponte vel ignorantiâ contrahuntur, coërcitio, sive ut Cicero *lib.2. de Legib.* loquitur, justorum, injustorumque ad illam antiquissimam & rerum omnium Principem expressam naturam distinctio, continetur) inesse debere. Zamolxis quoque in Vestæ Deæ numen leges suas retulit: pariterque Numa Pompilius, quo gravius leges, religionisque cæremonias Romanis stabiliret, Ægeriæ Nymphæ congressum simulavit, Flor. *lib.1. cap.2. vers.4.* Valer. Max. *dicti lib.1. cap.2. n.1.* Plut. *num.1. capp.7.8.* Dn. m. & Præcept. Joh. Freinsheim. *not. ad Flor. dict. lib.1. cap.2. pr. & d.n.4. lit. I.* ubi de Dea Ageria plures citat. Nos verò hanc rectè beatèque vivendi normam vero Deo, qui trinus & unus est, acceptam referimus. Es. *cap.33. v.5. & 22.* Jacob. *cap.4. v.12.* ab eo Mosi primùm in monte Sinai traditam, Joseph. *cap.3. antiq. Jud. c.6.* Exod. 19. & 20. & Deut. *cap.5.* & per eundem Mosem, antiquissimum omnium hominum Legislatorem, Hebræis promulgatam, *d.c. Moyses, dist.7.* ad cujus exemplar cæteri deinceps homines leges condiderunt, ad quoddam cœlitum numen legislationes suas perpe-

tuò

petuò referentes. Inter eos verò, qui suas civitates optimis institutis, ac saluberrimis legibus stabilierunt, ut ad fontem, unde Jus nostrum scaturiit, redeamus, præ cæteris Romani celebrantur, quorum ideò leges aliis omnibus meritò Polybius *lib.1. histor.* anteponit.

I. Legum Regiarum (qui primus fundus Jurisprudentiæ Romanæ est) fragmenta primo loco occurrunt, quæ à Sexto Papirio olim unum in corpus collecta fuerunt; ad quæ postea Granium Flaccum JCtum librū commentarium scripsisse Paulus noster author est, *in l.144. ff. de verb. signif.* Granius, inquit, Flaccus *in libro de Jure Papiriano:* quem ipsum Granium Flaccum Licinianum allegant Festus, Arnobius: Quin & Macrobius *lib.3. Satur. cap.*11. locum integrum ex hoc Jure Papiriano apponit. Verùm utrumque opus cum ipsis legibus intercidit. Supersunt tamen ipsarum legum fragmenta nonnulla, quæ Antonius Augustinus, Contius, Balduinus, Fulvius Ursinus, *Romæ in* 4°. *A.D.* 1583. Pandulphus Pratejus, Fr. Modius, *in frontispicio Lexici Juris Brissoniani*, Manutius, Lipsius, collegerunt, partim ipsismet Legum Regiarum verbis consignatis, potissimam verò partem earum tantùm sententiâ expressâ. Sed magna Balduini confidentia fuit, qui ausus est asserere, octodecim Romuli Leges sese habere ex columna quadam antea Romæ in Capitolio erectâ. Illud observandum, non nisi trium Regum leges occurrere, nempe Romuli, Numæ, & Servi Tullii, nullas Tulli Hostilii, Anci Martii, aut Prisci Tarquinii, aut multò minus Tarquinii Superbi, qui Tullianas aboleverat. Naturæ jus Romuli ferè leges præferunt: Numa Gentium addidit: Juris Civilis præcipuus auctor Servius Tullius, qui, auctore Dionisio Halicarnass. *lib.*4. de Contractibus & delictis, *συναλλακτικὰς καὶ περὶ τῶν ἀδικημάτων*, quinquaginta leges rogavit, item de fœnore, de nexis, ære alieno & alia. Valentin. Forster. *histor. jur. lib.*1. *cap.*11. Nicol. Myler. *delineat. de princip. & stat. Imp. cap.*2. *n.*12. Numa de homicidiis, de bonæ fidei contractibus, de sepultura, quædam tulit. Valent. Forster. *hist. jur. dict. lib.*1. *cap.*7. Romulus de educatione liberorum, de matrimoniis, de Parentum jure sanxit. Valer. Forster. *hist. jur. d. l.*1. *c.*6. Lans. *discurs. de L. Regiâ th.*17. Scip. Gentil. 3. *Orat. Rectoral. p.*43. Limn. *jur. publ. lib.*1. *cap.*12. *n.*42. & 61. Non aliena ab hac origine juris Aristotelis divisio est Justitiæ particularis, in *διανεμητικὴν* sive distributivam & *ἀλλακτικὴν* sive commutativam. Priorem illam justitiam Romulus maximè & ex parte Numa: posteriorem Servius Tullius spectarunt. Quam Aristotelicam divisionem *suprà* §.1. nominatus Ludovicus Molina amplissimo pariter & doctissimo suo in opere. *de justitia & jure*, secutus est, quod in sex quidem tractatus distribuit (quorum in primo *disp.*17. *n.*1. Justitiam particularem, aliam commutativam, aliam distributivam esse scribit) illudque opus ab-

ſolvere decrevit, ſi per mortem illi licuiſſet: ſed Juſtitiam tantummodò commutativam in quatuor prioribus, quibus omnia ferè ad hujus juſtitiæ cognitionem neceſſaria comprehenduntur, abſolutiſſimè ad finem perduxit, quintum verò tractatum, de forma judiciali (ubi de judiciali correctione, juſtitiaque vindicativa agit, quam commutativæ affinem eſſe, non verò ad juſtitiam particularem, ſed potentionalem pertinere docet, *dict. diſp.* 12. *n.* 13.) & executione juſtitiæ per publicas poteſtates, non abſolutum, ſed imperfectum reliquit. In ſexto demùm, *juxta ejus conſilium, operiſque diſtributionem, in frontiſpicio*, de juſtitia diſtributiva agere deſtinaverat, ſed morte vitæ & ſtudiorum ejus filum abruptum.

II. Leges XII. Tabularum (qui ſecundus fundus & corpus Juriſprudentiæ Romanæ eſt) proximè ſequuntur. Creati enim decemviri, Appius Claudius, T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius, C. Julius, A. Manlius, P. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romulius, Sp. Poſthumius, leges decem tabularum propoſuerunt, & cum iis aliquid deeſſe videretur, duæ adhuc adjectæ ſunt tabulæ, Liv. *lib.* 3. *cap.* 31. *& ſeqq.* Valent. Forſter. *hiſtor. jur. lib.* 1. *cap.* 22. Ad has ſanè LL. XII. Tabb. veteres ſubinde JCti interpretationes ſeu commentarios & explicationes ſcripſerant: in his Sex. Ælius, L. Acilius, Lælius, Valerius Meſſala, Q. Antiſtius Labeo, poſtremus omnium ſub Marco Imp. Gajus. In ipſarum legum fragmentis eruendis ut aliquammulti alii poſt alios etiam Cujacius *libris obſervationum*; ita in colligendis quamplurimi operam navarunt, puta Aymarius, Rivallius, Oldendorpius (& ex eo Forſterus) Anton. Auguſtinus *Romæ in* 4°. 1583 Balduinus, Contius, Hotomannus, Ræfardus, Calcagninus, Criſpinus, Pighius, Marcilius, Franciſcus Pithæus, Dionyſius Gothofredus, Juſtus Lipſius, alii; in diſponendis varium ſinguli quique fermè ordinem ſecuti, quem ut quisq; ex arbitrio commentus eſt, ita ad verum propius acceſſit Franc. Pithæus. Jam aliquot ante annos Jacobus Gothofredus, Dn. m. & præcept. *Legis XII. Tabular. fragmenta quæ ſuperſunt, ordini ſuo reſtituta, unà cum ejus hiſtoria, probationibus, notis & gloſſario* edidit: in quibus varios errores ab aliis hac parte admiſſos obſervavit, ob aliquammulta omiſſa, alia interpolata, aliena etiam in hunc cenſum conjecta, puta legis actiones nonnullas, & elicita per interpretationem ex ea, atque id genus alia. Ordinem ſanè genuinum duobus ſubſidiis, ipſo fatente, reſtituit: primùm expreſſis Veterum quorundam in id authoritatibus, tùm & *ſex* Gaji *librorum ad XII. Tab.* ordine inſpecto, quorum ſingulis duæ Tabulæ explicatæ fuerunt.

III. Leges ſingulares, illarumque à variis authoribus non paucæ, ſubindeque novæ pro uſu populi Romani & Reipubl. neceſſitate latæ, etſi aliquando in maleficos ex delicto (ut ex C. Taciti abſolutiſſima diſſertatione, quam

ne, quam *lib.3. Annal. capp.26.27.28.* de principiis juris, & quibus modis ad tantam multitudinem perventum sit, paulò altiùs instituit, apparet) sæpiùs tamen dissensione ordinum, & apiscendi inlicitos honores, aut pellendi claros viros, aliaque ob prava, teste Tacito, *dict. lib.3. An. cap.27. v.2.* Quarum ut frequentissima tum in jure, tum alibi mentio; ita, earum catalogos confecerunt, & quantum in se in unum collegerunt, Ant. Augustinus, Zasius, Manutius, Hotomannus, Charondas. Ex iis quasdam singularibus commentariis illustrarunt nonnulli, tum veteres JCti tum novi, quos vide apud Dn. Jac. Gothofredum, *in Bibliothec. juris Civil. Rom. cap.1. n.4.* atque ita è corruptissima, eo tempore, Rep. plurimæ leges natæ, Tac. *d. lib.3. cap.27. v.5.* ubi tamen Dn. Christophoro Forstnero *in not. polit. d.c.27. d.v.5.* iniquus & ingratus Justus Lipsius videtur, qui (*centur.3. miscellan. epist.78. & in monit. & exempl. politic. lib.2. cap.10.*) neque Justiniano ob compositos juris, quo utimur, libros, nec Lothario Imperatori, ob reductos eosdem in lucem usumque hominum, multam deberi gratiam arbitratur: Nec enim verum est, *inquit ille*, ex multis legibus ortas esse tot lites, tot patronorum fraudes, jurisque cavillationes. Sed hominum ea pravitas est, haud minor, imò major futura, si paucioribus uteremur legibus,

*Cur crescant, quaris, tot ubique volumina juris?*
*In promptu causa est, crescit ubique nefas.*

Nam quod introductum est ad finiendas lites, ad statuendum jus certum, ad præcidendas Jurisperitorum disputationes, quomodo dici potest disputationi litibusque causam dare? Ut multi Medici pestilentis aëris, sic multæ leges ægræ civitatis argumentum sunt. Sed non (conversione propositionis) ægra civitas aut corrupta est, quia multas habet leges: verùm multæ sunt leges, quia ægra civitas est. Ex malis moribus bonas esse natas leges, in proverbio habemus. Nec enim is verborum Taciti sensus est, quasi multæ leges corruptam Rempubl. faciant, sed in jam ante corruptâ Republ. plures postea natas esse leges, scilicet, ut supra ostensum, *ob dissensiones ordinum & maleficos ex delicto*, adde Valentin. Forsterum, *histor. jur. lib.3. cap.1. circa fin.* Besold. *Comment. ad τ. titt.1.3.4.5. & 6. præcogn. miscell. n.11.12.13.* M. Porcius Cato Cons. Rom. in eleganti apud Livium, *lib.34. cap.4. v.3.* dissertatione pro L. Oppia tuenda, contra L. Valerium Tribunum plebis, qui eam abrogari voluit, inquit: *Sicut antè morbos necesse est cognitos esse, quàm remedia eorum: sic cupiditates prius natæ sunt, quam leges, quæ iis modum facerent.* In tantum autem per hos gradus profecit istâ ætate Jurisprudentia, ut mole suâ laborare videretur. Tacit. *lib.3. An. cap.25. v.2.* Unde jam tùm consilium C. Jul. Cæsari, jus Civile ad certum modum redigere, atque ex immensa

mensa diffusaque legum copia, optima quæque & necessaria in paucissimos conferre libros. Suet. *in Cæs. cap.* 44. *v.* 3. adde Dn. m. & Præcept. Matthiæ Berneggeri *notata ad d. cap.* 44. *lit.* (*d*). Et cum porro ad Justinianum usque ita creverat librorum mole juris civilis scientia, ut librorum quidem essent duo millia, versuum verò trecentæ myriades, tricies centenæ, sive trecenties decem millia, drey tausendmal tausend, huic curandæ animum adjecit dictus Imperator. Coll. Jur. Arg. *lib.* 1. *ff. tit.* 2. *th.* 34.

## §. 5.

Plebiscita à plebe sola, plebejo magistratu, veluti Tribuno, interrogante, quamplurima lata, §. 4. *Inst. de Jur. nat. gent. & civ.* sed quæ initio solam plebem tenebant, ad Patricios autem & Senatores nihil attinebant, donec primùm lege Horatia, Liv. *lib.* 3. *cap.* 55 *vers.* 1. deinde Publitiâ, Liv. *lib.* 8. *c.* 12. *vers.* 6. & tertiò Hortensiâ, quam tulit Q. Hortensius Dictator. A. Gell. *noct. Att. lib.* 15. *c.* 27. Plin. *Histor. natural. lib.* 16. *c.* 10. eorum vis ad universum populum, adeòque & Patricios & Senatores, extenderetur, ab eoque tempore non minus valere, quàm leges inciperent, *d.* §. 4. *Inst. de jur. nat. gent. & civ. ibique Dd.* imò & in legum nomen transirent, exemplo legis Aquiliæ, *l.* 1. §. 1. *ff ad L. Aquil.* Falcidiæ, *rubr. Inst. de L. Falcid.* Voconiæ & Furiæ, de quibus Theoph. *ad init. d. tit. de L. Falcid.* Atiniæ, §. 2. *Inst. de usucapionib.* Qui enim fuerint Tribuni plebis, quæ illorum officia, potestas ac vis, non solùm apud Franc. Hotomann. *in descript. Magistr. Rom.* verb. *Tribuni plebis*, & *de LL. Rom. lit. S.* Budæ, *ad tit.* 1. *ff. pag.* 13. Valent. Forster. *histor. jur. lib.* 1. *capp.* 19. 20. 21. 23. 26. & Just. Lips. *comment. de magistr. vet. Pop. Rom. capp.* 14. 15. legi: sed etiam ex Tacito *lib.* 1. *An. cap.* 2. *vers.* 2. ibi, *posito Triumviri nomine Consulem se ferens, & ad tuendam plebem Tribunicio jure contentum.* nec non *lib.* 3. *An. cap.* 56. *vers.* 7. tanquam cum interpretatione politica: *Id summi fastigii vocabulum Augustus reperit, ne Regis aut Dictoris nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliqua cætera imperia præmineret*, & Dan. Heinsii *Orat.* 16. *pag.* 215. disci potest: prudenter enim & eleganter, ut illius Scriptoris mos fert, hunc in modum *ibi* differit: Tribunatus tanta olim vis, tanta, ut ex Livio apparet, salva libertate fuerat autoritas, ut nec jure consulari nec decretis teneretur: Consuli ejusque potestati in Republ. oppositus, primùmque eo fine institutus, ut oppressa potestate minimâ libertas contra dominationem munimentum ac præsidium haberet. Atque sic ita Augustus sacrosanctis legibus, ita Tribunicia religione, ita populi favore contra populum armatus, non supremam modò potestatem, sed, quod pauci capiebant, robur & securitatem consulatui circumdedit, &c. Dn. m. & Præc. Joh. Henr. Bœclerus *in Commmentar. ad Tac. lib.* 1. *An. d. c.* 2. *annot.* 3. ita scribit:

Tribu-

Tribunicia potestas Augusto confirmata per omnem vitam ipsum sacrosanctum & inviolabilem fecit. Quod Democratiæ simulacrum erat, & Democraticum quid videbatur, dominantia nomina recusare, & recipere titulum non amicum modò libertati, sed proprium: Democraticum videbatur, jura populi populari more & magistratu defendere: sed videbatur scilicet id Democraticum, revera enim ipsa eminentiæ Monarchicæ securitas hac arte struebatur? Sic Tiberius postea, ejus Successor, Edictum Tribuniciæ potestatis præscriptione callidè posuit, Tac. *lib.* 1. *An. cap.* 7. *vers.* 3. & tandem legibus & plebiscitis faciendis finem dedit.

## §. 9.

Senatusconsulta à Senatu (qui erat totum quid, cujus pars erant Magistratus, & ipsi Principes, *l.*8. *Cod. de dignit.*) jussa & constituta fuerunt, *§.*5. *inst. de jur. nat. gent. & civ. & l.*2. *§.*9. *ff. de Orig. Jur.* Nam quæ Principes de jure privato constituturi essent, orationibus in Senatu priùs complebantur, de his censendi arbitrio Senatui relicto, eas deinde orationes Senatus-consulta sequebantur, *l. oratione.*16. *pr. ff. de rit. nupt. l.*1. *§.*2. *&* 4. *ff. de offic. quæstor.* Gothofred. *in not. ad l.*7. *C. de præd. & al. reb. minor.* Petr. Fab. 5. *semestr.*35. Borchold. *de transact. cap.*3. *n.*10. Quare quod uno loco Oratione introductum dicitur, *l. si & rem.*22. *ff. de hered. petit. §. pen. & ult. Instit. quib. mod. testament. infirm.* id alibi Senatus-consulto tribuitur, *l. item veniunt.*20. *§. præter hæc.*6. *d. t.* Ideòque Principes ipsi horum Autores dicti. Quorum initia ipsis etiam LL. XII. Tabb. antiquiora ex Sueton. Tranq. *in Vespas. cap.*8. satis abundè constat, vid. Dionys. Halicarnass. *antiq. Rom. lib.*2. *post. med.* Sed distinguendum hîc est tempus Reipubl. à tempore Imperatorum: nam illius temporis Senatus-consulta ex tacita populi concessione, tam de publico, quàm privato jure; Imperio verò in unum translato, ex Principis conniventia, de privato solummodò jure fiebant, *l.*9. *ff. de LL. l.*1. *ff. de reb. cor. qui sub tut. l.*18. *C. de LL. l. un. C. de SCtis. d. §. pen. & ult. I. quib. mod. test. inf.* Dn. Limn. *de J. P. lib.*1. *c.*12. *n.*97. quę tamen conniventia revera nihil aliud, quam umbra tantùm authoritatis, seu simulacrum aliquod hac parte in jure privato constituendo fuit, sive potiùs, ut cum Tacito nostro, *lib.*1. *A. c.*74. *v.*6. loquamur, vestigium morientis libertatis, & imago antiquitatis, 3. *An.*60. *v.*1. quam novus princeps ut jus aliquod precarium magis & imaginarium (juxta Forstnerum, *in egreg. not. Polit. ad Tacit. lib.*1. *c.*2. *&* 3. *in fin. pag.* 14.) Senatui reliquit. Sicut enim Augustus (quod ejus *πλάσμα* quodpiam & *σόφισμα supra §. præced.* notatum) ad Monarchiam suam velandam Tribunicio jure contentum se dixit: ita eâdem larvâ sub nomine Consulis usus est. Forstner. *not. ad Tac. lib.* 1. *An. c.*2. Consulis nomen in Senatu Rom.

eminebat,

eminebat, veluti fastigium quoddam auctoritatis Aristocraticæ: quod Augusto *primò* ut simulacrum legitimæ potestatis liberique status, exercendæ paulatim monarchiæ serviit; *deindè*, ut complementum omnis fastigii cæteris Principibus perpetuó mansit, Dn. Bœcler. *ad Tac. An. lib.* 1. *c.* 2. *annot.* 2. scilicet generale, ut Idem *ad cap.* 3. *annot.* 8. pulchrè docet, arcanum novi status est, imago antiqui: unde tot illa simulacra Aristocratica & Democratica: Idque, ob duplicem rationem, benè observandum esse, Mæcenas apud Dion. *lib.* 25. *cap.* 477. prudenter suadet. Τῆς τε τῶν πατρίων ἕνεκα, καὶ τοῦ μὴ παντελῶς τὴν πολιτείαν μεταλλάττειν δοκεῖν, *partim propter institutorum patriæ memoriam, partim ne protinùs immutari Reipubl. status videretur.* Romani enim (juxta Tacit. *lib.* 1. *hist. cap.* 16. *vers.* 7.) eo tempore nec totam servitutem pati poterant, nec totam libertatem. Talia autem ingenia, ut regnum & reges ferant, majore libertatis umbrâ regenda sunt: quod de Macedonibus Curtius observat, *lib.* 4. *cap.* 7. *vers.* 31. Eodem igitur modo, eodemque consilio, ut Augustus, ita postea Tiberius Imperium non Dictatoris Regis, sed Principis nomine, suscepit, Tacit. *lib.* 1. *Anal. cap.* 1. *vers.* 3. & *cap.* 9. *vers.* 5. quam Principis appellationem Dn. Bœcler. *ad dict. c.* 9. *annot.* 7. *pag.* 159. & *seq.* iterum simulacris per arcanum dominationis usurpatis ideó accenset, quod istud nomen, ob eminentiam & excellentiam virtutis, usitatum erat in libera Republ. Atq; sic eadem magistratuum vocabula tranquillitatis domesticæ causa erant. Tac. 1. *An.* 3. *v.* 4. quod iterùm Mœcenas ille, architectus monarchiæ, suggesserat Augusto, apud Dion. *d. l.* 52. *pag.* 493. Miser ergò S. P. Q. R. (sunt iterum verba Dan. Heinsii *in Orat.* 14. *pag.* 187. quam *de secunda & postrema Romanorum ætate, ac de Taciti utilitate ac præstantia* habuit, cum C. Cornelii Taciti Equitis Romani Annales interpretaturus esset) non aliter quam pueris, cùm plorant, aut de matre cogitant, pupa aut sigillum traditur in manus, quo, cùm domi soli relinquuntur, se oblectent, nonnulla adhuc jura eo tempore habebant: quæ potestas tandem per occultam defendendæ libertatis simulationem, veræ dominationi accessit, adde, si libet, quæ Cyriac. Lentul. *August. de convertend. in Monarchiam Republ. pag.* 348. & *seqq.* habet. Etenim ex Historia Romana observare licet, Senatus-consulta à Tiberii principatu ad Marcum Imper. usque ultra centum sexaginta circiter annos posteà amplius in usu non fuisse. Leo Philos. & Imp. post Justinianum nominatim vetuit amplius fieri Senatus-consulta, *Nov.* 78. omni potestate legis ferendæ & juris condendi, soli Principi reservatâ, *l. ult. Cod. de LL.* adde *infrà* §. 12. Atq; hæc sunt illa, quæ *in d.* §. 5. *Inst. de jur. nat. gent. & civ. & passim ibid. ap. Dd. & in tit. ff. de LL. & Senatus-Consultis, & in tit. C. de SCtis,* intelliguntur, & quorum tam multa mentio in jure; maximè autem *init. Inst. tit. de bon. possess.* ibi, *Quos autem solus*

*vocat*

*vocat Prætor*: uti Imperator has tres juris partes, ut ejusdem potestatis, adducit, *Legem*, *Senatusconsultum & Constitutionem*; & ab iis distinguit *Edictum Prætoris*, ut minoris potestatis, de quo *in §. mox sequenti*. Nomina & species Senatusconsultorum de jure videl. privato, plurima extant in Pandectis, ut sunt Tituli *de SCto Macedon. ad SCtum Vellej. ad Trebellian. de SCto Tertul. & Orfic. de SCto Syllan. ad SCtum Turpill.* Alia persequuntur Brisson. *in Lexic.* verb. *SCtum.* Hotomann. *in observat. de Senatu*, *& insignibus aliquot SCtis.* Tiber. Decian. *prax. crimin. lib. 2. cap. 29.* Coras. *de art jur. c. 12.* Paul. Christin. 2. *decis. 65.* omnia Claudiana, P. Faber *lib. 1. Semestr. jur.* Senatus-consulta à Tiberii principatu ad Marci Imperat. tempora collegit Anton. Augustinus, *Romæ in 4°. A.D. 1583.* Orationes Principum nonnullas (quas SCta sequebantur) singularibus commentariis illustravit Scipio Gentilis, puta *orationem* Marci *de transactione super alimentis, Hanoviæ in 8.* Item *orationem* Antonini Caracallæ *de donationibus inter virum & uxorem, Hanoviæ in 4. A.D. 1604.* Dn. m. & Præcept. Joh. Henricus Bœclerus in suprà sæpius laudato comment. *ad lib. 1. Anal. Taciti, cap. 9. annotat. 11. in med. ferè, pag.* 170. de authoritate SCti Silaniani suum tulit judicium; de quo etiam Tacit. 13. *A. 32. v. 1. & 14. A. 42. v. 2.* Cæterùm de variis SCtorum generibus vide Justi Meieri *Colleg. Jurid. Argent. tit ff. de leg. SCt. & long. consu. ante th. 32. edit. noviss. pag. 22.* adde etiam ea, quæ Valent. Forster. *histor. jur. lib. 2. cap. 83.* & Joh. Coras. *de art. jur. part. 2. cap. 12.* tradit.

## §. 10.

Proponebant & Prætores, & Ædiles Curules, & Tribuni plebis & Proconsules in provinciis, aliique in Republ. Romana magistratus, Edicta, §. 7. *Inst. de jur. nat gent. & civ.* ibique Dn. Locamer. *not. l. 7. §. 1. ff. de J. & J. l. 2. §. 10. 34. & 44. ff. de orig. jur.* adjuvandi vel supplendi, vel corrigendi juris civilis gratia, propter utilitatem publicam: quæ & honorarium jus, & viva vox juris civilis *d. l. 7. §. 1. & l. 8. ff. de J. & J. d. l. 2. §. 10. de O. J. & d. §. 7. Inst. de jur. nat.* Item honor dicebantur *l. 7. ubi gloss. C. de Episc. & Cleric.* ut enim verbum honoris est commune, & pertinet non tantùm ad Prætores, sed etiam ad Consules, Tribunos, Ædiles, &c. ita & jus honorarium generale nomen est, & ad omnium Magistratuum edicta pertinet. Etsi verò tot Magistratus edicta introduxerint, toto tamen jure nostro tantùm Prætorum & Ædilium Edicta commemorantur, aliorum Magistratuum non item. Et Ædilium quidem Edictum est unum duntaxat, duabus de causis, de venditionibus, scilicet: *tot. tit. ff. de Ædilit. Edict.* & de animalibus ac feris continendis, quà vulgò iter fit, *§. fin. Instit. si quadrup. pauper. feciss. dic.* Prętorum (octuaginta, & quod excurrit, post XII. Tabb. annis institutorum,

evocatis jam belli causâ Coss.) veró Edicta sunt innumerabilia. Sciendum enim est, olim Romæ juris civilis hanc fuisse rationem, ut ejus penes Prætorem (penes quos summum in jure dicendo inter privatos imperium fuit) esset & executio & correctio §.1. *Instit. de bonor. possess.* Wesenbec. *paratitl. t.t. ff. & C. de officio Prætorum.* Fr. Hotomann. *in descript. magistr. Rom.* verb. *Prætor.* Valent. Forster. *histor. jur. lib.* 1. *capp.* 26. 27. *& lib.* 2. *capp.* 84. 85. 86. Just. Lips. *comment. de Magistr. vet. Pop. Rom. capp.* 10. *&* 11. Coras. *de art. jur. part.* 2. *cap.* 13. Speidel. *Syllog. quæst.* verb. *Prætor.* unde Prætor juris civilis custos dicitur, & totum jus in hæc duo genera, civile & prætorium, distinguitur, *d. l.* 7. *ff. de J. & J.* Hoc autem Jus Prætorium per Prætores (qui initio magistratus sui Edicta in albo publicè proponebant, ut ita sciret Populus, qua de re, & quomodo in anno suo jus dicturi essent) usu paulatim docente, introductum est; unde & Cicero *lib.* 2. *vet. Rhetor.* hoc jus non juri scripto, ut hîc, sed juri non scripto attribuit, propter originem, ut diximus: postea tamen Edicta Prætorum inter partes juris scripti sunt relata, per suprà alleg. §. 7. *Inst. de jur. nat. l.* 7. §. 1. *ff. de J. & J. l.* 2. §. 10. 34. *&* 44. *ff. de O. J. & l.* 3. §. 18. *C. de vet. jur. enucl.* Cæterùm priorum partium juris scripti summa est vis & potestas: Edictorum autem licet non tanta, non tamen est exigua. Nam illarum partium vis propriè ac potestas est, Edictorum verò autoritas tantùm. Deinde priorum vis erat perpetua, Edictorum tantum annua, ut Cicero, *in verrinis*, Edictum Prætoris vocat legem annuam, sicut & ipsorum magistratuum imperia intra annum erant, *princ. Instit. de perpet. & temp. action.* Edictum non ligare, nisi tempore Prætoris, & nisi fuisset renovatum à successore, docet rubrica apud Mart. Neapolit. *tom.* 4. *dig. tit. Edicta. cap.* 1. Denique lex legem tollere aut abrogare potest, Prætor non potest: nam Prætoris est, jus civile subsequi potiùs, quàm ei directo repugnare. *l. cum sponsus* 12. §. *si res.* 4. *ff. de public. in rem act. l. scio.* 14. *ff. de testibus. l. si plurium.* 39. *ff. de noxal. action.* Quamvis autem ab initio, ut dictum, annua tantùm essent Edicta Prætoria: attamen cùm ea ab æquitate commendarentur quamplurima, & cùm, vice versâ, momentaneis & arbitrariis hujusmodi edictis ambitiosorum Prætorum gratiæ multum liceret, Lex Cornelia 300. post annis A.V.C. 686. à Tribuno plebis rogata fuit, ut Prætores ex Edictis suis perpetuum jus dicerent, Franc. Hotomann. *tract. de leg. Roman.* verb. *Lex Cornelia de jurisdictione Prætorum.* Inde Servius Sulpitius JC. (15. annis fermè post, ante Christum natum 50.) duos libros ad Edictum subscriptos brevissimè reliquit. Eum excepit discipulus Aulus Ofilius, qui primus Edictum Prætoris diligenter composuit, circa Julii vel Augusti tempora, *d. l.* 2. §. 44. *ff. de orig. jur.* Quare Cicero jam illis temporibus scribebat, ut olim à XII. Tabb. ita tunc, iis antiquatis, à Prætoris Edicto juri operam da-

turos

tuos initiatos fuisse. Tandem, 100. & quod excurrit post Ofilium annis, Salvius Julianus, JCtus, Hadriani Imper. authoritate & jussu A, D. 132. (*d. l. 3. §. 18. Cod. de vet. jur. enucl. & l. pen. C. de condict. indeb.*) Edictum perpetuum condidit, idque non modò prioribus Edictis in ordinem coactis, sed & de suo aliquammultis additis, aliisque detractis, in certos digessit titulos, atque sic novis Magistratuum Edictis proponendis finem fecit, quod tertium & ultimum Jurisprudentiæ Romanæ fundum & corpus vocare licet, quod tot JCti, quorum passim in Digestis & Legum inscriptionibus mentio fit, certatim posteà, commentariis in id scriptis, explicare, illustrare, exercere cœperunt, è quibus tandem majora & potiora Pandectarum capita deflorata sunt: ex quo etiam certò asserere licet, jam inde à paulò suprà dicti Imperatoris Hadriani temporibus eandem vim ac potestatem (quæ juris civilis, i. e. Legum, Plebiscitorum, & SCtorum) Juris Prætorii esse, & vel potissimùm adhuc hodie extare, hoc est, ut perpetuum sit, & omnes teneat. Illud Juliani Edictum perpetuum, Eguniarius Baro, *libris Manualium* colligere cœperat, verùm probabili minùs instituto, utpote qui sciens ea sæpius Edicta confingat, quæ nunquam fuerunt, sed quæ sunt ex Jurisconsultorum placitis, moribus Romanorum, antiquis legibus, vel etiam novis Principum constitutionibus. Atquin multum interest, hæc non turbidè misceri, sed probè distingui. Quare secuta industria Gulielmi Ranchini, qui *A. D.* 1597. *Parisiis in* 8. Edictum perpetuum, eiusque reliquias anxiè collegit, alienis resecatis, easdemque collectas concinnavit; ita quidem ut ipsa edicti verba uncialibus literis & majusculis excudi rectè voluerit, cætera minutioribus. In hoc tantum subsedit ejus industria, quod non ad genuinum, verum ad Justinianeum ordinem capita Edicti disposuerit: sed, quod sibi tum defuisse etiam ultrò Ranchinus fassus est, novæ posteà operæ materia fuit Domino meo Jacobo Gothofredo, qui genuino ordine Edicti perpetui instaurato (quem ex veterum Jurisconsultorum commentariis ad Edictum, puta Juliani, Ulpiani, Pauli, Gaji, & cæteris, eruere ipsi non molestum fuit) illud in *duas Tabulas* redegit atq; restituit, quæ non ita pridem *Genevæ A.* 1653. *typis Tornæsianis* prodiêre.

## §. II.

Jurisconsultorum etiam scientiâ quamplurimum Jurisprudentia profecit: non modò publica professione (qualem primus inchoasse memoratur circa A. V. C. 500. Tiberius Coruncanius *l. 2. §. 35. ff. de O. J.*) verùm ac potissimùm scriptis eorum, & responsis: scriptis, inquam, quibus tum regulis & actionibus forensibus conquisitis & collectis, Jus civile fundare & constituere nisi sunt, quinimò formulas subinde novas induxêre, superiorum

ſcripta notis ſuis in melius perduxêre: reſponſis ad conſultationes Judicum & aliorum. Quæ tanti viſa, ut ab his non facilè Prætor aut Judex recederet, ut latius expoſuit Cicero *pro Cæcin.* & licet vim legis ipſo jure non obtinerent, ipſa tamen æquitate & neceſſitate commendabilia paſſim oſtentarentur. In tantum, ut & Juriſconſulti ex Principis, jam inde ab Auguſto, authoritate (non ut anteà privatâ, nam ante Imp. tempora, *l.2. §.fin.* ibi *Et ut obiter ſciamus. ff. de orig. jur.* jus publicè reſpondendi nondum habebant, niſi fortè eorum interpretationes populus uſu & moribus comprobaſſet, *d.l.2. §.5. & 12.*) publicè reſponderent, & rurſus ſcripto non verbo, atque ita major juris hujus authoritas facta fuerit, *d.l.2. §.fin.* ibi, *Primus Div. Auguſtus de O.J.* Ut autem hoc diſtinctius explicetur, ſciendum, olim magnam quidem fuiſſe authoritatem reſponſorũ, ea tamen ſine ſcripto veniſſe, ad ſpecies autem juris ſcripti nondum relata fuiſſe, *d.l.2. §.5 & 12.* ſed poſteà demum à Cæſare (Divo Auguſto primùm, deinde etiam Tiberio Cæſare, & optimo principe Hadriano *d.l.2. §.fin.*) jus reſpondendi datum, atque ita Prudentum ſententias & opiniones inter juris ſcripti ſpecies poſitas & numeratas eſſe. §.8. *Inſt. de jur. nat. & c. d.l.2. §.35. 7.47. & 47. ff de Orig. Jur.* Illis etenim temporibus magna JCtorũ frequentiâ circumfuſos fuiſſe Principes conſtat, ex quorum Ipſi conſilio jura dicebant & condebant, ut non plures aut potiores Prudentes alia ætas tulerit, quam hujus ætatis prima Epocha. In tantum, ut quorundam tandem ſcriptis, vim lectionis (ut loquebantur) i.e. authoritatem allegationis in judiciis, vimque legis Principes attribuerint, quod à Theodoſio Jun. *l.2. Cod. Theodoſ. lib. 1. tit. 4. de reſponſis prudentum* factum, & ab Imp. Juſtiniano, *l.1. §.5. 6 7. l.2. §.10. 20. l.3. §.10. 20. Cod. de vet. jur. enucl.* confirmatum eſt, qui omnia, quæ ex Prudentum libris in Digeſta ſeu Pandectas relata ſunt, probavit & ſua fecit, *infra* §.12 *proximè ſequent.* quaſi ab ipſo primum prolata eſſent, ita ut vim conſtitutionis Imperialis habeant. Ceterùm de Juriſconſultis, eorum ſucceſſione, ſectis, authoritate & ſcriptis, vide Juſti Mejeri *Colleg. Jur. Argent. lib. 1. ff tit. 2. de Or. J.* nec non Dn. m. & Præcept. Jacobum Gothofredum, *in hiſtor. jur. cap. 7. & in bibliothec. jur. cap. 2.* Valent. Forſter. *hiſtor. jur. libb. 2. 3.* Stephan. *Occon jur. part. 3. circa fin. pag. 105.* Hodiè eorum, quæ JCti reſpondent, probabilis, non neceſſaria eſt authoitas, *arg. l. 13. C. de ſentent. & interloc. omn. jud.* Gloſſ. *in l. 1. C. de profeſſor. & med.* Bald. *in auth. generaliter. C. de Epiſc. & Cleric.* Treutler. *volum. 1. diſp. 1. th. 7. lit. e.* Reinking *de Reg. ſec. & Eccl. lib. 2. claſ. 2. cap. 11. n. 55.* A communi tamen opinione in judicando temerè recedendum non eſt, *arg. l. 12. §. 8. ff de inſtruct. vel inſtr. legat. & l. ult. Cod. de fidei-comm.* Treutler. *vol. 1. dict. diſp. 1. th. 8. lit. b* ibiq; Bachov. Mantic. *de ultim. volunt. lib. 2. tit. 6. n. 11. & lib. 8. tit. 12. n. 38.* Nicol. Vigel. *in Proœm. meth. jur.*

contra-

*controvers.* Item Corat. Corton Macagnan & Nevizan. *tract. de commun. Doct. opin.* Speidel. *Syllog. quæst. verb. consilium.* præsertim in causis criminalibus, in quibus hodie Jurisperitorum responsa & consilia imploranda & expetenda sunt, quia secundum leges pronunciatur, quando ex prudentum consilio sententia fertur, *l. Leges. Cod. de Legib. arg. l. fin. §. mixta. 26. ff. de muner. & honor.* Hocque ipsum est, quod sanctio Carolina Judices ac magistratus hoc casu ad Collegia Jurisconsultorum & Dicasteria confugere, indeque consilium petere jubet, *in artic. ult. Ordin. Crim.* verb. Wo aber die Obrigkeit ex officio vnd von Ampts wegen / wider einen Mißhändler mit peinlicher Anklag oder Handlung vollnführe so sollen die Richter / wo Ihnen Zweiffel zufiele / bey den nechsten Hohen-Schulen / Städten / Communen / oder andern Rechts-Verständigen / da Sie die Vnderricht mit dem wenigsten Costen zu erlangen vermeinen / Raht zu suchen schuldig seyn. Et postea: Vnd ist dabey wol zumercken / daß in allen zweiffelichen Fällen nicht allein Richter vnd Schöppen sondern auch / weß einer jeden solchen Obrigkeit in peinlichen Straffen zu rahten und zu handlen gebühret / derohalben Rechts-Verständiger / und außerhalb der Partheyen Costen / Rahts gebrauchen sollen. Et in verbis finalibus dicti articuli final. Vnd in dem allen kein möglichen Fleiß underlassen / damit nimand unrecht geschehe / als auch zu diesen grossen Sachen Fleiß gehöret: Darumb dann in solchen Vberfahrungen Vnwissenheit / die Ihnen billig kundig seyn soll / nit entschuldiget: daß alle Richter / Schöppen / vnd derselben Obrigkeit hiermit gewarnet seyn sollen. Tres autem potissimùm rationes sunt, quare acta criminalia judicio JCtorum submittenda, ab iisque sententia expetenda sit, quas vide apud Dn. Benedict. Carpzovium, *in practic. criminal. part. 3. quæst. 116. num. 11. 18. 20. & seqq.* Tanta denique Prudentum, sive Jurisperitorum, Authoritas hodiernos in jure Scriptores, qui ad *d. §. 8. Instit. de jur. nat.* commentati sunt, & adhuc commentantur, ad nonnullam pertraxit ambitionem & gloriosam ostentationem, quando de titulis & honoribus, quibus Imperatores Romani JCtos passim condecorare solent, nimia faciunt verba, quæ apud Hubert. Giphan. *comm. in Inst. ad d. §. 8. de jur. nat.* ibi, *permissum erat de jur. resp.* & ibi, *qui JCti appellabantur,* Just. Mejer. *Colleg. Argentor. ad lib. 1. tit. 2. ff. de orig. jur. th. 23.* legi possunt. Nos inanem hanc gloriam, quæ stultos quandoque vexat, semper à nobis procul habuimus.

§. 12.

Quinque his jam recensitis prioribus juris scripti speciebus, sextò & ultimò CONSTITUTIONES PRINCIPUM succedunt, tanquam nobilissima & potissima Jurisprudentiæ nostræ pars. Circa quarum inquisitionem, ut antea passim & ubique, quantum fieri potuit, temporum lex & ordo à nobis benè servatus fuit, ita similiter per jus antiquum, novum & novissimum, deductio hæc paulò altiùs instituenda erit. Non autem hîc, ut Legum, Plebiscitorum, SCtorum, Edictorum, Prætoriorum, & Responsorum Prudentum ad quadruplicem Reipubl. Rom. Statum (scilicet ad Regum, liberæ Reipublicæ sub Aristocratia & Democratia, & Imperatorum tempora) comparata est Nomothesia, non, inquam, eodem modo per eas nobis & singulas ætates ducenda Constitutionum Imperialium inquisitio est: Illa quippe ab Imperatorum demum temporibus, & non ante, ortum & incrementa sua habent. Hâc enim postremâ Monarchiæ Romanæ tempestate Imperatorum Constitutionibus potissimùm profecit Jurisprudentia. Verùm ut maximè, posteaquam sub Principis Imperium res jusque populi omne venit, juris constituendi potestas ad Principes quoque transiit, Tacit. *lib.*1. *Ann. cap.*2. *n.*2. ibi, *munia legum in se trahere*, ibique Cyriac. Lentul. *August. pag.* 145. *& seqq.* Besold *com. ad π. titt.* 3. *&* 4. *n.*6. ultrò tamen nonnullas alias juris constituendi vias Principes probarunt, & juris vim, ut *suprà* dictum, iisdem tribuerunt. Primùm enim inter initia Principatus *Leges* adhuc complures à populo veteri ritu, Augusto autore, tantum non Julio, latas, deprehendere licet, unde Juliis legibus tot nomen, Comitiis de Campo Martio ad Patres nondum translatis, quod à Tiberio demùm factum, Tacit. *lib.*1. *An. cap.*15. *n.*1. vestigiis quibusdam morientis libertatis apud populum permanentibus, Tac. *dict. lib.*1. *An. cap.*74. *n.*6. vide, quæ *suprà ad* §. 8. de Tribunicia potestate ex Dan. Heinsio, & Dn. Bœclero à nobis relata sunt. Ita veteris libertatis instar umbraque & simulacrum quoddam ab Augusto relictum, à Tiberio ademptum, ne alioquin vis Principatus (Tacit. *lib.*1. *An. c.*6. *n.*7. *ibique not. Polit.* Dnn. Forstner. & Bœcler.) resolveretur: *cujus ea conditio est, ut non aliter ratio constet, quam si uni reddatur.*

Secundò, *Senatui* quoque posteà authoritatis umbra seu simulacrum aliquod hac parte in jure privato constituendo relictum, qui *Senatusconsulta* faciebat, quæ sanè ibi incipiunt, ubi leges desinunt, id est, à Tiberii principatu, de quibus *paulò suprà* §. 9. pluribus actum est.

Tertiò, Divus Augustus *Jurisconsultorum Responsis* suam stare & quandam authoritatem voluit, de quibus §. *prox. praced.* 11.

Veniat

Veniat quarto loco & in hunc censum *Edictum Perpetuum*, de quo etiam *suprà* §.16. nonnihil dictum est.

Extra hæc quatuor, quæ diximus (puta leges nonnullas, Senatusconsulta, Jurisconsultorum scripta & responsa, & Edictum Perpetuum) potissimam Jurisprudentiæ partem sub hoc statu Monarchico, *Principum Constitutiones* fecêre.

Quarum omnium diversa ratio, diversusque respectus, pro diversitate temporum, quibus crebræ ac variæ mutationes circa jus antiquum, novum & novissimum, accidêre, habendus est. Aliæ enim sunt Gentilium Imperatorum, ab Augusto ad Constantini M. initia, quæ jus antiquum respiciunt, de quibus *infra tit. 9.* specialiora tractavimus. Aliæ iterum sunt Principum Christianorum, à Constantino M. qui primus Imperatorum Christianus fuit, ad Theodosium Juniorem usque, quibus adhuc jus antiquum continetur, quæque latiùs *infra titulo decimo* indigitantur. Porrò & eorum Imperatorum, qui à Theodosio Juniore deinceps ad Carolum M. primum Germanorum Imperatorem, secuti sunt, rursus aliam habent faciem, veluti in quibus jus potissimùm novum, quod *supra* §.4. *hoc tit.* Justinianeum appellavimus, quia ab Imperatore Justiniano nomen & originem habet, in considerationem venit. Quod, etiamsi præter *Constitutiones* in specie sic dictas (quæ propriam in Codice sedem habent, in quem tanquam in scrinium memoriæ & dispositionum, *l.19. Cod. de testam.* relatæ, Wesenbec. *de nov. Cod. faciend. n.1. & 2. & tit. Cod. de legib. n.1. in fin.* Cujac. *in præfat. ad paratitla in Cod.*) etiamsi quoque præter *Novellas Constitutiones* (quæ in Corpore Juris nostri Codicem è vestigio sequuntur, ipsique ut posteriùs latæ, nec non Institutionibus, & Digestis derogant, *arg. l. fin. ff de Const. Princip.*) quamplurimas alias leges, Edicta Prætorum, Senatusconsulta, & JCtorum sententias infinitas, suis quasque locis & paragraphis inclusas, ut in Digestis pariter & Institutionibus ubique videre est, in se comcomprehendat: non inconvenienter tamen omne & totum, nihilo excepto, quicquid in Institutionib. Digestis seu Paratitlis, & Codice repetitæ prælectionis invenitur & occurrit, nomine *Constitutionum Justinianearum* appellari optimo maximo jure potest ac debet. Justinianus enim Imperator omnia quæ in has tres, quas diximus, partes congeri jussit, sua fecit, juxta *supra* §.11. *prox. præced.* tradita, ita ut nullus in hisce textus alteri tempore prior aut posterior, sed omnium eadem ratio ac par authoritas sit, §.3. *præfat. de emend. Cod. l.1. §.5. 6.7. l.2. §.10.20. l.3. §.10.20. Cod. de vet. jur. enucl.* Giphan. *in explanat. Leg. Cod. præfat. special. ab init.* Hinc non facile ad correctiones Legum aut antinomias confugiendum, ubi ulla alia textum explicandi & conciliandi ratio suppetit, Dn. m. & Præceptor Guilielm. Ludvvell. *in*

vvell. *in not. Wesenbec. n.* 2. ibi, *Constitutiones posteriores. ff. d. t. de Const. Princip. & n.* 9. ibi, *quod sicut imperitè, ff. de pact. & disp. in Instit.* 1. *th.* 2. *lit b. & disput. inaug. de quinquagint. decision. th.* 40. *& seqq.* Christoph. Besold. *Comment. ad π. titt.* 1. 3. 4. 5. *&* 6. *præcogn. miscell. n.* 6. *&* 10. de quo jure Justinianeo *infra titulo undecimo* pleniùs docebitur. Aliam denique indagationem eæ requirunt *Constitutiones*, quas à Carolo M. primo Germanorum Imperatore, deinceps subsecuti Imperatores ad nostra usq; tempora, confecerunt, quâ scilicet postremâ Epocha jus complectimur novissimum, quod novam planè faciem, translato tum & in novam aliam que formam Statumque mutato Imperio, repræsentat, quodque *infra tit.* 12. longiori serie deducere constituimus.

## *Pars* III. Διακόσμησιν, *seu tractationis de Constitutionibus Principum ordinem continens.*

### §. 13.

Cum ergò *Imperatorum Constitutionibus*, juris scripti specierum longè pulcherrima utilissimaque potissimum profecerit Jurisprudentia Romana, atque olim inaugurali nostrâ quædam per rapsodiam de hisce crudâ adhuc Minervâ collegerimus: ideò informem illam istis temporibus ingenii nostri massam paulò ornatiùs nunc exhibere, atque repastinando subigendoq; ad meliorem perducere frugem lubido incessit. Quæ quidem materia, etiamsi incompositè incedat, ipsa tamen conveniens est, & licet non adeò appositè offeratur, commodissima tamen naturâ videtur: *Rudes* enim *& indigestæ auri moles & massæ.* (ut scribit illustris Salmasius *in funere linguæ hellenisticæ pag.* 6.) *in acervum fortuito conjectu accumulatæ, magis æstimantur ab intelligentibus, quàm plumbi lamellæ, multo artificio bellè compositæ vel dispositæ.* Nihilominus verò in *Constitutionibus Imperialib.* (cùm præsertim in iis, juxta §. *præcedentis* 12. monita, temporum lex & ordo quàm diligentissimè observari debeat, memoriæque insuper studendum sit) οὐδὲν οὕτως οὔτ' εὔχρηστον, οὔτε καλὸν, ὡς ἡ τάξις: *nihil utilius pulchriusve quàm ordo*, ut in *œconomico* loquitur Xenophon, *pag.* 841. *init. edit. Leunclau.* Nec quicquam in iis tam cavendum, quàm ne omnia sint Bacchi κέρνος (*vas fictile*) in quo, teste Athenæo *lib. XI. Dipnosoph. pag.* 476. simul fuerunt *papaver*, *album triticum*, *hordeum*, *pisum*, *ervum*, *cicer*, *lens*, *faba*, *zea*, *avena*, *caricæ*, *mel*, *oleum*, *vinum*, *lac*, *quin etiam illota ovis lana.* Cujusmodi mixturam, ut hilaria bachantium fortasse non aspernantur; ita hìc omnia diligenter separanda esse censemus. Proindè initiò, præmissa nominis consideratione, definitionem

ceu basin toti structuræ, fundamenti loco, substernemus, subnexâ originis, indeque veluti è fonte fluentis omnis potestatis, justitiæ, æquitatis, aliarumque circumstantiarum pernecessariâ inquisitione & moderatione. Deinde divisione in suas differentias atque species institutâ, harum singularum naturam & varias interpretationes è juris fontibus paulò altius hauriemus. Tertiò repetemus causam efficientem, & serie Imperatorum in suas Epochas distributâ formam sive statum hodierni regiminis. Quarto loco in subjectum, quinto in reliquas causas, & quidem in objectum seu causam materialem inquiremus. Sextò, persequemur causam formalem, seu modum *Constitutiones* promulgandi. Tandem reliqua, id est finem, effectum, affinia & contraria, sublevandi fastidii causâ distinctis quibusdam catenatim invicem cohærentibus titulis expedita dabimus.

Cæterùm sanctè protestamur, unicum operis nostri scopum fuisse, veritatem ejusque lucem clariorem in materia hac infrequenti, & à nullo unquam, quatenus ad nostram quidem notitiam pervenit, tam absolutè & largâ manu tractatâ & deductâ, aperire omnibus, celare neminem. Quod si voti compotes facti, habemus DEO, quod agamus, gratias; sin verò in nonnullis humana imbecillitate lapsi sumus, aut quicquam, quod contra Imperatoris Augustissimi, Electorum, nec non reliquorum Imperii illustrissimorum Procerum & Statuum jura & privilegia, reapse proposuimus, & indicta ea volumus, & meliùs docenti aures applausumq; dabimus benignissimè.

# TITULO SECUNDO

## NOMINA ET SIGNIFICATIONES JURIUM à Principibus conſtitutorum eruuntur, indeque Deſcriptio Conſtitutionum Principum colligitur, & tandem iis genus proprium determinatur.

## *Pars* I. *definitionem nominis continens.*

### §. 1.



ADminiſtratio Imperii Romano Germanici politica, quæ pacis tempore fit, in tribus conſiſtit: 1. Rebus & bonis Imperii: 2. Negotiis: 3. Mutuis, tùm Imperatoris & Statuum, tùm ſubditorum, officiis præſtandis. Georg. Braudlacht. *epitom. Jurisprud. publ. lib.6. cap.1. n.3.* In negotiis Imperii inſpiciendus primò modus & forma expediendi, deinde expeditio ipſa. Braudlacht *d. epit. jur. publ. lib.7. cap.1. n.1.* Expeditio alia fit cum ſubditis, alia cum peregrinis. Expeditio cum ſubditis conſiſtit in ſanctione legum, earum executione, & cenſura. G. Braudlacht. *epitom. Jurispr. publ. d. lib.7. cap.2. n.1. & 2.* Atque hæc quidem Legum (*quibus omnes regantur, etiamſi ad divinam domum pertineant, l.10. C. de LL.*) condendarum & exercendarum poteſtas, inter Baſilica vel Majeſtatica jura, quæ vulgò Regalia dicimus, Beſold. *Syn. Pol. lib.1. c.2. th.3.* præ cæteris omnibus locanda eſt, Beſold. *Syn. Pol. d.c.2. th.30. & ſeqq.* Dn. & Præc. m. Ludvvell. *Syn. jur. Feud. cap.13. pag.329.* Arniſ. *Politic. lib.1. cap.2, pag.215. infr. tit.3, §.9.*

### §. 2.

Leges in Imperio noſtro quæ ſanciuntur, nomine *Conſtitutionum Imperialium* veniunt, quibus nos operam in præſentia daturos, definitionem, diviſionem, & argumentationem ſeu interpretationem (quæ tria ſcientiarum ac diſciplinarum inſtrumenta, *Ariſtoteles*, aliiq; *Sapientes* tradiderunt) juxta *tit. præc.* §.13. inſtitutum, inveſtigare decet: ubi ante omnia, quid nomine jam dicto communiter ſignificetur, inquirere atq; explicare oportet. Hujus enim cognitio etiam rudis atq; ἐπιπόλαιος, ſeu (ut Ariſtoteles *lib.1.*

*phyſic.*

*physic. in princ.* appellat) συγκεχυμένη, omnium prima, maximeq; utilis & necessaria esse videtur. Nam nisi quid vocabulum rei, tàm vulgò quàm propriè notet, præsciamus, nunquam, quid res ipsa contineat, assequemur. Ἔστι γὰρ, ut Aristoteles ait in *lib. de interpretatione*, τὰ ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα fac. *l.1. in fin. C. de offic. præfecti urbi.* qua de causa passim in jure nostro hoc definitionis genus, usurpari videmus, veluti in *l.1. ff. de V. S. l.1. ff. de J. & J. l.1. ff. de reb. cred. l.7. in fin. ff. de supell. leg. §. est autem Instit. de tutel.* Qui dubitat, poterit inspicere Disputationes in Academiis publicè habitas; in illarum principiis hæc ad nauseam ferè solent nobis inculcari.

## §. 3.

Explicatio autem Nominis est triplex: Etymologicâ, Homonymica, Synonymica. De Etymologia (cum juxta Baldum *in consil.33. num.2. vol.1.* Leges nostræ Prisciano non subjaceant) non multùm hìc sumus solliciti, sed potius eam senatui populoq; *Grammaticorum* relinquimus, vide tamen Benincasium, si placet, *de constitut. quæst.5. n.1. 2. 3.* Ratione πολυσημασίας *Constitutionis* quatuor potissimùm sunt notiones: nam interdum ἐν πλάτει & generalissimè pro omni jure, quod aut expressa sanctione constitutum, *l.3. 4. 8. 11. 15. ff. de legib. l. 4. §. 3. ff. de ration. distrah. l. 20. C. de annal. except.* aut moribus receptum est, *l. 32. pr. junct. §. 1. ff. d. t. de L. L. §. 4.* ibi, *per usum constitutum* I. F. I. accipitur: atq; ità in hâc generalissimâ significatione denotat firmam positionem, Casp. Barth. *advers. lib.43. c.12. pag.1951. in fin.* interdum generaliter significat quodlibet jus scriptum, *c. 1. dist. 8. cap. 1. dist. 9. l.15. §.13. ff. de injur.* vel etiam hominum conventionem, *l.3. §. ductus aquæ. 4.* verb. *jure constitut. ff. de aqua quot.* sicut & lex. *l.1. in f. ff. de aqua pluv. l.1. §. si convent. ff. depositi.* quando scil. ad hominis factum refertur; quo in significatu *Constitutio* significat quodlibet jus constitutum, sed præcipuè scriptum, *c. lex. c. constitutum. dist. 1.* Beninc. *d. tract. de constit. quæst. 4. num. 40.* Molin. *tom.6. de Just. & Jur. disp. 46. num. 24.* quare & juri non scripto opponitur, *d. c.1. & 2. dist. 8. d. c.1. dist. 9. & passim ibidem.* Propriè verò & κατ᾽ ἐξοχὴν, specialiter sumitur pro jure, quod summus Princeps constituit. *§.6. Inst. de J. N. G. & C. § 6. Inst. de exhered. lib. §. 2. & ult. Instit. de legat. l. 33. ff. de reb. cred. Auth. Habita. in fin. C. Ne fil. pro patr. l.1. §.1. ff. de Constit. Princip. l. f. C. de LL. pr. Inst. de hered. instit. § 3. J. quibus mod. testam. infirm. § f. Instit. de inoff. test. §. 1. Inst. de pup. subst. §. 3. Instit. quib. mod. toll. oblig. & passim.* Sic in *l.18. ff. de usucap.* dicitur *constitutũ*, quod in *§.4. Inst. eod. D. Pium, Divosq; Severum & Antoninum rescripsisse*, dicitur. Sic in *l.18. C. ad Sct. Vellej.* dicitur *constitutum*, quod in *l.2. §.3. ff. eod. D. Pius, & D. Severus rescripsere*: quemadmodũ pluribus ostendit D. Rebhan. in *Hodeget. jur. chart.2. clim.1. th.29. in exeg.* Beninc. *de Const.*

*quæst.4. num.22. & 32.* Specialiſſimè tandem & quartâ notione, eâq; rariore, dicitur, quod ob certam aliquam & peculiarem cauſam, moventem circumſtantiam ex ſpeciali gratiâ, æquitate, favore, utilitate &c. præter jus regulare & commune fuit ſtatutum & ſancitum, *arg. l.15. 16. & 20. ff. de LL. l.51. §.2 ff. ad L. Aquil. l. 20. §. 3. ff. de ſtat. lib. l. 19. §.3. ff. de caſtr. pecul. l. 4. in f. ff. rer. amot. l.94. ff. de cond. & demonſtr. l.40.41. §.3. ff. de uſucap. l.1. §. item cum ff. quæ ſentent. ſine appellat. reſcind.* Benincas. *de Conſtitut. quæſt.5. per tot.* Enenckel. *de privileg. lib.1. cap.2. n.3.*

## §. 4.

Noſtra hæc Diatriba de *Conſtitutionibus*, (audivimus enim §. *præc.* hoc verbum polyſimon eſſe) in ſpeciali & propriâ ſignificatione, aget, id eſt, de jure à Principe, qui ſummum tenet Imperium, conſtituto: quod Græcis ICtis dicitur *διάταξις: σύνοψ. βασιλ. περὶ βασιλ. ἀντιγραφ. καὶ διαλάξεων. βιβ. β. τιτ. ε. καὶ τιτ. ς. κεφ. β.* ibi: *καὶ λέγεται ταῦτα διάταξις, gloſ.* Labbæi: *Κονστιτυτιὸν, διάταξις*, apud *Plutarch. in Marcello* commemorantur *Διατάγματα τῶν ἀρχόντων.* Dicitur etiam à Theoph. *ad §.6. J. de jur. nat. &c. διατύπωσις.* Dicuntur autem *Conſtitutiones Divorum Principum* (1) Statuta § *quia tamen. 1. Inſt. de vi bonor. rapt. l. un. C. Nem. lic. ſign. Salvat. l.3. C. de ſentent. ex peric. recit. l.16. C. de excuſ. tut. l.2. in fin. C. ſi adverſ. cred. præſcript. l.3. §.5. ff. de ſepulchr. violat. l.10. C. de muril.* Ità *Statutum* Alberti I. Imper. dicitur, in *tom. III. Conſtitut. Imp. Goldaſt. fol.* 440. (2) Conſtituta *l. 1. C. de metat. l. 5. §. ea verò. C. de pagan. l. 11. in pr. C. commun. de ſucceſſ. l.3. in f. C. de his qui num. lib. vel paup.* Eâdem formâ, quâ Inſtituta *Ammianus Marcellinus*, ut & *Boëtius, Servius, Priſcianus, Anianus*, Vlpiani, Gaji, Pauli Inſtitutiones appellant, quoties citant. Sic & *Theophilus, Harmenopulus, Matthæus Blaſtares*, aliiq; *Græci* libentiùs Inſtituta vocant, quos & ipſe *Juſtinianus* ſequitur, in *l.2. C. de V. J. enucl. Nov. 21. & 89.* Iohann. Borcholten *ad tit. Inſtit.* Sic & *Græcis* Petita, ut apud *Suidam*, quæ *Latinis* petitiones *rubr. C. de petit. bon. publ.* Sic Digeſta *Alphenus, Julianus.* alii *JCti*, quos Imperator *Juſtinianus* iterum imitari voluit, conſcripſerunt, quæ, ſi *Grammaticos* auſcultes, Digeſtiones vel Digeſtanea dicenda forent. Sic Remiſſa, Reiecta, Offenſa. Barth. *lib.29. adverſ. c.13.* (3.) Scita Principalis Majeſtatis. *l. 8. in f. C. de repud. l.3. ff. de bon. quæ liber.* (4.) Regalis ſenſus & Imperiale Decretum. *l. fin. C. de LL.* (5.) Sanctiones. *§. fin. Inſt. de libert. l. un. §.10. C. de caduc. toll. tit. Cod. de diverſ. reſcr. & pragm. ſanct.* Conrad. Rittershuſ. *expoſit. method. ad Novell. Juſtin. part. 2. cap.1. n.15.* (6.) Dogmata. Matth. Stephan *prælect. ad lib.1. Cod. tit.13. prior. præfat. n.21.* (7.) Juſſiones, *argum. l.3. C. de LL. l.5. C. de natur. lib.* (8.) Placita. *§.3. & 6. Inſt. de J. N. G. & C.* (9.) Sententia Imperialis in cognitionibus prolata,

*epigraph.*

*epigraph. l. f. ff. ad SCt. Trebell. & epigraph. l. f. ff. de jur. patron.* (10.) Mandatum. *tit. C. de mand. Princ.* adde *infrà tit. 6. de variis Constitutionum divisionibus & speciebus.* & Joh. Althusii *dicæolog. lib. 1. cap. 14. n. 19.* (10.) Infimo Latinitatis ævo reperies vocata Kapitula, ut sunt illa *Caroli* & sequentium aliquot *Imperatorum*, quæ *Melch. Goldastus* collegit. (12.) Germanis Sazungen/ à Setzen/ quod planè vim vocis Romanæ, *constituere*, assequitur, & exhaurit, quod est firmiter statuere: est enim Constitutio, jus à Principe vi propriâ summi Imperii Statutum, de quâ descriptione *mox* §. *seq. Constitutiones* tandem *Principum*, ob majestatem & reverentiam, quam Ethnici opinionis errore ipsis plus quàm humanam tribuerunt, Dn. m. & Præc. Freinshem. *Comment. ad Curt.* 3. 6. 17. ibi: *erga reges suos*. Bachov. *comment. in 1. part. pand. ad l. 3. de Constit. Princ.* Besold. *Syn. Pol. lib. 1. c. 1. thes. 15.* Dn. & Præc. m. Bœcler. *programm. de regno David. anno* 1644. nec non ad Tacit. *l. 1. Ann. c. 10. annot. 15.* Dn. Limn. *de Jur. publ. lib. 1. cap. 7.* iterùm Dn. Bœcl. *ad Tac. lib. 1. A. cap. 11. annot. 1.* à divinâ eorum vocis copia proficisci dicuntur, *l. un. pr. C. ut omn. jud. tàm civ. quàm mil. d. l. 3. ff. de Const. Princ.* & etiam ab ipsis autoribus passim in *Institut. Pandect. Codic. & Novell.* sanctæ, divinæ, & sacratissimæ appellantur: *§. 2. Proœm Inst. §. 1. Inst. de libert. §. 12. in f. Instit. de nupt. princ. Inst. quib. mod. tut. fin. §. f. Inst. de usuc. §. 3. Inst. de testam. princ. Inst. quib. non est perm. test. fac. § 1. Inst. de inoff. testam. §. 25. in f. Inst. de legat. §. 1. Inst. de vi bon. rapt. princ. Inst. de perpet. & temp. act. §. 6. Inst. de interdict. §. 10. Inst. de publ. judic. l. 1. §. 2. ff. quæ sent. sin. appell. rescind. l. 5. §. 5. ff. de administr. tut. d. l. 3. ff. de Const. Princ. l. 42. §. 8. l. 43. pr. §. 1. & 2. l. 44. pr. §. pen. & ult. C. de episc. & cler. l. 33. C. de episc. aud. l. 2. C. de mand. princ. l. 5. C. de natur. lib. l. ult. C. de hæret. & Manich. l. 7. C. de pagan. l. 8. & 9. C. de LL. & Const. Princ. l. 1. §. 6. C. de vet. jur. enucl. l. 2. C. de petit. bon. subl. l. un. §. 10. C. de cad. toll. &c.* Conr. Rittershus. *exposit. method. ad Novell. Justin. part. 2. cap. 1. n. 14.* Hinc nominantur Oracula, *l. 21. C. de hæret. & manich. §. illud. Inst. de adopt. l. 11. C. de vectigal. & Commiss.* Consulta cœlestia. *l. 8. C. de off. rect. prov.* Divina annotatio. *l. 2. Cod. de quib. mun. vel præst.* Statuta cœlestia. *l. 10. C. de muvileg.* forma cœlitus data. *l. 13. Cod. eod.* Divina indulgentia. *d. l. 3. ff. de Const. Princ.* Sacra, & Sacrum, quæ duæ voces hîc substantivè & absolutè ponuntur, Rittershus. *ad Novell. dict. part. 2. cap. 1. n. 14.* Vide insignem etiam locum *Symmachi.* apud Grotium *flor. spars. ad l. si imperialis. 12. §. 1. C. de LL. & Const. & ad l. 1. C. de mandat. Princ. pag.* 285. Sed hisce vocabulis promiscuè JCti, respicientes magis ad res quàm ad verba, utuntur, cum in effectu eadem sint, licet accuratè loquendo in nonnullis differant, &c.

## *In parte* II. *realis Descriptio datur & resolvitur.*

### §. 5.

Definitionem, à quâ initium faciendum monet *Cic. l.1. de offic. pag.2. b.* nominis, sequitur definitio rei. Hujus potior, sed illius prior semper habenda est ratio, juxta *supr. in* §. 7. allegatas *l. 1. ff. de reb. cred. & l. 7. in f. ff. de supell. leg.* Diximus autem §. *modò præced.* Constitutionem esse jus, à Principe vi propriâ summi Imperii statutum: vel brevius, Jus à Principe Romano constitutum, *l. 2. §. 12. ff. de O. J.* Harpr. ad §. *6. Inst. de J. N. G. & C. n. 1.* Benincas. *de Constitut. quæst. 4. n. 4. & 5.* Quæ duæ descriptiones cùm non immeritò imperfectionis argui possint; definito quippe suo angustiores esse videntur, nec præcipua ejus requisita seu conditiones continent: ideò ad imitationem Joh. Althusii, qui *dicæolog. dict. lib.1. cap. 14. n. 19.* definitionem ab omnibus partibus seu speciebus tradidit, & ad genus proprium, differentiamq; specificam (quæ duo perfectam definitionem constituere in propatulo est) respicientes, prætereaq; studiò caventes, ne cognata etiam sive affinia, hoc est, impropriè sic dicti *Constitutionum* modi (quæ egregia semper & maxima definiendi virtus atq; potestas visa fuit, neq; enim definiendi virtus atq; potestas visa fuit, neq; enim definitio suo definito latior esse, sed juxta Vigelium *lib.1. Dialect. loc. de definitione. pag.* 18. semper cum eo converti debet) includantur & comprehendantur, Constitutiones Principum sic definimus: Quod sint Jus à Principe Romano, ex placito, secundum plenitudinem potestatis, quam ipsi Populus Rom. per Legem Regiam absolutè concessit, vel directò vel non directò edictum, jussum, rescriptum, sancitum, subscriptum, decretum & pronunciatum.

Generis loco posuimus *jus ex placito & plenitudine potestatis confectum,* de quo *mox in parte tertia hujus tituli:* Differentia specifica in illis: *per L. Regiam absolutè concessit:* & reliquis consistit verbis: quibus species ferè omnes, causa efficiens, subjectum, objectum, & forma contineri videntur. Et species quidem sunt, Edictum, Mandatum, Rescriptum, Sanctio pragmatica, Subscriptio, Decretum, & Sententia: de quibus omnibus *infrà titul. 6.* pleniùs. Causa efficiens est Imperator Romanus, de quo *tit. 8. & aliquot seqq.* Subjectum, obligatio Populi Romani, de quo *tit. 14. & 16.* Objectum seu materia circa quam sunt jura & actiones, negotia & causæ civiles, morales, honestæ, indifferentes, possibiles, ad commune bonum tendentes, Arismin. Tepat. *decis. t. 41. c. 1.* de quibus *infr. tit. 17. 18. 19. uberiùs.* Forma in eo est,

quod per promulgationem, aliudq; signum externum, *vel indirectò vel non directò*, innotescant, ut scil. non priùs, quàm communicatione palàm factâ, vigorem legis recipere possint, ut *infrà tit.*20. pluribus docebitur. Quod si verba hujus definitionis accuratioribus inspexeris oculis, finem quoq; in iis variosq; deprehendes effectus: quid enim verba hæc *edictum, jussum, rescriptum &c.* aliud denotant, quàm Boni communis salutisq; publicæ curam? quæ certé, neq; res alia pro vero *Constitutionum* fine habenda, *infr. tit.* 21. quæq; meritò suprema lex esse debet. Eademq; verba ad singulas *Constitutionum* species collimare non modó jam dictum est, verùm etiam *titul.*22. pluribus patet, singularum in iisdem effectus latere. Quare definitionem hanc suo definito angustiorem esse non facilè quis nugari audebit: multò minùs latiorem asserere conabitur: verbis quippe, *per Legem Regiam absolutè concessit*, affines & impropriè sic dicti *Constitutionum* modi, veluti, Jura divina, Constitutiones Apostolicæ & Ecclesiasticæ, Canones Pontificis Romani, Regum, Electorum, Principum, Comitum & Civitatum Imperialium leges municipales, statuta Academicorum & Opificum, Illustrium Familiarum pacta &c. aliæq; Constitutiones locales, de quibus infrà *tit.*23. seorsim, tùm in genere, tùm quadantenùs in specie sejunguntur, Benincas. *de constit. quæst.* 4. *n.* 5. Quæ singula nostram, quam dedimus, descriptionem non nihil commendare possunt: cum Antonio Heringio enim, *tractat. de fidejuss. c.*3. *n.*2. JCti officium esse putamus, singula quæq; aptè definire.

## *Pars* III. *de vero & proprio hujus definitionis genere.*

### §. 6.

Postquàm definitionem hanc ab omnibus partibus & causis desumptam esse circumspeximus, verè procul dubio colligemus nunc, an genus definiti huic disciplinæ atq; doctrinæ satis aptum conveniensq; appositum sit? an non tantùm propositum εἶδος accuratè ac penitùs complectatur, sed insuper dilucidè ac sufficienter, quid *Constitutiones* sint valeantq;, omnium oculis proponat? Qui enim causas cujusq; rei veras intelligit, eum, quid ipsa sit, hoc est, in quo genere, ut *Logici* vocant, posita, optimè scire dubium non est. Nam & contra, ignoratis principiis, verum etiam genus & propria, quæ illud sequuntur, ignorare oportet: ut ajunt Abbas in *cap. Ecclesia S. Mariæ: ut lite pendente nihil innovetur.* Baldus in *l.* 1. *in princ. ff. de Just. & Jur.* & fac. *l.* 1. ibi: *cujusq; rei potissima pars principium est, ff. de orig. jur.* Genus equidem *Jus ex placito & plenitudine potestatis confectum* posuimus; puta *Jus*, in

in abstracto consideratum, de quo *suprà tit.* 1. §. 2. Giphan. *disput. de princip. & part. jur. thes.* 3. & 6. *Placitum* est liberrima voluntas: sic enim *Güntherus Ligurini VIII.*

*- - - pro lege voluntas*
*Principis esse solet quicquid decreverit ille,*
*Esse ratum mos est, & legis habere vigorem.*

Per *placitum* tamen hic intelligunt *Jcti & Justinianus* solummodò id, quod juris objectum facit, & eo animo promulgatur: quod enim quoquo modo constituit Princeps ipse, non aliter jus est, quàm si animum ferendi juris habuerit, scilicet ut jus fieret, & subditos obligaret. *l.* 1. §. 1. *ff. de Const. Princ. & argum. l.* 7. *C. de sentent. & interlocut* Thom. Lans. *discurs. de Leg. Reg. th.* 86. *& seqq.* Dn. m. & Præc. Bœcler. *comment. ad Tac. An. lib.* 1. *c.* 4. *annot.* 1. Zoës. *comm. in tit.* 4. *lib.* 1. *ff. de constit. princ. n.* 9. Ridet enim acutissimus Bachovius *Comment. ad* §. 6. ibi: *quod Principi placuit. Inst. de J. N. G. & C.* non immeritò eos Interpretes, qui in terminis habilibus non manent, sed huc adducunt, & quasi objiciunt, scelera Principum, stupra, adulteria, incestus, homicidia, quæ illis ex animi libidine facere & admittere libuit: cùm ipsa subjecta materia toto in *textu* ubiq; ostendat de cujusmodi *placito* hîc agatur: nihil enim aliud hîc significatur, quàm quod post introductum Statum Monarchicum plenaria juris condendi potestas in Principem transierit, Lans. *discurs. de L. Reg. dict. th.* 86. *& seqq.* Vasq. *illustr. controv. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 1. Ant. Faber, *Jurispr. Papin. princ.* 8. *illat.* 1. quæ Principis per directum vel indirectum, prout ipsi placuerit, instituta intentio, ex quibus notis intelligi possit ac debeat, in *d.* §. 6. *Instit. d. t. per tot. &* pleniùs in *L. Leges.* 3. *C. de Legib.* exponitur, Arismin. Tepat. *Decis. tit.* 41. *cap.* 1. *princ. ibiq. alleg. Menoch. consil.* 350. *vol.* 4. & Vasq. *d. cap.* 2. *n.* 3. *& seqq.* Reink. *de reg. sec. & eccl. lib.* 2. *d. cap.* 5. *n.* 33. Per *plenitudinem potestatis* summum intelligimus imperium, quod aliud superius, ut vulgò loquimur, non agnoscit: est enim hoc jus condendæ legis, tam de rebus Ecclesiasticis, quàm de Politicis, summi Imperii, idq; supremum, non temerè cum subjecto communicabile; Giphan. *d. disp. de princ. & part. jur. th.* 35. Hæc tamen plenitudo potestatis à Petro Anton. de Petra, *tract. de jur. quæsit. per Princip. non tollend. cap.* 21. variè limitatur, ibiq; multæ proponuntur, quæ Princeps non potest, vel controvertitur, an possit: adde, Covarruv. *lib.* 3. *var. resol. cap.* 6.

## §. 7.

Rectissimo ordine *Propria*, quæ à Vigelio *lib.* 1. *dialect. loco, de proprio. p.* 29. *in fin.* Officia vocantur, Generi subnectuntur, quippè à cujus essentiâ

natura-

naturaliter & necessariò promanant, neq; solùm quidditatem rei ulteriùs declarant, sed etiam cum eâ arctissimè cohærent & conveniunt. Videntur autem esse sequentia (1) *Constitutiones* humanitati Imperatoriæ *l. ult. Cod. de donat. inter vir. & uxor. l. leges. 9. in fin. Cod. de LL. & Constit. Princ.* Imperiiq; consentaneam esse. Wesembec. *n.2. ad d. t. Cod. de LL. & Constit. Princ.* Dn. Bœcler. *ad Tac. An. dict.* 1, 4, 1. Est enim *Constitutio* Imperii vinculum & τάξις: *Aristot.* πρὸς τὰς πολιτείας τοὺς νόμους δεῖ τίθεσθαι καὶ τίθενται πάντες, ἀλλ᾽ οὐ τὰς πολιτείας πρὸς τοὺς νόμους. Quod autem rationi & juri naturæ semper congruant, non adeò necessarium esse putamus: id enim neq; præstari potest, neq; debet, nisi in optimâ imperandi formâ. *Doctores* quidem & *Glossographi* multis voluminibus id agunt, ut probent, *Statuta* & *Constitutiones* rationabiles, sic enim loquuntur, id est, rationi & æquitati naturali atq; honestati consentaneas esse debere: sed aqua illis hæret, eos enim *Ulpianus* satis refellit, cujus hæc sunt verba: *Jus civile est, quod neq; in totum à naturali vel gentium recedit, nec per omnia ei servit. l. 6. ff. de Just. & Jur.* Fernand. Vasq. *illustr. controv. part. 1. lib. 1. cap. 50. n. 6. & seqq. & cap. 2. num. 10. & seqq.* Imò Constitutio etiam odiosa, si concernit favorem Reipubl. extenditur ad similem casum, Arismin. Tepat. *decision. tit. 41. cap. 3.* Reinkingk. *de reg. sec. & eccl. lib. 2. class. 2. cap. 5. num 3. & seqq.* (2) Æquales in omnes. *l. capitalium. 28.* ibi: *cum leges æqualiter securitatem omnibus tribuant. ff. de pœn.* Wesembec. *d. n. 2. d. t. C. de LL. & Constit. Princip.* est enim *Constitutio*, ut *paulò suprà* dictum, τάξις Imperii, & commune præceptum, sive, ut *Impp.* loquuntur, omnium vitam constringit: Besold. *comment. ad π. titt. 3. & 4. n. 4.* Conr. Rittershus. *ad Novell. p. 2. cap. 1. n. 5.* Reinkingk. *de reg. sec. & eccl. lib. 2. class. 2. cap. 1. n. 14.* Licet interdum privilegia, & jura singularia, tàm rebus quàm personis concedantur, de quibus *infrà titulo, 16.* (3) De eo, quod plerumq;, non de eo quod raro accidit, rogari, τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς, παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται, ut eleganter ait *Theophrastus, Platonem* imitatus. *l. 3. ff. si pars hered. pet. l. 38. ff. de solut. l. 44. ff. ad SCt. Trebell.* ratio extat in *l. 44. ff. de div. reg. jur.* his verbis? *Ea quæ raro accidunt, non temerè in agendis negotiis computantur.* Besold. *comment. ad π. dict. titt. 3. & 4. n. 3.* Hopper. *de art. jur. l. 1. rubr. ult. princ.* (4) Jubere, vetare, & quod inter duo illa necessaria extrema est velut medium ac voluntarium, permittere: hæc tria sunt vera *Constitutionum* officia, quæ & *Quintil.* alibi adfert, qui tamen *lib. 7. cap. 6.* multò plura commemorat, *Constitutio*, inquiens, *aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut jubet, aut vetat, aut permittit.* Tria priora pœnas & præmia ac velut remedia; posteriora declarant officia, Besold. *comment. ad π. dict. titt. 3. & 4. n. 5.* Seneca, *epist. 94.* inquit: *Quid aliud sunt Constitutiones, quàm minis mixta præcepta?* & mox, *Constitutionem brevem esse oportet, quò faciliùs ab imperitis tenea-*

*teneatur. Jubeat non disputet.* Interdum tamen consilium dare videtur: sed
hoc à JCtis ut Interpretibus profectum. Huc pertinent vulgares regulæ: *Pro-
hibitum ad tempus, posteà permissum censeri,* & contrà. *Prohibitū uni aut quibus-
dam cæteris videri permissum. Omnia censeri permissa, quæ non sint nominatim ac
disertè vetita. Constitutionē, quæ in præteritum quid indulget, in futurum vetare.*
Besold. *comment. ad π. dict. titt 3. & 4. n. 24.* Est & illa quæstio hujus loci: *an
actus Constitutione aut jure vetitus, si nihilominus factus fuerit, censeatur nullus
ipso jure?* Distinctionem adhibent *Dd.* prohibitionis simplicis sive præcisæ, &
ejus quæ adjunctam habeat vel pœnam vel clausulam de remedio alio; pu-
tantq;, priore prohibitionis genere actum nullum esse & inutilem ipso jure,
altero genere valere. Nos *Ulpiano* potiùs adsentimur, distinguenti *Constitu-
tionem* perfectam ab imperfectâ, scilicet ut is actus, qui perfectâ *Constitutione*
vetatur, fit inutilis, alius valeat. Perfectam autem *Constitutionem* vocat *Ulpia-
nus* non modò quæ actum prohibet, sed eum quoq;, si posteà fiat, rescindit:
Imperfectam vocat eam, quæ cum vetuit quid fieri, non tamen posteà fa-
ctum rescindit, sed pœnam duntaxat injungit ei, qui contra *Constitutionem*
quid egerit. Videatur, quibus placet, Giphanius *explanat. LL. Cod. ad l. 5.
Cod. de LL. & Const. pag. 16.* (5) Breves & perspicuas esse; sic enim *Philostra-
tus Aspasio*: αὐτοκράτωρ γὰρ ὁπότε ἐπιστέλλοι, οὐ δεῖ ἐνθυμημάτων, οὐδ' ἐπιχειρήσεως,
ἀλλὰ δόξης, οὐδ' αὖ ἀσαφείας, ἐπειδὰν νόμους φθέγγεται. σαφήνεια δὲ ἑρμηνεὺς νόμου:
i. e. *Imperator quoties epistolas scribit, non opus habet enthymematis, aut argu-
mentationibus, sed sensu expresso, neq; obscuritate, legem enim enunciat: perspi-
cuitas autem legis est interpres.* (6) Pro directâ justi & injusti normâ haberi:
cum æquitas sit velut regula Lesbia. *Symmachus* X 47. inquit, *Leges percen-
seam, quarum plerumq; duritiam, pro clementia vestra, decretis moderatioribus
temperasti.* Et X. 63. *Alia est enim conditio magistratuum, quorum corruptæ vi-
dentur esse sententiæ, si sint legibus mitiores. Alia Dominorum Principum pote-
stas, quos decet acrimoniam severi juris inflectere.*

Adferuntur & aliæ notæ ac proprietates ab *Interpretibus, Glossographis
& Dd*, sed eas studiò hîc præterire iubet.

TITV-

# TITVLO TERTIO IN ANTIQUAM LEGEM REgiam inquiritur.

## *Pars* I. *de origine Legis Regiæ.*

### §. 1.



Mperatoriæ potestatis principium omnemque vigorem à *Lege Regia* (quæ *l. 3. Cod. de testam.* etiam Lex Imperii: & *l. 14. §. 1. ff. de manumiß.* Lex Augusti: nec non *l. un. §. 14. C. de Cad. tollend.* Privilegium Augustum: & à Thom. Lansio *discurs. de L. R.* Lex magna, nuncupatur) dependere, id est, Imperatori *Lege Regia* ut totius Imperii gubernandi arbitrium, ita imprimis etiam *Constitutionum* ex placito ferendarum, potestatem concessam esse *superiori titulo* §. 5. audivimus; quæ *Constitutiones* ex solâ ejus voluntate, tanquam in Statu Monarchico (sicut & olim in Statu Democratico penes Populum tantùm Legum condendarum potestas erat) Legis vim obtinere possint ac debeant, Ulpian. *in l. 1. ff. de Const. Princ. § 6. Inst. de Jur. nat. gent. & civ. l. ult. Cod. de LL. & Const. l. 1. §. 7. sed & hoc studiosum. 7. vers. cum enim lege antiqua. Cod. de vet. jur. enucl. l. 2. §. novißimè. 11. ff. de Orig. Jur.* Anton. Fab. *Jurispr. Papin. ad Inst. de J. nat. gent. & civil. princip. 8. illat. 1. & seqq.* Frequens est apud *Interpretes* hujus *Legis Regiæ* mentio, sed quæ nam ea sit, quove tempore lata, non satis expeditum. Th. Lansius *discurs. de L. R. th.* 44 eam his describit verbis: Quod sit Lex Augusti, quâ Populus Rom. Imperii Majestatem in Principem transtulit salutis publicæ causâ. De tempore verò ejusq; origine multorum variæ extant opiniones. (1) Non pauci illam confictam esse ideò opinantur, quòd ab *Augusto Cæsare* primùm, pòst ab *Augusto* armis oppressa, & per vim occupata fuerit, adeoq; apertè falsum sit, quod vulgò prætenditur: necessitate urgente ultrò Senatum Populumq; Rom. Imperium Principi & in Principem transtulisse. (2) Alii ejus Originem ex jure Regum, cujus Propheta *Samuel, 1. Sam. cap. 8. v. 11. & cap. 10. v. 25.* mentionem facit, deducendam esse putant. (3) Alii sub Regibus, id est, primâ Populi Romani ætate, eam fuisse latam existimant. (4) Quidam eam ad

*LL. XII. Tabb.* (5) Quidam deniq; ad aliquem Romanorum Imperatorum referunt, Thom. Lanſ. *d. diſcurſ. ſive diſput. inaugur. theſ. 3. de L. Reg.* Securi igitur in illuſtri hâc controverſiâ (cùm per ſeſe digniſſimâ, quæ à nobis cognoſcatur, tùm huic Diatribæ noſtræ convenientiſſima) ductum *Dn. Lanſii*, primam eorum, qni *L. Regiam* commentum eſſe putant, opinionem aggredimur. Inter quos Franciſc. Connanus *lib. 61. comment. J. C. cap. 16.* Legem iſtam propterea fictitiam eſſe ſtatuit, quòd nomen ejus Hiſtoricis ignotum fuerit; & Principes Imperium partim vi, partim dolo ad ſe pertraxerint. In eadem hæret opinione Vulteius *ad §. 6. Inſtit. de jur. nat. gent. & civ. n. 6.* ubi dicit: *Quid ſi apud Romanos nullam unquam Legem Regiam latam fuiſſe tentemus?* Nec non Tobiam Paurmeiſterum *lib. 1. de Juridict. Imp. Roman. cap. 19. num. 7.* obſtrepere audimus, Legem Regiam nunquam fuiſſe latam, ſed illam merum rationis eſſe figmentum: proindeque operam & oleum eos perdere, qui ejusdem in explicatione velint deſudare. Maximé autem Louys de Mayerne Turquet *livr. 2. de la Monarchie Ariſtodemocratique pag. 43.* à Dn. Limn. *tom. 4. jur. publ. ad lib. 1. cap. 12. n. 45.* citatus, in hæc prorumpit verba: *La loy que nous Juriſconſultes appellent la loy Royale, eſt une loy imaginaire, qui n' eſt point, & ne fut onques en nature, & ne ſe trouve ainſi eſcrite en aucun grave ou recevable auteur, ains en ſont l' origine, le temps, & les vrays termes du tout ignoréz, la practique incertaine, & l'uſage fort divers, ſelon que les Roys ſe ſont rencontrés bons ou malins, bien ou mal inſtruicts, ou conſeillés, entiers ou corrumpus par mauvais advis.* Hoc eſt: Lex illa, quam Juriſconſulti noſtri appellant Legem Regiam, imaginaria eſt, quæ nec eſt, nec unquam fuit in rerum natura, nec ita ſcripta reperitur in ullo autore claſſico; ſed origo, tempus & verus tenor omninò latent, exercitium incertum eſt, uſus diverſus, ſecundum varietatem Regum, prout mali bonivé extiterunt, bené vel ſecùs edocti aut ducti conſiliis, integri aut corrupti monitis. Duæ, hujus aſſertionis primæ, rationes potiſſimùm hîc occurrunt: *Prima*, omniũ Hiſtoricorum altum ſilentium: *altera*, quorundam relatio negativa, Senatum Populumq; Rom. Principi & in Principem Imperium ultrò transtuliſſe; ſed econtrà Rempubl. à *Cæſare* primùm, poſt ab *Auguſto* vi & armis occupatam, atque conſequenter *Regiam Legem* vel ab *Ulpiano* in gratiam *Alexandri Severi* Imperatoris, cui *ille* à conſiliis, vel à *Triboniano* in gratiam *Juſtiniani* Imper. cujus *ille* Quæſtor & LL. cuſtos erat, confictam fuiſſe.

I. De primâ ratione apud Scip. Gentil *Orat. tert. Rectoral. de Leg. Reg. p. 41.* ſequentia leguntur: *Legis Regiæ antiquæ, ex veteribus JCtis, qui meminerit, præter Ulpianum reperire neminem potui. Nam Juſtinianus & Theophilus ab illo ſunt ipſa verba de hac lege mutuati. Sed de JCtis minùs fortaſſè mirandum, quod eorum libri magnam partem Juſtini imperio interciderint. Scri-*

*ptores*

*ptores alii, atq; Historici, etiam qui res Cæsarum diligentissimè persecuti sunt, quorumq; libri ad memoriam posteritatis propagati extant, eam rem silentio omnes transeunt.* & paulò pòst *pag.* 42. querulatur Scipio Gentilis his verbis. *Herculè. Leges & Senatus-consulta de stillicidiis, de aquæductibus, de aleatoribus, de fullonibus etiam, aliisq; parvis de rebus, quamvis Reipubl. utilibus ac necessariis, non obruit oblivio vetustatis: quâ Lege imperium orbis terræ ac possessio humani generis ad unum hominem delata est, ejus, præter nomen, nihil scitur.* Dominus Limnæus ècontrà *lib.* 1. *jur. publ. cap.* 12. *n.* 47. præter *Ulpianum*, autoritatem etiam *Papiniani, Giphanii*, imò & ipsius sacratissimi Imperatoris *Justiniani* allegat, quâ constrictus in *Connani, Vultej, Paurmeisteri*, & Galli *Louys de Mayerne Turquet* dicti, tela, sua convertit arma, & *d. cap.* 12. *num.* 52. fatetur equidem, Historicorum testimonia rei dubiæ fidem facere, quando rem aliquam contigisse affirmant: *per ibi allegat: text. & autor.* adde Besold. *thesaur. pr. verb.* Histori. Adrian. Gylmann. *Symphor. tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 8. *n.* 18. præterea tamen ex principiis Logicis etiam illud docet, à testimonii loco negativè in historiis profanis procedere, argumentandi genus esse valdè arenosum: non enim sequitur, *inquit ille*, Historici conceptis verbis nullam faciunt Legis Regiæ mentionem: ergò nunquam illa lucem aspexit. Idem porrò noster Limnæus, Historicos, etsi neq; conceptis verbis nomen hujus Legis exprimant, neq; à quo lata, quibus temporibus, cujus in gratiam primùm fuerit, quæq; ejus capita, quæ verba, quæ sanctio, referant, aliàs tamen non obscuram ejus mentionem facere, *dict. n.* 52. asserit, ut *paulò infrà* §. 5. pleniùs docebitur. Christoph. Besold. *lib.* 1. *polit. cap.* 5. §. 4. *th.* 15. *addit.* 3. *pag.* 199. *& seq.* clarè & perspicuè enunciat; *Nos rem, non nomen in antiquitatum monumentis invenimus*, verissima dexterrimaq; enunciatio, quam *comment. ad titt.* 3. *&* 4. *π. lib.* 1. *th.* 8. *pag.* 143. *& seq.* ulterius exponit: Non, *inquiens*, quòd nomen Legis hujus Historicis est ignotum, propterea illam fictitiam esse pronunciandum erit: non enim, ut conjicio, *Regia* ab initio, sed *Imperii Lex* primitùs appellata fuit, quasi scilicet de *Imperio Principis* prolata, *suprà dict. l.* 3. *Cod. de testam.* Augustus quippè fallaciâ & sophisticatione politicâ singulari, exosum Regis nomen abhorruit semper, rem interim avidissimè amplectebatur, & ut Populus ad Imperium sibi sponté tradendum adigeretur, summâ diligentiâ laboravit: quam opinionem etiam Domino nostro Limnæo placuisse *dict. cap.* 12. *n.* 56. *&* 57. reperimus, adde Scipion. Gentil. *dict. orat.* 3. *pag.* 45. *&* 46. ubi *Legi Regiæ* idem accidisse conjicit, quod laurui imperatoriæ, quæ cùm prius *Regia* nominaretur, posteà cœpit *Augusta* appellari, ex Plin. *lib.* 15. *Histor. natural. cap. ult. p.* 130. Sic etiam Lex nostra *suprà dict. l.* 14. §. 1. *de manumiss.* haud absurdè *Lex Augusti* vocatur: quo eodem sensu in *suprà dict. l. un.* §. 14. *Cod. de caduc. tollend.* appellitatur *Privilegium Augustum.*

II. Secunda primæ assertionis ratio, quâ *Connanus, Vultejus, Paurmeisterus, & Louys de Mayerne Turquet*, moti sunt, ut Legem hanc commentum esse crederent, in eo consistit: quod non consensu Populi, sed armis libertatem *Cæsar & Augustus* oppresserunt, & cum armis & præsidio militum potentiam suam tuerentur & porrò tenerent, nullam ejusmodi *Legem* desiderasse, nec eâ opus habuisse videntur. Sed non pugnant hæc invicem: & armis Cæsares invasisse Rempublicam, & tamen Legem aliquam de eorum Imperio latam posteà fuisse. Ideò hanc alteram rationem non solùm Bachovius *commentar. ad Instit.* §. *6. Instit. de jur. nat. gent. & civ. n.* 1. *pag.* 24. *part.* 1. *π. ab init. tract. de Constit. Princ. n.*1. *& Not. ad Treutler. disput.*1. *thes.*6. *litt. A. & B. pag.*27. verùm etiam Besold. *Oeconom. ad titt.* 3. *&* 4. *lib.*1. *ff. th.*8. *dict. p.*143. *&* 144. *& lib.*1. *Polit. dict. cap.* 5. §. 4. *thes.* 15. *addit.* 3. *pag.* 200. nec non Arumæ. *exercit.* 1. *ad Inst. th.* 18. dilucidè refutarunt. Equidem *Augustus* præ se tulit initiò, se, cum omnia bellis civilibus turbata & fessa essent, *Tacit. lib.*1. *Ann. cap.*1. *num.*1. constituendæ, Reipubl. causâ suscepisse Imperium, quod rursus depositurus, & libertatem Remque publicam Populo & Senatui redditurus esset: itaq; in singula decennia Imperium sibi à Senatu decerni & prorogari fecit, ut passim ex *Suetonio* & præsertim *Dione lib.*53.. in ejus *vita* legere est. Qui itaq;, licèt necesse non haberet, sive modestia sive simulatione, Imperium sibi à Senatu quasi decerni, & ex certo quidem pacto seu lege confirmari voluit, de qua historia *infrà* §. 5. plura videbimus. Quæ sanè causa Dominum meum & Præceptorem Joh. Henr. Bœclerum impulit, ut *elegantissimo Commentario ad lib.* 1. *Annal. Tac. cap.* 10. *annotat.* 2. *pag.*186. arduam quæstionem de *Imperio Augusti*, & consequenter de *Monarchia Cæsarum* explicaverit, & quoniam *Augustus*, cupidine dominandi Imperium & Rempubl. occupasse, arguitur, perspicuè docuerit; *An Illius justus principatus sit habendus, & quando cœperit esse justus?* Eodem modo eâdemq; ex causa Cyriacus Lentulus *in Augusto de convertend. in Monarch. Republ. p.*31. hanc proposuit & quodammodò explanavit quæstionem: *Cur nulli ante Octavium occupatio Imperii feliciter cesserit?* Falsissimum igitur est, & tàm *Ulpiniano* quàm *Triboniano* (quorum ille *Alexandro Severo*, hic *Justiniano* à consiliis fuit) maxima infertur injuria ab iis, qui eos in gratiam Dominorum suorum hanc legem retulisse scribunt, Dn. Limnæ, *dict. lib.* 1. *jur. publ. cap.* 12. *num.* 51.

## §. 2.

Secundam juxta opinionem, Origo *Legis Regiæ* ex Jure Regum, cujus Propheta *Samuel. lib.* 1. *Sam. cap.* 8 *v.* 11. *& eod. lib. cap.* 10. *v.* 25. mentionem facit, deducenda esset. Sed præter *Vultejum* Lansius noster *discurs. d. L. Reg. th.*10.

*th.* 10. neminem indicat, qui hanc Legem ad Jus Regium in sacra pagina à *Samuele* descriptum referre tentaverit. Sic autem Vulteius *ad dict. §. 6. Inst. de jur. nat. gent. & civ. n. 6.* scribit: *Quid si, quæ de Lege Regia dicuntur, referamus ad jus illud regium ex Samuele suprà dicto loco repetitum?* Quod jus (ut Besold. *in Synops. Polit. lib. 1. cap. 1. th. 40. pag. 53.* explicat) vel in extrema demum necessitate usurpandum: vel potius ad mores & consuetudines pravas Regum vicinorum referendum est: quarum scilicet relatione Populus fuerit dehortatus, ne pergeret urgere Regis electionem; videatur, quibus commodum est, Cyriacus Lentulus in *Augusto, pag. 23.* ubi hanc tractat quæstionem: *An jure divino Regibus tradita sit proprietas agrorum, vitæ & honoris subditorum? & an apud antiquissimos reges in usu fuerit?* & Claud. Salmasius *in defens: regiâ pro Carol. I. magnæ Britanniæ Rege, cap. 2.* ubi de Jure Regum ex Vet. Testam. accuratè pertractatur. Eidem Besoldo *d. Comment. vel Oeconom. ad titt. 3. & 4. lib. 1. ff. th. 8.* toto, quod ajunt, cœlo errare videntur, qui Legem Regiam de Imperio Romanorum Principum latam, confundunt cum Jure Regio *Samuelis*: *Anné enim*, inquit Besold. *d. th. 8. Populum Romanum evenien-te Principatu ligare incipiebat Jus illud, de quo diu antè in Palæstina verba fecit Israëliticus Propheta?* quibus jungantur etiam ea, quæ Lansius *d. discurs. th.* 11. 12. 13. tradit, ad quæ nos referimus.

## §. 3.

Tertio in ordine eorum succedit opinio, qui Legem nostram sub Regibus, id est, primâ *Populi Romani* ætate, latam fuisse existimant. Sed & hoc veritati historicæ non satis convenit. Harpprechto quidem *ad §. 6. Inst. de jur. nat. gent. & civ. num. 8.* aliisq; ibidem ab eo allegatis (quos etiam Lansius *th. 14.* & Limnæus *d. lib. 1. cap. 12. n. 60.* denominant) videtur, quod eâ Lege initio urbis Romanæ *Romulo*, cæterisque Regibus, sua potestas esset confirmata: quam etiam sententiam Anton. Matth. *Colleg Pandect. disp. 3. de L. Reg. th. 4.* amplectitur. Verùm omnes ii Ducem & Antesignanum *Francisc. Hotomannum* sequuntur, qui ex loco Livii *lib. 34. cap. 6. v. 3.* gloriatur, unum se, certè quidem primum, *Legem Regiam* reperisse. *Livii* verba, quæ *dict. loc.* sub persona *L. Valerii* Tribuni plebis contra *M. Porcium Catonem* Consulem (qui *Leg. Oppiam* de cultu matronarum defendebat) perorantis, & abrogationem dictæ *Legis Oppiæ* magnâ contentione ad Populum suadentis, profert, hæc sunt: *ex utro tandem genere ea lex esse videtur, quam abrogamus? an vetus regia lex, simul cum ipsa urbe nata?* Videatur Hotomann. *de LL. Roman. lit. R. & alibi passim.* Quod argumentum nobis etiam, fatemur quidem, eâ potissimùm de causa, mirificè blanditur, quòd *Legem Regiam* genuinum Romanorum fœtum jamdudum in nostra inaugurali agno-

verimus.

verimus. Procul dubio *Hotomannus* etiam hanc illam esse legem putavit, quæ de regno *Romuli* unà cum ipsa urbe nata, in Imperatoribus posteà repetita ac renovata fuerit, ut qui in Regum verè locum, quamvis appellatione atq; insignibus Regiis ferè abstinerent, successissent. Sed quid blandimenta, si veritas historica aliorsum nos ducit? Scipio profectò Gentilis *d. orat. 3. Rectoral. pag. 43. & seq. Livianum* illum *locum* eo explicat modo: quòd *Livius*, sive *L. Valerius dict. lib. 34. cap. 6. v. 3.* aliam intelligat legem, regiam quidem aliquam, & fortassè *Romuli*, sed non de regno atq; imperio ejus latam, verùm de longè aliâ re, nimirum de eâ ipsâ, cujus tùm causâ à *Valerio* Tribuno adversus opes atq; Orationem disertissimi Consulis *M. Catonis* agebatur: de modestia, scilicet, & temperantia muliebri. Cujus sanciendæ causâ multas scimus à *Romulo* statim, atq; à *Numa* latas leges. Earumq; tanta Romanis cura & observatio fuit, ut etiam posteà in *LL. XII. Tabb.* plerasq; retulerint, quod disciplinam domesticam, à quà boni in Rempubl. mores fluere solent, iis legibus maximè contineri putarent. Quales sunt illæ *de temeto, de adulterio, & jure mariti & propinquorum*, aliis similibus rebus leges, quæ impotentiæ muliebri, veluti frænos injecerant, vel (ut Tertullianus *cap. 6. Apologetici* scribit) modestiæ & sobrietati patrocinabantur. Hoc igitur illud est, quod ingeniosè ac verè exaggerat *M. Valerius*, non esse id periculi metuendum in *Lege Oppia* abroganda, quæ & recens lata erat, & summo in Reipubl. discrimine ac necessitate, in qua cùm mulieres tàm liberales extitissent, ut ultrò se ornamentis omnibus suis ad stipendium aliasq; necessitates bellicas exuissent, emersâ jam ex illis difficultatibus Republ. secundisq; rebus florente, æquum videri, suus ut cultus atq; ornatus matronis Romanis, in Imperii domicilio natis, restitueretur, qui Latinis mulieribus, quarum esset patria Romanis subjecta, non denegabatur. Hunc illius *Liviani loci* sensum esse, Scipio Gentil. *sæpius dict. orat. 3. de L. Reg.* nobis exposuit. Cum qua explicatione non Lansii solùm *dict. discurs. th. 17.* sed & Limnæi *dict. cap. 12. num. 61. & 72.* rationes quàm optimè conveniunt & concordant.

## §. 4.

Henticus Bernhardus (quartæ opinionis Autor, noviter planè, verba sunt Lansii *d. discurs. de L. Reg. th. 18.*) *in Romano suo Principe th. 45. 46. 47.* originem *L. Regiæ* ad *LL. XII. Tabb.* refert: ubi ità de Consulibus legitur: *Regio Imperio duo sunto: hiq; praeundo, judicando, consulendo, Prætores. Judices Consules appellanto. Militiæ summum jus habento: nemini parento: ollis Salus Populi suprema lex esto.* Ex quo constat (*subnectit ille*) hac lege, Regiam potestatem, Regium Imperium Consulibus datum. Quibus cum Principes

succesle-

succefferint, clarum eft, ex eadem lege illos poteftatem fuam derivaffe. Sed fallere eum pleriq; autumant. Befold. *fæpiùs dict. comment. ad titt.* 3. & 4. *lib.*1. *ff. dict. th.* 8. putat, quamvis in *LL. XII. Tabb.* de Confulibus dicatur: *Nemini parento*: attamen id de aliis Magiftratibus, non de Populo, ad quem à Confulibus provocatio erat, intelligendum effe. Cum quâ ratione confentit Dn. Limn. *d. lib.* 1. *jur. publ. cap.* 12. *n.* 74. quod fcil. ab eis provocatio effet, nevé poffent in caput Civis Romani animadvertere injuffu populi, folumq; illis relictum effet, ut coërcere poffent, & in vincula publica duci juberent, *l.* 2. §. *exactis.* 6. *ff. de Orig. Jur.* atq; ita non omne Imperium Confulibus datum. Deinde Confulum Imperium non fuit perpetuum, fed annuum folùm. Luc. Annæ. Flor. *lib.*1. *c.*9. *v.*2. Juft. Lipf. *Comment. de Magiftr. Rom. cap.*7. Porrò Lex illa è *XII. Tabb.* enata, nunquam *Lex Augufti* dici potuit, fed *Confulum*, utpote de quorum Imperio lata, & quâ non Principi, fed Confulibus, Imperium datum fuit, Limn. *dict. loc.* & Lanf. *th.*24. 25. & *feqq.* Cæterùm præter verba: *nemini parento*: paulò fuprà ex *LL. XII. Tabb.* relata, Lanfius etiam *th.*19. duas recenfet caufas impulfivas, quæ fecerunt, ut *Henricus Bernhardus* crederet, *Legem Regiam* nihil aliud appellari quàm antiquas illas *XII. Tabb. Leges*, quas Romani Autore *Hermodoro* illo *Ephefio* à Græcis petitas fundamentum fui Imperii poft ejectos Reges voluerunt. (1) Marcellus, qui in *l.*2. *ff. de mort. inferend.* dicit: *quòd neget lex regia, mulierem quæ prægnans mortua fit, humari, antequam partus ei excidatur.* (2) Iterum Livius, *dict. lib.*34. *cap.*6. *n.*3. fub perfona *L. Valerii*, inquiens: *Ex utro tandem genere ea lex effe videtur, quam abrogamus? an vetus regia lex, fimul cum ipfa urbe nata? an (quod fecundum eft) à Decemviris ad condenda jura creatis in duodecim tabulas fcripta? fine quâ cum majores noftri non exiftimarint, matronale decus fervari poffe; nobis quoq; verendum fit, ne cum eâ pudorem fanctitatemq; fœminarum abrogemus?* Sed Legem Regiam, cujus meminit Marcellus in *l.*2. *ff. de mort. inferend.* referendam effe ad illas LL. Regias, Lanfius *thef.*21. docet, quas Romani Regibus exactis ab interitu vindicarunt, & in civitate fua illibatas retinuerunt, *fac. not. Gothofr. lit. b. ad d. l.* 2. *ff. de mort. inferend.* Deinde, *Bernhardum* Legem Regiam, cujus Livius *dict. loc.* mentionem facit, neq; debere neq; poffe referre ad *LL. XII. Tabb.* iterùm Lanfius docet *th.*20. cùm Livius *Leges Regum*, & *Leges XII. Tabb.* difertè inter fe opponat. Imò Lanfius etiam *thef.*24. verba quæ *Bernhardus fuprà* de Confulibus narrat, pro *Jure XII. Tabb.* non agnofcit, fed ex *Cicerone* defumpta, ab eoque conficta effe, affirmat, vide *Cicer. lib.*3. *de LL. pag.* 185. *b.*

## §. 5.

Accedamus tandem ad ordinem quintum, eorum ſcilicet, qui ſcopum propiùs tangunt, *L. Regiam* ad Imperatorum aliquem referunt, & Monarchiæ *Romanorum* ſecundæ verè ſobolem eſſe, diſertè conteſtantur. Non ſolùm enim *Alexander Severus* cum ſuo *Ulpiano*, ſed etiam Juſtinianus cum ſuo *Triboniano*, apertis aliquot *juris textibus*, quos *ſuprà* §. 1. *in princip.* ſtatim adduximus, tempus nativitatis ab *Imperatorum* ſeu *Principum Romanorum* Monarchiâ repetunt. Verùm de Natalis certâ die inter *JCtos* (qui originem ab *Imperatorum* Monarchia deducunt) non convenit. Quæ res, ne à nobis εἰς ἄπειρον abeat, de tribus Imperatoribus, *Julio Cæſare, Auguſto*, & *Veſpaſiano*, tentabimus nonnulla.

I. Mynſingerus in *d.* §. 6. *Inſt. de jur. nat. gent. & Civ. num.* 1. Legem noſtram latam contendit tempore C. *Jul. Cæſaris.* Poſtquam enim C. *Jul. Cæſar* (inquit Mynſing. *dict. loc.*) extincto *Pompeio*, ſolus in urbe regnavit, neq; ulla amplius libertatis ſpes ſupereſſet, Populus Romanus jam ſervitutis jugum ferre adſuetus, *Lege Regia* lata omnem poteſtatem in Principem transfudit, ut deinde Reſpubl. per unum gubernaretur, ac quicquid poſſet Populus ſtatuere & facere per ſe, idem poſſet & *Princeps* ſolus. Sic ergò, quod neceſſe erat pati diſſimulatâ vi *C. Jul. Cæſaris, Legis Regiæ* titulo contegere maluerunt. Sed hanc *Mynſingeri* conjecturam Dn. Limn. *ſæpiùs dict. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 76. valdè improbat, quòd ſcil. *Mynſing.* multa eâ de re dicat, ſed pauca probet: nec verò in re tanti momenti cerebrinis agendum conjecturis, ſed potiùs fundatâ intentione. Lanſius noſter *th.* 38. pro *Jul. Cæſare* novem conjecturas, & *theſ. ſeq.* contra *eum* ſeptendecim rationes politicas profert, quas multas præ illis paucis *Ipſe* longè potiores habet. Secunda *Lanſii* contra *Julium Cæſarem* ratio de triumviratu (quem *Jul. Cæſar* cum *M. Craſſo* & *Cn. Pompeio* iniit, ne quid ageretur in Republ. quod diſplicuiſſet ulli è tribus, Suet. *in vit. Cæſ. cap.* 16. agens, nobis, contra *Mynſingeri* opinionem, *Legem R.* ad *Julium Cæſarem* trahentis, adeò prægnans eſſe videtur, ut etiam validiſſimum ad maximam acquirendam potentiam triumviratus machinamentum fuerit; nè inter plures conſilia ac vires diſpergerentur, neq; inter duos bellum inteſtinum facilè exoriretur, neq; rurſum in unum conſpirare in proclivi eſſet (*Funis enim trigeminus difficulter dirumpitur*, ait Sapientiæ Præſes: maximè ſi æquali omnes potentiâ vel virtute fuerint: τὸ δέος ἀντίπαλον, μόνον πιςὸν ἐς ξυμμαχίαν, Thucydides *lib.* 3. *cap.* 2. *v.* 12. inquit, id eſt, *mutuus metus tutiſſimam reddit ſocietatem.* Et ſic orbis Imperium ſocietate trium Principum occupatur, ſunt *verba Flori, lib.* 4. *cap.* 2. *v.* 12. ut quod tres pronunciarent in Senatu, Lex Romanæ Reipubl. ac fatum eſſet,

Heinſ.

Heinſ. *Orat. de C. Cæſar. Dictator.* cum illius vitam in Tranquillo expoſiturus eſſet, *habitâ, pag.* 231.) Triumviratus tamen iſte minimè pro legitima, plena, juſta, conſtanti, & ea potentia haberi poſſit, qualem Principi & ad Principem Populus R. per *Legem R.* tranſtulit. Differentia perſpicua eſt non ſolum in annotatis, quæ apud Dn. Bœcler. *not. ad Vellei: Paterc. Hiſtor. lib.* 2. *cap.* 44. *v.* 2. & Dn. Bernegger. *not. ad Suet. in Cæſar. cap.* 19. *num.* 4. *lit. l.* pro charactere triumviratus, ſed etiam in iis, quæ *infrà* §. pro charactere ſupremæ poteſtatis à *Lege Regiâ* natæ; legi poſſunt. Conſtat igitur, Legem noſtram, pro *C. Jul. Cæſare* minimè eſſe latam, ejus verò loco, cùm ob triumviratum, tùm ob alias (*notantibus Lanſio & Heinſio*) illegitimo modo, propriâq; autoritate, exercitas regias inſolentias, proprium interitum *Ipſi* acceleratum. Non tamen invideri debet *Jul. Cæſari* honor primi inter *Rom. Imperatores* loci: accuratè enim loquendo, de *Julio* & *Octavio* dici poteſt, quod Juſtinus de *Philippo Maced.* & *Alexandro lib.* 9. *cap* 8. *v.* 21. judicat: *Orbis Imperii fundamenta pater jecit, operis totius gloriam filius conſummavit*, Dn. m. & præc. Bœcler. *not. ad Vell. Patercul.* 2, 86, 1.

II. Sub *Auguſto* autem, qui Imperium (ne per vim & injuriam accepiſſe dici poſſet, quod à Populo per generalem legem ipſi tributum eſſet) primus ſive modeſtiâ ſive ſimulatione ſibi à Senatu quaſi decerni & confirmari voluit, Legem noſtram latam eſſe ex *Tacito, Suetonio*, maximè autem ex *Dione*, probant pleriq; & ferè omnes magni, hoc & ſuperiori ſeculo, nominis *JCti*, Valent. Forſter. *hiſtor. jur. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 6. Bachov. *Comment. ad Inſt. n.* 1. *ad* §. 6. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ. & part.* 1. *π. ab init. tract. de Conſt. Princ. n.* 2. *& not. ad Treutler. vol.* 1. *diſp.* 1. *th.* 6. *litt. a. & b. in fin.* Beſold. *œcon. ad titt* 3. *&* 4. *lib.* 1. *ff. th.* 8. *& lib.* 1. *Polit. cap.* 5. §. 4. *th.* 15. *addit.* 3 Arumæ. *exercit.* 1. *ad Inſtit. th.* 18. Scip. Gentil. *d. Orat. Rectoral.* 3. *pag.* 44. Paul. Caſtrenſ. *in l. non ambigitur. ff. de LL.* Alciat. *in l. bona civitatis. ff. de V. S.* Eguin. Baro. *in l. Princeps. ff. de LL.* Joach. Hopper. *de verâ Jurisprud. lib.* 7. *tit.* 5. Greg. Tholoſan. *Syntagm. jur. univ. lib.* 47. *cap.* 20. *n.* 9. Ungepaur. *exerc. Juſtin.* 1. *th.* 15. Steph. *de jurisd. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 1. *n.* 73. Lanſ. *d. diſcurſ. de L. Reg. theſ.* 40. Covarruv. *Pract. quæſt. cap.* 1. *n.* 3. Joan. Borcholt. in *comment. ad* §. *conſtat autem.* 3. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ. n.* 13. Joan. Coraſ. *miſcell. jur. civ. lib.* 6. *c.* 8. Matth. Weſembec. *comment. ad* §. 6. *Inſt. d. tit. de jur. nat. gent. & civ. & in π.* de *Conſtit. princ. num.* 1. *ibiq;* D. *Ludwell.* quibus adde, Guilielm. Baracl. *lib.* 3. *cap.* 4. *contra Monarchomach.* & Dn. m. & Præcept. Bœcler. *Comment. ad Tacit. lib.* 1. *cap.* 2. *annotat. polit.* 9. *pag.* 36. *&* 37. nec non D. Limn. *dict. lib.* 1. *jur. publ. dict. cap.* 12. *n.* 67. *& ſeqq.* De quorum omnium autoritate, dexterrimoq; judicio, ſi quis dubitaret, hunc cum Pyrrhonicis de ipſa certitudine incertum eſſe cenſeremus. *Prima* ſcilicet omnium occaſio veræ ac juſtæ

 hujus

hujus Monarchiæ & *L. Regiæ*, victoria Actiaca fuit, quæ accidit. *IV. Non. Sept. anno ab V. C.* 724. Sic enim Dio Cassius *lib.* 51. *pag.* 442. ὅτι τότε πρῶτον ὁ Καῖσαρ τὸ κράτος πᾶν μόνος ἔσχεν, ὥστε καὶ τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν τῆς μοναρχίας αὐτοῦ ἐτῶν ἀπ᾽ ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἀκριβοῦσθαι, i. e. *quod ab ea die primum Cæsar Octavius rerum potitus est solus, Imperiiq; ejus recensio præcisè sumatur ab hâc die.* Colloquium, *deinde, Mæcenaeis & Agrippæ* (quorum *Ille Augusto* suasit, ut Imperium armis & successione quasi partum retineret: *Hic* verò, ut Populo Rom. redderet, *ei* auctor fuit) apud Dion. Cass. *histor. Rom. lib.* 52. & ea, quæ consultationem hanc de imperio vel retinendo vel deponendo secuta sunt, & apud eundem Dion. Cass. *libb.* 52. 53. & 54. leguntur, rem luce meridianâ clariorem reddunt. *Tertiò* etenim *Augustus*, callidus hac in re, Mæcenatis consilium (egregiâ à *Dn. Bœclero anno* 1643. habitâ disputatione, *Resp. Friderico Barnewitz*, expressum, declaratum, & expolitum) prætulit: Sic enim Dio *dict. lib.* 52. *pag.* 493. τὰ δὲ δὴ τοῦ Μαικήνου μᾶλλον εἵλετο. οὐ μέντοι καὶ πάντα εὐθὺς ὥσπερ ὑπετέθειτο ἔπραξε. φοβηθεὶς μὴ καὶ σφαλῇ τι, ἀθρόως μεταῤῥυθμίσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐθελήσας, id est, *Mæcenatis consilium prætulit: non tamen omnia statim, quæ is suasisset, agere instituit: veritus, ne si subitò homines in alium traducere statum cuperet, res ea parum sibi esset successura.* Itaq; (sunt verba Taciti, *lib.* 1. *Ann. cap.* 2. *n.* 2.) *insurgere paulatim, munia Senatus, magistratuum, legum in se trahere*, in quæ verba, cùm adeò significanter à *Tacito* posita sint, quamplurima commentati sunt, Cyr. Lentul. *in August. de convertend. in Monarch. Rep. pag.* 132. & *seqq.* Bœcler. noster *dict. loc. annot.* 8. & 9. *p.* 34. & *seqq.* cujus *Arcani*, primò quidem *Rationem*, deinde *Historiam*, denique *Artes*, ampliùs evolvit Dn. Bœcler. *dict. loc.* Interim verò *Augustus*, *quartò*, prolixâ oratione in senatu habitâ (quam *lib.* 53. refert Dio) Agrippæ sententiam secuturum, Imperiumq; Populo Romano redditurum se simulavit, non quidem ut eo se verè abdicaret, sed ut (quod prædecessor ejus *C. Jul. Cæsar* potiùs vi, quàm voluntate *Senatus Populiq; Rom.* obtinuit) volentibus iis obtineret, certò sibi persuasum habens, longeq; rectiùs in volentes quàm invitos imperium procedere, putans. Processit ea res, quod *quinto loco* notandum, ex animi sententiâ: nam *Dione lib.* 53. *pag.* 503. *autore*, S. P. Q. R. non solùm precibus eum ad gerendam Imperii summam compulerat, verùm etiam concesserat, ut Legibus soluti sint Imperatores, id enim quid est aliud, quàm quod liberi sunt ab omni legum necessitate, nullâque re Legibus constitutâ tenentur; verba Dionis *lib.* 53. *pag.* 509. Græco idiomate sic leguntur: λέλυνται δὴ τῶν νόμων, ὡς αὐτὰ τὰ Λατινικὰ ῥήματα λέγει. τουτέστιν, ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεώς εἰσι, καὶ οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχονται. (ὡς αὐτὰ τὰ Λατινικὰ ῥήματα λέγει) benè notanda, quæ quidem non nisi de verbis legis alicujus intelligi possunt: Et *sextò*, *dict. lib.* 53. *pag.* 516. ἡ βουλὴ πάσης αὐτὸν τῆς τῶν νόμων ἀνάγκης.

ἀνάγκης ἀπήλλαξεν: ἵν' ὥσπερ εἴρηταί μοι, καὶ αὐτοτελὴς ὄντως καὶ αὐτοκράτωρ καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν νόμων, πάντα τε ὅσα βούλοιτο ποιοίη, καὶ πάνθ' ὅσα ἂν μὴ βούλοιτο, μὴ πράττη. ταῦτα μὲν ἀποδημοῦντι ἔτ' αὐτῷ ἐψηφίσθη, id est, *Senatus eum* (Augustum) *omni legum necessitate liberavit: ut, quemadmodum à me dictum est, reverà sui juris & absolutæ potestatis, tam respectu sui ipsius quàm legum, omnia quæcunque vellet, faceret, quæcunque nollet, non faceret: hæc quidem ipsi adhuc absenti decreta sunt.* Et *lib. 54. pag. 528.* ampliùs: Ψηφισάμενοι δὲ ταῦτα, ἐξορθοῦν τε πάντα αὐτὰ καὶ νομοθετεῖν ὅσα βούλοιτο ἠξίουν· καὶ τούς τε νόμους τοὺς γραφησομένους ὑπ' αὐτοῦ, Αὐγούστους ἐκάλεσαν, ἤδη προσηγόρευον, καὶ ἐμμένειν σφίσιν ὀμόσαι ἤθελον, id est, *Hæc cum decrevissent, contenderunt ab ipso, ut emendaret omnia suo arbitrio, ac leges, quas vellet, ferret: iisque Augustarum nomen indiderunt, ac obtemperaturos unanimiter illis, velle se juramento obstringere professi sunt.* Quæ omnia certè non nisi de *Lege* aliqua Imperii (& quidem *Augusti* tempore latâ) accipienda sunt, ut ex collatione, §. 6. *Inst. de jur. nat. gent. & civil. & l. 1. ff. de Const. Princ.* apparet. Qualiter enim in *modò d.* & aliis *suprà alleg. textib.* qui *L. Regiæ*, ejusq; effectus mentionem faciunt, *Divo Augusto* omne jus, maximam, imò supremam potentiam, summi honoris titulos, & omnia quę ad absolutū arbitrium in Imperio spectant, absolutè concessa esse, in perspicuo est: eodem modo (testibus Rom. Historiæ *Scriptoribus*, imprimis *Dione Cassio*, in re hactenus illâ, *satis, audito & intellecto*) ista omnia (cùm temporis tùm concessæ supremæ jurisdictionis, omniumq; congruentium titulorum, habitâ ratione) reverà accidisse, & per consequens circa *Legem* nostram, *Jctos* & *Historicos* per omnes circumstantias convenire, nemo amplius dubitabit. Confirmationis, *septimò*, melioris loco, addere nobis placuit, quod *Cajo Octavio Cæsari* primo nomen *Augusti* impositum fuerit; cùm, quibusdam censentibus, (utimur verbis Suetonii *in ejus vitâ cap. 7.*) Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem urbis, prævaluisset, ut Augustus potius vocaretur, non tantùm novo, sed etiam ampliore cognomine. Cum quo etiam Dio noster, *lib. 53. pag. 507.* consentit: Αὔγουστος, *inquiens*, ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὢν ἐπεκλήθη. πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα καὶ τὰ ἱερώτατα, αὔγουστα προσαγορεύεσθαι. ἐξ οὗπερ καὶ σεβαστὸν αὐτὸν καὶ ἑλληνίζοντές πως, ὥσπερ τινὰ σεπτὸν, ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι, προσεῖπον: *Augustus, quasi hominis naturâ amplior ipse, cognominatus est: Augusta enim ea, quæ honore dignissima ac sanctissima sunt, dicuntur: ideoque* σεβαστὸν *Græci augustum interpretati sunt, quasi venerandum dicas.* Quod & Vell. Paterculus *lib. 2. cap. 91. n. 1.* notat, ubi Dnn. Bœcleri & Berneggeri *observata* revidenda occurrunt, quibus placent Honori quoq; ejus, in signum scilicet amplissimæ potestatis, datum est à *Senatu*, ut *Augustus* vocaretur is Mensis, qui anteà *Sextilis* vocabatur: verba *Scti* sunt apud *Macrob. 1. Saturnal. 12.* Hoc amplius *Patris Patriæ* cognomen in

Curiâ Senatus ei (ut Sueton. *in ejus vit. cap.* 58. iterum ſcribit) detulit, neque acclamatione, ſed per *Valerium Meſſallam* id mandantibus cunctis. Et ità Ovidius *lib. 2. Faſtor. pag.* 25. eum ſalutat:

*Sancte Pater Patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen*
*Hoc dedit: hoc dedimus nos tibi nomen eques.*
*Res tamen ante dedit: ſerò quoq; vera tuliſti*
*Nomina: jam pridem tu pater orbis eras.*
*Hoc tu per terras, quod in æthere Jupiter alto,*
*Nomen habes: hominum tu Pater, ille Deûm.*

& aliàs *eod. lib. pag.* 40.

*Et bene vos, bene tu Patriæ pater optime Cæſar.*

Fœdus quoq;, cùm quibus facere voluit, potuit, Senatum ei habere, relationem facere, remittere, Scta per relationem diſceſſionemq; facere licuit. In ſumma quæcunq; ex uſu Reipub. majeſtate divinarum, humanarum, publicarum, privatarumq; rerum eſſe cenſebat, agere, facere, jus poteſtasq; fuit, Strabo *lib. ult.* teſtatur, conſenſu populi in *Auguſtum* (Σεβαςὸν) translatum fuiſſe omne jus belli & pacis. Quæ omnia quin ſigna ſint *Legis Règiæ* rectiſſima, nemo, niſi validæ poteſtatis & liberi populi imperii ignarus, inficiari poterit. Lanſ. *d. diſcurſ. de L. R. th.* 41. ex *Suet. Tac. & aliis*, viginti quatuor pro *Auguſto* rationes (refutatis in *theſ. duab. ſeqq.* contrariis) adducit: Limn. verò noſter, quatuor tantùm, ſatis quidem ponderoſas, *dict. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 68. 69. 70. 71. *Deniq;* in *annotatis* Dn. Bœcleri *ad Vell. Patercul. dict. lib.* 2. *cap.* 86. *n.* 1. & *Comment. ad lib.* 1. *Ann. Tac. dict. cap.* 2. *d. annot.* 9. *& dict. cap.* 10. *dict. annot.* 2. & Cyriaci Lentuli *Auguſto, ſive libello ad Tacit. lib.* 1. *Annal. capita quatuor priora, de convertenda in Monarchiam Republ. per tot.* exactiſſimè initium veræ Monarchiæ Rom. ad *Auguſtum* refertur, idq; *IV. Non. Sept. Anno ab V. C.* 724. (quo tempore Actiaca victoria parta,) contigiſſe, *Paulo ſuprà* dictum fuit. Cur autem nulli ante Octavium occupatio Imperii feliciter ceſſerit, ſpecialiter docet Cyriac. Lentul. *in d. Aug. pag.* 31.

III. Arnoldus Clapmarius quidem *lib. 2. de arcan. Rerump. cap.* 5. cum paucis aliis quos Dn. Limn. *d. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 66. nominat, etiam ad tempora *Veſpaſiani* hujus legis initium refert: ſed hoc veritati hiſtoricæ non ſatis convenire videtur. Tacito enim teſte, *lib.* 4. *Hiſt. cap.* 3. *verſ.* 5. *Senatus cuncta Principibus ſolita, Veſpaſiano decernit*: ea ſcilicet *Veſpaſiano* decreta ſunt à Senatu, quæ anteà ex *L. Regiâ* primùm *Auguſtò* conceſſa, ſequentibus deinde Principibus repeti ſolita. Ex quo ſequitur: Legem hanc *Veſpaſiani* tempore non natam, ſed renovatam tantùm fuiſſe. Hinc Dn. Limnæus *dict.*

*cap.* 12.

*cap.12.num.54.* quo quisq; die successores demortuorum imperium accipiebant, legem hanc recitari solitam, cum Franc. Hotomanno *in indice LL. Roman. lit. R.* credit, atq; sæpiùs repetitam; novos semper aliquos honores adulationis ingenio posteà adjiciente. Scip. Gentil. *dict. Orat. Rector. 3. p.46.* Henr. Zoës. *comment. ad tit. 4. lib.1. ff. de constit. Princip. num.1.* nam singulis novis Principibus suscepto Imperio, à Senatu Tribunitiam potestatem, Pontificatum Maximum, & alia summi honoris & summæ potestatis insignia decerni solita, vel ex solius *Taciti annalibus & historiis* constat. Quapropter Dn. Bœclero *Comment. ad lib. 1. annot. Tac. dict. cap. 2. dict. annot. 9. pag. 37.* peregrinari videntur in Historia Romana, qui initium & originem *Legis Regiæ* ad *Vespasiani* tempora referunt. Ad cujus rei veritatem, antiquitatem, & utilitatem, ex Franc. Hotomann. *dict. ind. LL. Roman. lit. R.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. d. part. 1. cap. 1. n.74.* & Dn. Limn. *dict. lib. 1. cap. 12. num. 55.* addere placuit, magnam legis partem *de Imperio Vespasiani*, quam hodierno adhuc tempore extare dicunt *Romæ* in Capitolio in æreâ tabula, translata eò, à S. P. Q. R. *Gregorii XIII. Pontificis* autoritate, è Basilica Lateranensi *S. Johannis*, quæ est in monte Cælio (de qua legi potest Joh. Henr. à Pflaumern *in Mercur. Italico. pag. 230. & seqq.*) ac in pristinum suum locum reposita: verba ejus hæc sunt:

*Fœdusvè. cum. quibus. volet. facere. liceat. uti. licuit. Divo. Aug. Ti. Julio. Cæsari. Aug. Tiberioque. Claudio. Cæsari. Aug. Germanico.*

*Utique. ei. Senatum. habere. relationem. facere. remittere. Scta. per. relationem. dissessionemque. facere. liceat. uti. licuit. Divo. Aug. Tib. Claudio. Cæsari. Aug. Germanico.*

*Utique. cum. ex. voluntate. auctoritatevè. jussu. mandatovè. ejus. præsentivè. eo. Senatus. habebitur. omnium. rerum. jus. perinde. habeatur. servetur. ac. si. lege. Senatus-edictus. esset. habereturque.*

*Utique. quos. magistratum. potestatem. imperium. curationemvè. cujus. rei. petentes. Senatui. Populoque. Romano. commendaverit. quibusvè. suffragationem. suam. dederit. promiserit. eorum. Comitiis. quibusq;. extra. ordinem. ratio. habeatur.*

*Utiq;. ei. fines. pomerii. proferre. promovere. cum. ex. Republicâ. censebit. esse. liceat. ità. uti. licuit. Ti. Claud. Cæsari. Aug. Germanico.*

*Utique.*

*Utique. quæcunq;. ex. usu. Reipublicæ. Majestate. divinarum. humanarum. publicarum. privatarumq; rerum. esse. censebit. ei. agere. facere. jus. potestasq;. sit. ita. uti. Divo. Aug. Tiberioq;. Julio. Cæsari. Aug. Tiberioq;. Claudio. Cæsari. Aug. Germanico. fuit.*

*Utiq;. quibus. legibus. plebisvescitis. scriptum. fuit. ne. Divus. Aug. Tiberiusvè. Julius. Cæsar. Augustus. Tiberiusq;. Claudius. Cæsar. Augustus. Germanicus. tenerentur. iis. legibus. plebisquescitis. Imper. Cæsar. Vespasianus. solutus. sit. quæq;. ex. quaq;. lege. rogatione. Divum. Aug. Tiberiumvè. Julium. Cæsarem. Aug. Tiberiumvè. Claudium. Cæsarem. Aug. Germanicum. facere. oportuit. ea. omnia. Imperator. Cæsari. Vespasiano. Aug. facere. liceat.*

*Utique. quæ. ante. hanc. legem. rogatam. acta. gesta. decreta. imperata. ab. Imperatore. Cæsare. Vespasiano. Aug. jussu. mandatuvè. ejus. à. quoque. sunt. ea. perinde. justa. rataq;. sint. ac. si. populi. plebisvè. jussu. acta. essent.*

## Sanctio.

*Si. quis. hujusce. legis. ergò. adversus. leges. rogationes. plebisvescita. Senatusve-consulta. fecit. fecerit. sivè. quod. eum. ex. lege. rogatione. plebisvescito. Senatusve-consulto. facere. oportebit. non. fecerit. hujus. legis. ergo. id. ei. ne. fraudi. esto. nevè. quid. ob. eam. rem. populo. dare. debeto. nevè. cui. de. ea. re. actionevè. judicatio. esto. nevè. quis. de. re. ea. apud. se. agi. sinito.*

Hactenus verba Legis Regiæ.

Nonnulla (de quibus liberum cuique judicium esto) ex hac lege deducit Marius Salomonius *de principatu lib. 6. pag.* 120. Hæc, *inquit*, primùm indicat, non unam pro omnibus Imperatoribus Legem Regiam latam, sed singulis Principibus singulas necessarias fuisse, conditiones, quibus Principatus à Populo Rom. deferebatur, continentes. Nam Divo Vespasiano apparet pomœrii proferendi concessa potestas, uti Germanico data: non autem aliis Principibus, & penultimo capite, dum ait: *Quæq;. ex. quaq;. lege. rogatione. Divum. Aug. Tiberiumvè. Jul. Cæsarem. Aug. Tiberiumvè. Claudium. Cæsarem. Aug. Germanicum. facere. oportuit. ea. omnia. Imp. Cæsari. Vespasiano. Aug. facere. liceat*: latior potestas Vespasiano data, quàm suprà nominatis Imperatoribus, quod quædam eos facere oportuit, quæ Vespasianum lege facere non

non oportebat. Item illis verbis: *Utique. quibus. legibus. plebiuvescitis. scriptum. fuit. ne. Divus. Aug. Tiberiusve. Julius. Cæsar. Aug. Tiberiusque. Claudius. Cæsar. Aug. Germanicus. tenerentur. iis. legibus. plebiuvescitis. Imper. Cæsar. Aug. Vespasianus. solutus sit*: liquet, non omnibus solutum legibus Vespasianum, neq; qui ante eum Imperatores extiterunt. Rursus ex capite ubi ait: *Utiq. quæcunq;. ex. usu. Reipublicæ. majestate. &c.* constat, non simpliciter liberam rerum administrationem demandatam, sed eam solùm, quæ ex usu, id est, utilitate & majestate Reipublicæ esset. Unde deducitur, quòd ea, quæ ex utilitate & majestate publica non essent, jus & potestas faciendi non esset. Ex ultimo capite, in perspicuo ponitur superior illa Populi potestas, ac major Principatu. *Hactenus Marius Salomonius d. l.* à Paurmeistero (*suprà* §. 1. allegato) *lib.* 1. *de jurisd. Imp. Rom. cap.* 19. *num.* 7. semel iterumq; acceptus & approbatus: sed nos utrumq; errare in quibusdam cum aliis judicamus.

## II. *Parte Legis Regiæ generalis effectus, in Imperii majestate consistens, enodatur.*

### §. 6.

Definitio Lansiana *suprà* §. 1. *hujus tituli* tradita, pro Legis nostræ effectu agnoscit Imperii majestatem, seu (ex textibus nostris *l.* 1. *ff. de Const. Princ.* §. 6. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.*) omne imperium & potestatem: Dn. Limn. *de jur. publ. d. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 78. Ant. Perez. *de jur. publ.* Amplissima autem cùm à Politicæ doctrinæ *Scriptoribus* ubique materia hæc *Majestatica* (ut ità loquamur) tractata fuerit, ideò erimus breviores, de majestate solummodò in genere (quatenus quidem ad *Legem Regiam*) nonnulla tradituri. Verba *ei & in eum* quam habeant vim, explicant *Interpretes* ad *d. l.* 1. *ff. de Constit. Pr. & d.* §. 6. *J. de jur. nat. &c.* Theophilus quidem ad *dict.* §. 6. *Inst.* Wesembec. *n.* 1. *ad d. tit. ff. de Constit. Princ. ibiq;* D. Ludwell. Besold. *œconom. ad tit.* 3. *&* 4. *lib.* 1. *ff. th.* 9. & Duaren. *lib.* 2. *disp. anniversf. cap.* 19. putant, *in eum* idem esse ac *in se*, quod scilicet Populus in se i. e. contra se quoq; eam potestatem Principi concesserit: sed minimè probandi sunt. Sunt etiam, qui putant, verba *in eum* ità esse intelligenda, ac si dicat *Ulpianus*: Principi à Populo tributam fuisse omnem potestatem, non modò in Cives Romanos, sed & in Principem ipsum: idque ajunt Grammaticam exigere rationem, cùm *eum* pronomen sit relativum, Cujac. 15. *observ. cap.* 30. Bocer. *de invest. cap.* 3. *n.* 91. *&c.* sed à Besold. *d. l.* & Limn. *l.* 1. 12, 86. refutantur. Giphanius verò Rittershusius & Bachovius ad *d.* §. 6. *Inst. d. t. de jur. nat. &c. ei & in eum* idem valere, synonyma esse, imò formulam illam & verba ipsius legis fuisse, docent, quibus

quibus Populus usus fuerit ad ostendendam enixam suam voluntatem: atq; emphaseos gratiâ ità apposita esse, ut significent; Populum Principi in Principem, id est, in Imperatoriam majestatem, *l. 1. §. sed & hoc. 7. C. de vet. jur. enucl.* omnem transtulisse potestatem suam: Dn. Limnæ. 1, 12, 85. quò etiam inclinare videtur ipse Besold. *dict. loc.* Veritati itaq; juris, receptæque opinioni propius est: Lege Regiâ in Imperatorem adeò translatam esse potestatem Populi Romani: ut ipse nullius rei jus integrum sibi conservârit, Harpprecht, ad *d. §. 6. Inst. de jur. nat. gent. & civ. n. 9. & seqq.* Meritò igitur de tanta majestate, à Populo in Principem translatâ, verè dici potest, quod sit splendor dignitatis verus, ab Hispanis *Majoria* dicta, Covarruv. *pract. qq. cap.* 4. summa & absoluta, omnibus superior & omnibus imperans, æqualis potestatis nescia, imò Monarchica potestas, Paurmeist. 1, 3, 5. quam Græci ἄκραν ἐξουσίαν, κυρίαν ἀρχὴν, κύριον πολίτευμα αὐτοκράτειαν, δύναμιν, ἀρχὴν πολιτικὴν, appellant: de quâ *mox §. seq.* plura. Maxima autem hîc quæstio, & cardinalis, quam *Limnæus* nodum Gordium appellat, occurrit: *An populus Imperium ità concedendo, privativè, an cumulativè, transtulisse censeatur?* Et privativè concessisse verius est, per Bachov. *in Comment. ad d. §. 6. Inst. de jur. nat. &c. & in part. 1. π. ab init. tract. de Constit. Princ. num.* 87. Besold. *Synops. Polit. lib. 1. cap. 1. th.* 14. Dn. noster Limnæus *tamen dict. cap. 12. n. 87. & pluribus seqq.* contrarium quidem defendit, sed frustrà, salvo tamen ejus honore. Neq; illud hîc sicco, quod dicitur, pede prætereundum esse censemus; *Legem* scilicet *Regiam* de Principatu Electivo esse scriptam, Besold. *dissert. nomico-polit. de success. & elect. regiâ prodrom. n.* 4. Sicq; approbare non possum, *inquit iterum Besold. de success. & elect. lib. 3. dissert. 3. in fin.* quod Imperium Romanum post *Augustum* fuisse hereditarium nonnulli tradant: Quos vide *ibidem.* Sed & adhuc è Besold. *œconom. tit. 3. & 4. lib. 1. ff. d. th. 9. pag.* 145. & Dn. Limn. *lib. 1. dict. cap. 12. num.* 111. *& seqq.* illud & subjiciendum ex *Lege R.* translationis hujus consequens est: ne *Principi* majorem, quàm *Populus Rom.* habuit, attribuamus potestatem. Quantam autem *Populus R.* ante istam translationem habuerit, & quantam posteà *Imperatores*, prout fata Imperii voluère; exercuerint, è historiarum tabulis repeti licet. Nobis hoc in loco satis esse putamus, quòd ab evidentiâ ipsius rei, & testimonio præcipuorum illius seculi *Historicorum*; probaverimus, apud *Principem* omne jus majestatis, nullum amplius tempore *Augusti*, nisi ex conniventia & indulgentia, apud *Populum* fuisse: ut verissimè de *Populo Romano* Juvenalis *Satyr. 10. pag.* 60.

*- - - - - Qui dabat olim*
*Impierum, fasces, legiones, omnia, nunc se*

*Conti-*

*Continet, atq; duas tantùm res anxius optat*
*Panæ, & Circenses* - - - - - -

§. 7.

Est autem Imperii Majestas, quæ ex *Lege Reg.* nata (juxta Bodin. *lib. 1. cap. 8. de Republ.* Lans. *discurs. de L. R. th.* 45. & Besold. *Synops. Polit. lib.* 1. c. 1. *thes.* 13) potestas politica in cives & subditos summa, perpetua, legibusq; soluta, salutis publicæ causâ. Quæ tamen definitio de majestate tantùm personali intelligenda venit. Nam, quæ de majestate reali (quæ ipsi Reipublicæ competit) à Besold. *Synops. Polit. d. lib. 1. cap. 1. th. 4. & seqq. & Polit. lib. 1. cap. 2. num. 3. & seqq.* Althus. *Polit. cap. 9. num.* 24. & Cellar. *Polit. lib. 2. cap. 7. num.* 20. traduntur, suo nunc loco relinquimus. Ut ergò majestas sit (*sunt verba Lansii th.* 46.) ex potestate summâ, perpetuâ, legibusq; solutâ constituatur, necesse est. Majestas enim salva nec fingi nec pingi potest, si una illarum potestatum deficiat: tàm firmo & adamantino fortiori cognationis vinculo conglutinantur. Quanquam etiam hoc dici potest, necessarium non esse, ut in definitionem ipsam verbo ingrediantur duæ illæ particulæ, *perpetua, legibusq; soluta*: siquidem potestas propter id ipsum, quod est summa, etiam intelligitur esse perpetua, legibusq; soluta. Cæterùm quanta vis sit ac ἐνέργεια in *potestate summa*, pluribus exponunt, Besold. *Synops. Pol. dict. lib. 1. cap. 1. th. 14. & seqq. & Polit. lib. 1. d. cap. 2. n. 11. & seqq.* & Lans. *discurs. de L. R. thes. 47. & seqq.* ad quos lectorem benevolum remittimus; eleganter Guntherus *in Ligurimo, lib. 6.*

- - - *nullum caput ista super se*
*Aspicit, excepto Cœlorum Rege, potestas.*

Additur porrò in definitione majestatis, quod sit *perpetua potestas*: de quâ iterùm Besold. *Synops. Pol. dict. lib. 1. cap. 1. th. 25. & seqq. & Polit. lib. 1. d. cap. 2. num. 30. & seq.* & Lans. *d. disc. de L. R. th. 55. & seqq.* qui lectoribus præter nos abunde satisfacere possunt. De *Legibus solutâ potestate*, cujus etiam hæc mentionem facit definitio, indagandâ & pernoscendâ, iterùm breviter ablegari se patiatur benevolus lector ad eosdem autores, nimirum Besold. *Syn. Pol. d. lib. 1. cap. 1. th. 30. & seqq. & Polit. lib. 1. d. cap. 2. num. 32. & seqq.* & Lans. *de L. R. th. 58. & seqq.* idq; eò lubentiùs, quia *infrà tit.* 15. de hâc legibus soluta potestate fusius tractare in animo nobis est. An autem, absolutam & sine exceptione potestatem Principi committere consultum sit? vide apud Dn. Bernegger. *quæst. miscell. ex Tacit.* 163. Maximo hoc principio ità stante, nascitur, in Principem propriè cadere crimen læsæ majestatis, ut & in Rempublicam ipsam; *Si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, deniq; malè*

*malè gestâ Republ. majestatem Populi Rom. minuisset,* sunt verba *Tacit.* 1, 72, 3. *t. t. ff. & Cod. ad L. Jul. Majest.* Committitur hoc crimen non tantùm immediatè adversus Imperatorem vel Imperium, vel etiam adversus Regem Romanum, *Mynsing. consil.* 44. *n.* 10. sed & mediatè per *Augustam, l.* 31. *ff. de L L. & arg. l.* 5. *C. ad L. Jul. Majest.* non quidem ex *Lege R.* sed speciali privilegio Principis, ubi tamē communiter distinguunt inter Principes uxorios & non uxorios, Dn. m. & Doct. Joh. Steinberg. in *Dodec. casu. singular. cas.* 7. *circa fin.* & per Consiliarios, *d. l.* 5. Arumæ. *Colleg. π. disp.* 23. *th. & seqq.* & hodiè Electores, *Aur. Bull. Caroli IV. cap.* 24. legantur de hoc atrocissimo crimine, Bocer. *tract. singular.* Dn. Jac. Gothofr. *discurs. histor. ad dict. l.* 5. *C. ad L. Jul. Majest.* Mart. Neapol. *tom.* 2. *Digest tit. læs. maj. crim.* Gomez. *tom.* 3. *var. resol. cap.* 2. Cujac. 16. *observ.* 10. Arism. Tepat. *decis. tit.* 306. Althus. 1. *dicæolog. c.* 131. Harpprecht. *tract. crim. de publ. judic. pag.* 720. Carpzov. *pract. crim. part.* 1. *quæst.* 41. Hoc in loco non solùm Claud. Salmasii *in defens. regiâ, pro Carol. I. magnæ Britanniæ Rege, cap.* 6. sententia *Regiam* scil. *Majestatem non aliam nisi suam respicere,* sed etiam quæstio, *Utrum potentia Cæsarea pro tyrannide habenda?* (quam Lentul. Cyriac in *dict. Aug. de convert. in Monarch. Rep. pag.* 214. decidit) ab iis, quibus commodum est, attentiùs consideranda venit.

## §. 8.

Tanta verò Legis nostræ (quam *Lansius* non immeritò *Magnam* appellitavit) vis atq; autoritas fuit, ut Majestas non à Populo, qui eam transtulit in Principem, sed à *Deo Summo,* à quo Populus eam ab initio habuit, ortum habuisse dicatur, Besold. *Pol. lib.* 1. *d. cap.* 2. *n.* 11. & ut Populus Rom. ne jus quidem privandi Principem, Bachov. *Comment. ad d.* §. 6. *Instit. d. t. de jur. nat. &c. num.* 7. aut arma in eum sumendi reliquum habuerit. Cœterùm, *An Principem impotenter & tyrannicè imperantem regno vel vitâ exuere liceat?* limatiùs hîc exsequi ideò inconveniens esse videtur, quia hæc quæstio, à Reinkingk. *de reg. sec. & eccl. lib.* 1. *cl.* 1. *cap.* 5. Lans. *d. discurs. th.* 94. *thes.* 94. *& seqq.* Cyriac. Lentul. in *August. sæpè hactenus citat. pag.* 28. & omnium optimè à Claud. Salmas. *in defens. regiâ, pro Carolo I. magnæ Britanniæ Rege,* qui anno 1649. à suis ad mortem damnatus. & capite truncatus fuit, *per tot.* satis superq; petractata invenitur. Salmasius quidem *cap.* 7. *pag.* 202. evincit; Majestatem non posse quenquam eorum, qui reguntur ab ipsâ, vitæ suæ judicem habere. Cyriacus Lentul. *dict. pag.* 28. *& seqq.* scribit: Tyrannum (ad quem regnum legitimo quidem modo delatum est, qui autem illud non pro exspectatione civium administrat) audaci manu aggredi, temerarium ac nefarium, vel certè cum periculo conjunctum est: tolerabile igitur ma-

lum:

lum tolera: nec vel juſtam Dei iram, vel Principis excandeſcentiam, provo-
ca. Ferendo vincitur, quatiendo jugum exaſperatur. *Quomodo ſterilitatem,*
*aut nimios imbres, & cætera naturæ mala: ita luxum vel avaritiam dominan-*
*tium tolerato*, monente Ceriali, apud *Tacit. lib.4. Hiſt. cap.74. n.4.* Verba
Lanſii *dict. th.94.* hæc ſunt: nec ſingulis civibus, nec univerſo populo Regis
ſui, etſi ſceleribus & flagitiis inquinatiſſimi vitam, famam, fortunas, tollere,
arrodere, in diſcrimen vocare fas eſſe, ex Bodin. *lib.2. de Republ. cap.5.* Tho-
loſan. *de Rep. lib. ult. cap. ult.* Guil. Barcl. *lib.3. & ſeqq. cont. Monarchom.* niſi
fortè Princeps intemperiis & furiis infernalibus agitatus ita inſaniat, ut et-
iam Reipub. ſtatum, ſalutem Populi, adeoq; ipſam Legem Regiam, ſub quâ
eſt, penitùs intervertere & evertere, ſive directò, ſive πλαγίως, ſeriò atten-
tet. Tunc enim & violatæ Legis Regiæ pœnam dabit, & debitum temeri-
tatis præmium meritò accipiet. Confer etiam Dn. Lanſii *theſin* 101. Rein-
kingkius *dict. cap.5.* variè diſtinguit. (1.) inter tyrannos titulo, quos *num. 3.*
nullo vel electionis, vel ſucceſſionis, vel alio legitimo jure ad rerum guber-
nacula veniſſe, ideoq; ſimpliciter & impunè, & quidem ex *Lege Valeriana*,
*num.6.* rejiciendos eſſe, aſſerit, cum certâ tamen limitatione, quam vide ſub
*num.11.* (& 2.) inter tyrannos exercitio, quos *num.5.* legitimo quidem jure
ad poteſtatis regimen perveniſſe, ſed conceſſa ſibi nequiter abuſos eſſe, de-
ſcribit: ubi tamen *num.35.* inter ſubditos merè privatos, & *num.43.* inter eos,
qui non ſunt merè privati, ſed magiſtratus perſonam ſimul ſuſtinent, ac ſu-
periori ſubordinati ſunt, ſubdiſtinguit. Privatis publicum armorum con-
tra Principem uſum ſimpliciter prohibet, *n.36. & ſeqq.* reliquis, ſubordina-
tam quodammodò juriſdictionem habentibus, jus removendi tyrannum
exercitio, permittit quidem, ſed iterùm cum ſtrictiſſimâ ſublimitatione,
quam vide *dict. num.43. & ſeqq.* Verum enimverò, extremo incidente caſu,
& urgentibus, graviſſimis Regni fatis, magnâ prudentiâ & moderatione
opus eſſe, & quævis potius toleranda, quàm ut eò deveniatur, ut Rex vel
Princeps legitimè conſtitutus, unctus & coronatus, vi & armis à proceribus
ſoli dejiciatur, vel prorſus, quod grave dictu, interficiatur *num.49. & ſeqq.*
docet. Tandem tamen in ſumma Imperii neceſſitate, ut *à n.99. usq; ad fin.*
videre eſt, concludit: moderandam ſummi Principis licentiam per Proce-
res, atq; minimè ex ambitione & affectata dominandi aut juſtum imperium
excutiendi libidine, ſub publicæ utilitatis vel alio falſo prætextu, ſeditioſè,
& temerè; ſed piè, juſtè, reverenter & decenter ſuſcipiendum eſſe arduum
hoc opus; add. Dn. Bernegger. *quæſt. ex Tacit.* 191. & Septal. de *rat. ſtat. lib.5.*
*cap.6.* & Dn. Forſtner. *ad Tacit. pag.25.* Pertinet huc *utriusq; Bruti, Lucii &*
*Marci, diſpar in recuperandâ libertate Fortuna*; quam Dn. D. Johan. Georgius
Richterus Conſiliar. Reip. Noriberg. amicus meus, *anno* 1639. *Altorfii Nori-*

*corum oratione elegantiſsimâ* depinxit: & Carpzovii *de Leg. Reg. Germ. cap.* 14. *& ultima quæſtio*, de Imperatoribus hodiernis deponendis, ſi quid contra capitulationem agant.

## *Pars* III. *ſpecialia quædam majeſtatis jura, quæ ex Lege Reg. provenerunt, cùm ordinaria, tùm extraordinaria exhibens.*

### §. 9.

Hæc Majeſtatis ex *Lege Reg.* orta poteſtas etſi pateat tàm latè, quàm latè *Imperii Romani* cura & officium ſeſe extendit: eam tamen ſuam poteſtatem non uno exercet modo. Inde certa quædam jura *Monarchiæ Romanorum ſecundæ* attribuuntur, quæ ipſam immediatè concomitantur: & ideò nihil aliud ſunt, quàm exercitia abſolutæ & ſummæ poteſtatis, reſpectu rerum diverſarum, quæ in *Imperio Romano* occurrunt, Reinkingk, *de regim. ſecul. & eccleſ. lib.* 1. *claß.* 3. *cap.* 11. Itaq; ab experientiâ *Reipubl. Romanæ*, qui nō alieni ſunt *JCti*, ac quoq; ex Theoreticis nonnulli, Jura Majeſtatis in duas claſſes ſegregare ſolent, ordinaria, & extraordinaria. Quam tamen diſtinctionem Anton. Faber in *Jurispr. Papinianeæ ſcientiâ, ad tit. Inſtit. de jur. natur. gent. & civil. princip.* 8. *confut.* 2. *pag.* 70. reprobat. Nos verò meritò illam valdè approbamus. Ordinaria iterùm ſunt vel Eccleſiaſtica, vel Politica. De Eccleſiaſticis, Politici ferè omnes multa & varia ſcribunt: inter quos tamen legantur, Grotius de *Imperat. ſummar. poteſtat. circa ſacra. tract. ſingular. & oration. habit. in Senat. Amſtelodam. inter opuſcul. theol. jurid. polit. pag.* 443. Finckelthaus de *jur. patron. eccleſ. & civil.* Carpzov. *in Jurisprud. Eccleſ. ſiv. Conſiſtorial. lib.* 1. & de *Leg. Reg. German. cap.* 2. Conring. *diſput. de majeſt. civil. autorit. & offic. circa ſacra, Reſpond. Martin. ab Heimburg. habit. Helmſtad.* 1645. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib.* 3. *claß.* 1. *cap.* 1. Hippolyt. à Lapid. *diſſert. de ration. ſtat. Imp. Rom. Germ. part.* 1. *cap.* 8. Beſold. *theſaur. pract.* verb. Geiſtliche *Jurisdiction.* Molina *tom.* 1. *de Juſtit. & Jur. tract.* 2. *diſput.* 21. Politica majeſtatis jura variè diſtinguuntur: maximè autem in majora & minora, ut ex iis conſtat, qui de *regalibus* ſcripſerunt. At nos ne ad minutias usq; rem partiamur, absq; ſollicitâ diviſione, *ſequenti decuriâ* ea indicabimus. (1.) Primum eſt, *Legum univerſis & ſingulis civibus dandarum poteſtas, ſine neceſſario alterius conſenſu, l.* 3. *& ult. C. de legib. & Conſtitut. Princip.* Inter hæc enim jura, quorum principium omnisq; vigor à *Lege Regiâ* dependet, illud præcipuum eſſe, nemo dubitabit, quod in ſola Imperatoris voluntate tanquã in Statu Monarchico (ſicut & olim in Statu Democratico penes

Popu-

Populum tantùm Legum condendarum poteſtas erat) conſiſtere, apud Anton. Fabr. *Jurispr. ad d. tit. Inſtit. de jur. nat. &c. dict. princ.* 8. *illat.* 1. *& ſeqq.* & Zoëſ. *Comment. ad tit.* 4. *ff. de conſt. Princ. princ.* Anton. Perez. *in jur. publ. cap.* 29. *p.* 70. & ſuprà *tit.* 2. §. 1. & *h. tit.* 3. §. 1. legi poteſt, adde Lanſ. *d. diſcurſ. th.* 102. Beſold. *Synopſ. Pol. lib.* 1. *cap.* 2. *th.* 31. & *Polit. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. Cellar. *Polit. lib.* 2. *cap.* 8. Lentul. *Aug. pag.* 145. *& ſeq.* De C. *Jul. Cæſare* teſtatur Sueton. *cap.* 43. de *Auguſto* Idem, *cap.* 33. *&* 34. de *Claudio* Idem *cap.* 14. *&* 15. de *Galba cap.* 7. 8. 9. de *Domitiano cap.* 8. de *Hadriano & Severo* Spartianus *pag.* 12. *p.* 188. de *M. Antonino* Capitolinus *in vita Veri. pag.* 98. Lipſi. *monit. & exempl. polit. lib.* 2. *cap.* 9. *monit.* 3. *pag.* 150. Dn. Bernegg. *ad Suet. Jul. Cæſar. dict. c.* 43. *lit. a.* Quod verò, non poſſe ſubditis ſine conſilio ſapientum Legem dari, adſtruit Benincaſius ad *tit. extr. de Conſtitut. quæſt.* 7. hoc de nudâ conſiliorum intelligimus adhibitione, quæ nullo modo jus imminuit Majeſtatis, ſed magis promovet ejus felicitatem, Reinkingk. *de Reg. ſec. & eccl. lib.* 1. *claß.* 2. *cap.* 2. *num.* 106. *& ſeqq.* Beſold. *Synopſ. Polit. lib.* 1. *cap.* 2. *th.* 33. Sicq; in Francia & Germania, ſemper in Comitiis optimatum leges adprobatæ fuerunt, Lehmann in der Speyriſchen Chronick / *lib.* 2. *cap.* 39. *fol.* 148. *& lib.* 5. *cap.* 60. Sic & olim *Alexander Severus* Imperator, nullam Conſtitutionem ſacravit ſine viginti Juriſperitis, & doctiſſimis ac ſapientibus viris iisq; diſertiſſimis non minus quinquaginta: ut non minus in conſilio eſſent ſententiæ, quam Senatusconſultum conficerent; & id quidem ità, ut iretur per ſententias ſingulorum, ac ſcriberetur, quid quisq; dixiſſet, dato tamen ſpatio ad disquirendum cogitandumq;, priusquam dicerent, nè incogitati dicere cogerentur de rebus ingentibus: fuit prætereà illi conſuetudo, ut ſi de jure aut de negotiis tractaret, ſolos doctos & diſertos adhiberet &c. *ſunt verba Ælii* Lampridii *in vit. Alex. Sev. pag.* 343. vide etiam Reinkingk, *de regim. ſecul. & eccl. lib.* 1. *d. claß.* 2. *cap.* 2. *n.* 109. *&c.* Val. Forſter. *hiſtor. jur. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 6. *&* 7. In hodierno *Imperii Romano-Germanici* Statu tamen aliter res ſeſe habere videtur, velut in quo Electores & reliqui Status non conſilii tantùm, ſed maximæ etiam neceſſitatis causâ, ad ferendas *Imperii* Leges adhibendi, Harpprecht. ad *dict.* §. 6. *Inſtit. de jur. nat. gent. & civil. num.* 14. Braudlacht *epitom. jurispr. publ. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 3. Lampad. *de Republ. Rom. Germ. cap.* 8. *num.* 14. Hippolyth. à Lap. *diſſert. de ration. ſtat. Imp. Rom. Germ. part.* 1. *c.* 6. Cellar. *Polit. lib.* 2. *dict. cap.* 8. *n.* 3. Dan. Ott. *diſſert. de jur. publ. cap.* 12. *pag.* 446. Carpzovius, *de Leg. Reg. Germ. cap.* 3. *ſect.* 1. ubi ſcribit: ſolum quondam Principem Leges ferre potuiſſe, *num.* 1. *&* 2. ſed hanc poteſtatem centro atq; ſpatio hodiè circumſcriptam eſſe, idq; vigore *Capitulationis, ibidem num.* 3. Quod ſi verò Imperatoris & Statuum in Comitiis, circa legem univerſalem ferendam, opiniones & ſententiæ ad harmoniam non valeant reduci, Im-

perator

perator rem ſuo pro arbitrio determinare, atq; hoc modo Statibus Legem dicere poteſt, Reinkingk, *de regim. ſec. & eccleſ. lib.1. claſſ.2. dict. cap.2. num.* 113. *& ſeqq.* Dn. Limn. *de jur. publ. lib.9. cap.1. num.*170. *& ſeqq.* & noviſſimè Stamler de *reſervat. Imperat.* §. 31. *&* 65. (2) Alterum Majeſtatis ordinariæ jùs eſt, *Belli ac Pacis arbitrium.* Lanſ. *th.*103. Beſold. *Synopſ. Polit. lib.1. d. cap.2. th.*49. Reinkingk *de reg. ſec. & eccl. lib. 2. claß.* 3. quod tamen hodiernâ *Capitulatione Cæſareâ* limitatum, Carpzov. *de L. R. Germ. cap.* 4. *&* 6. Hippolyth. à Lap. *dict. diſſert. de rat. ſtat. part.* 1. *cap.* 9. (3) *Creatio magiſtratuum.* Lanſ. *th.*104. Beſold. *Syn. Pol. d. cap.2. th.*37. *&* 38. adde Carpzov. *dict. comment. de L. Reg. Germ. cap.*10. Anton. Perez. *in jur. publ. cap.*53. *pag.*124. Hippol. à Lap. *diſſert. de rat. ſtat. part.1. cap.* 13. (4) *Extrema provocatio,* ſeu, *Cognitio citra provocationem*: Lanſ. *de L. Reg. th.*105. Beſold. *Synopſ. Pol. dict. cap.2. th.*44. *& ſeqq.* Lentul. *in Auguſt. pag.* 150. Anton. Perez. *in jur. publ. cap.* 115. *pag.* 283. Hippol. à Lap. *diſſert. de rat. ſtat. part.*1 *cap.* 10. Stamler. *de reſerv. Imp.* §. 42. Carpzov. *d. l. cap.* 9. (5) *Jure & injuriâ damnatorum, contra vim legum ac judiciorum liberatio, ſive de capite & famâ, ſive de bonis omnis omnibus agatur.* Beſold. *Syn. Pol. d. cap. 2. theſ.*39. *& ſeqq.* Perez. *cap.* 133. *& ſeqq. pag.*323. *& ſeqq.* Hippolyt. à Lap. *diſſert. de rat. ſtat. part. 1. cap.*16. Carpzov. *d. l. cap.*9. *ſect.*11. (6) *Receptio homagii ab iis, qui à præſtatione illius non ſunt liberi,* Dn. Limnæ. *de jur. publ. tom.3. lib.7. cap.3. n.10. pag.*73. *& tom. 4. lib. 7. cap. 3. ad dict. n.* 10. Knipſchildt *de jur. civitat. lib. 2. cap.1. num.* 69. *& cap. 9. num.* 62. *& ſeqq. usq; ad fin. & lib. 3. cap. 51. num.* 60. (7) *Monetæ percutiendæ, & conſtituendi pondera & menſuras poteſtas,* Anton. Perez. *in jur. publ. cap.*118. *pag.*290. Hippol. à Lap. *diſſert. de rat. ſtat. part.1. cap.*14. Beſold. *Synopſ. Polit. dict. cap.2. theſ.*65. *&* 66. Carpzov. *de L. R. Germ. cap.* 8. *ſect.* 7. (8) *Vectigalia, tributa, & cætera munera patrimonialia imperandi,* Beſold. *dict. cap.2. th.*53. *& ſeqq.* quod tamen limitatum, Carpzov. *dict. Comment. de Leg. R. dict. cap.* 8. Dn. Mund. *de munerib. honorib. & onerib. capp.2. & 3. & 4. & 5.* Anton. Perez, *in jur. publ. c.*43. *pag.*100. *cap.*45. *pag.*105. Joh. Hieron. Im Hoff *ſing. Pol. c.*8. Hippol. à Lap. *diſſert. de rat. ſtat. part.1. cap.*12. Dn. Forſtner. *hypomn. pol.* 65. (9) *Munerum etiam perſonalium injungendorum poteſtas,* Beſold. *dict. cap.2. theſ.* 50. *&* 60. Dn. Mund. *dict. tract. cap* 1. *per tot. & dict. cap.* 5. (10) *Omnimoda in feudalibus, civilibus & criminalibus, jurisdictio,* Beſold. *dict. cap.2. th.*43. *& ſeqq. plurib.* Carpzov. *dict. comm. capp.*7.9.10. & Hippol. à Lap. *diſſert. de rat. ſtat. part.* 1. *cap.*10. *& cap.*10. ubi variæ limitationes: Circa quas, Lectores noſtros ſingulariter perſuaſos eſſe volumus, nos dicti Hippolythi à Lapide iniquiſſimas contra S. Cæſ. Majeſtatem opiniones, maximoperè improbare & damnare. Cùm inſuper alii etiam multi, *Cæſareæ Majeſtati* multa, hâc in re, quoad jurisdictionem feudalem imprimis, derogare & adimere conentur: ideò ad

hoc

hoc quodammodò vindicandum Jus Cæſareum & Majeſtaticum, Relationem & Votum in Cæſareâ Commiſſione *Nobilium ab J.* contra *Prælatum, Decanum & Capitulares Prælaturæ Sancti R. in Civitate Q.* ante quatuor ferè annos confecimus, quam iis, qui deſiderant, haud denegabimus. Atque hæc ſunt potiora Majeſtatis Jura ordinaria, ad quæ cœtera quàmplurima referri poſſunt.

## §. 10.

Sequuntur extraordinaria, quæ ſubſidia dominationis, munimenta Imperii, abſtruſas artes, Jura Regni, arcana Imperii & dominationis, regnativam, itē extraordinariam prudentiam, vocant; Græci *δίκαιον πολιτικὸν*, Itali Ragion di Stato, di Dominio, di Signoria, di Regno, di Imperio, Ragione di Ragionamento di Stato, Galli, Raiſon d'Eſtat, appellant, quaſi dicant, Jus publici boni. Status namq́; eſt, convenientia propria cujuslibet rei: & rationes Status media ſunt, quæ hancce convenientiam ſartam tectamq́; ſervant, hoc eſt, profundæ quædam, intimæ ac ſecretiores leges, vel privilegia, ad ſecuritatem Imperii & Reipubl. conſtituta, quibus ſe circumvallare Principes aſſolent, Hippolyth. à Lap. *diſſert. de ration. ſtat. prolegom. ſect.* 1. *& ſeqq.* Dn. Bœcler. *ad Tacit. lib.* 1. *A. cap.* 6. *annot.* 8. Lud. Septal. *de rat. ſtat. lib.* 1. *c.* 8. Vox *Rationis Status* latinis quidem auribus olim non uſitata, ſed ab Italis ad Gallos, aliasq́; nationes tantâ conſuetudinis aſſeveratione transmiſſa, ut, quod ante luſtra annorum non adeò multa, timidè, & rariùs, & cum præfatione uſurpandum fuit, hodiè inter ſolennia Politicorum vocabula quotidianâ ſcripturâ ſermonibusq́; jactitetur, Dn. Bœcler. *in programm. M. Mart.* 1648. *cum Nobiliß. Chriſtianus ab Urne de rat. ſtat. diſſereret.* Tales etenim, ut Beſold. *in Synopſ. Polit. lib.* 1. *cap.* 1. *theſ.* 36. loquitur, caſus incidunt, ubi Majeſtate qui præditi ſunt, Leges ſi obſervarent, perperam Rempublicam adminiſtrarent: pariter ut Nauta fluctibus ſeſe cogitur accommodare, iisq́; coactus non ſecundum regulam certam, remos velaq́; dirigere interdum neceſſe habet. Ac quemadmodum Paterfamilias, Paſtor, Pugil &c. non ſecundum regulas, ſed prout ſubitanea accidentia ferunt, officia exercent ſua: ità ſanè opus quoq́; eſt, ut alicubi in Republicâ non tantùm forte aliquod Imperium ſit, ſed etiam liberum, quod Rempublicam in quavis parte temperet ordinetvé; & quod illam ad nutum fortunæ & tempeſtatum, motusq́; mutationum gubernare & aptare queat. Hocq́; reſpectu, ſecundum extraordinariam poteſtatem, Leges negligere Civiles omnes, contra eas diſpenſare, & quoq́; Jus Naturale ſeu Gentium, pro arbitrio prudenti, limitare, determinare, & ſecundum æquitatem, rectamq́; rationem Majeſtas applicare poteſt. Clapmar. *lib.* 1. *cap.* 1. *&* 12. Et meritò proinde ſublimiori

illâ poteſtatis plenitudine inſtruitur Imperium ſummum, ut quoties ſalus publica, & extrema neceſſitas id poſtulat, cunctis, tanquam Reipubl. perpetuus Conſul, *Nov.105. cap.2.* conſulere, & in commune, pro arbitrio, jubere debeat ac poſſit. Hujus ideoq; juris extraordinarii forma eſt, ſtatuere bono publico contra jus commune, ac etiam contra privatorum utilitatem, ut totum conſervetur: unde & ſpeciem quandoq; iniquitatis præ ſe ferre videtur, quæ rependitur tamen utilitate publicâ. Ludov. Septal. *de rat. ſtat. lib.2. cap.8.* In *Hiſtoriâ Sacrâ* Reges & Reſpublicas ſuas quandoq; coluiſſe Status rationes notamus, quoad aureæ ætatis ſimplicitas admiſit, ut ex Jure Regio Samuelis, 1.*Sam. cap 8. v.11. & eod. lib. cap. 10. v. 25.* (de quo *ſupr. §.2. hoc tit.*) conſtat, vide Joh. Theod. Sprenger. in *bon. princ. præf. ad lector.* Creſcens ſeculi malitia, creſcentem prudentiam peperit, & ubi leonina pellis non ſatis eſt, vulpinam addidit. Saniora certè & rariora ſcripta Politica in Italico idiomate hac de re prodierunt, *Machiavelli, Honorii, Campanellæ, Boccalini, Raphaëlis de Torre, Petri Aretini, Boteri, & Ludovici Septalii.* In linguâ Gallicâ, *Le Politique treschreſtien de Monſ. le Cardinal de Richelieu: Le Prince de l' Ambaſſadeur parfait de Monſ. Le Duc de Rohan dans ſes Intereſt des Princes.* Quorum omnium veſtigiis inhæſerunt, Dn. Bœclerus in *ſæpius laudat. Commentar. ad XV. capita priora lib.1. Annal. Tacit. pag.* 30. 35. 40. 77. 80. 85. 89. 91. 101. 140. 141. 153. Clapmar. *de arcan. Rerump.* Dn. Forſtner. *in elegantiſſ. not. ad Tacit.* Wilhelm. Ferdin. ab Efforn *in Manual. Politic. ſeu Idolo Princip.* Dan. Heinſ. *in orat.20. de civil. ſapienti. & aliis,* ſupr. alleg. Joh. Theodor. Sprenger. *in bono Princip. & Tacito axiomatico,* Speidel. *in Specul. juridic. pol.* verb. *Ratio Status,* Scip. Amirat. *lib.12. diſcurſ.1. ad Tacit. dict.* Hippolyth. à Lap. *diſſert. de ration. ſtat. in Imper. noſtr. Rom. Germ.* Anton. Perezius *in jur. publ. quo arcana & jura Principis exponuntur,* Le Bleu *de inſtructione Conſiliarii,* Beſold. *Synopſ. Polit. lib.2. cap.9 & theſaur. practic.* verb. *Ratio Status.* Johan. Hieron. ImHoff/Patric. Noriberg. *in ſingularib. polit. ſub nomin. ration. ſtat.* Cyriac. Lentul. *in multoties citat. Auguſto, de convertend. in Monarch. Repub.* qui jura hæc Majeſtatis extraordinaria (varii enim ſunt cenſus, nec omnes eodem honoris aut opprobrii gradu metienda) in tria claſſium genera ſegregavit: *Licita,* quæ reprehenſionem ſapientum non incurrunt: *Flagitioſa,* quæ ab honeſtate & legibus recedunt: *Media,* quæ ad utraq; inclinant, & pro vario hominum captu his aut illis applicantur. Nos hac in re *Lentulum* ſequemur, & ſingulas eorum decurias dabimus, ſicut *Ipſe* illis hunc aſſignavit ordinem.

I. Quoad Licita (1) *Omnimodo Princeps annitatur, ut heres Imperii, & quidem ejusdem ſpei plures, exſtent,* Lentul. *pag.* 242. add. Beſold. *de ſucceſſ. regn. lib.3. differt.3.* Dn. Bœcler. *Comment. ad Tac. lib.1. An. cap.4. annot.2. p.68.*

Anton. Perez. in jur. publ. cap.14. pag.32. cap.21. pag.48. Dn. Forſtner. notat. Pol. ad lib.1. Ann. Tac. cap.3. pag.8. & hypomn. polit.233. (2) Virum adſciſcat ſui & Status præſentis amantem, rerum hominumq; peritum, animo magis quam vultu probum, arcana ſervaturum, qui-cum de ſummâ rerum deliberet, Lentul. pag.248. add. Henr. Nevvenhan. diſcurſ. nomico polit. de jur. Conſiliar. th.20. 27.31.41.51.68.74.78.79 & ſeqq. paſſim. Lipſ. not. ad 3. Polit.5. Dn. Freinshem. ad Curt. 4, 6, 5. Dn. Bœcler. comment. ad lib.1. An. Tac. cap.6. annot.5. Johan. Hieron. Im Hoff ſingul polit. capp.22.24.42. Anton. Perez. in jur. publ. c.48. pag.111. Jacob. le Bleu tractat. de inſtruct. futur. Conſiliar. diſp.3. cap.13. diſp.5. cap.25.26. & aliis. Dn. Bernegg. quæſt. miſcell. ex Tac. Germ. & Agric. quæſt.52. Sprenger. de bon. princ.3. rat. ſtat. Joh. Hieronym. Im Hoff ſing. Pol. cap.9. (3) Præſidium militare educere, quoquo iverit, ne ſpernat, Lentul. pag.253. adde Dn. Bernegger. d. quæſt. miſcell. ex Tac. Germ. & Agricol. quæſt.67. Dn. Bœcler. comment. ad lib.1. An. Tac. cap.6. annot.2. pag.117. Joh. Hieron. Im Hoff ſing. polit. capp.31.32. Septal. de rat. ſtat. lib.2. cap.4. & 5. Sprenger, de bon. princ.11. rat. ſtat. (4) Viri ingenio, genere, ordine eminentes nè ad extremam egeſtatem delabantur, & dum nihil ſperant nihil deſperent, videat, Lentul. pag.254. add. Anton. Perez. in jur. pub. cap.81. pag.198. & cap.84. pag.205. Septal. de ration. ſtat. lib.2. cap.20. Sprenger. bon. princ.25. rat. ſtat. Joh. Hieronym. Im Hoff ſingular. polit. cap.6.7. & 16. (5) A patrio ritu, cultu, linguâ, victu non recedat, Lentul. pag.256. adde Dn. Forſtner. not. pol. ad Tac. lib.2. Annal. p.159. & ſeqq. Joh. Hieron. Im Hoff ſing. polit. cap.23. Dn. Bernegger. quæſt.166. ex Tacit. Spreng. Tacit. axiom. lib.1. cap.28. pag.83. eundem Spreng. in bon. princ.22. rat. ſtat. (6) Hominem præpotentem, novandis rebus habilem, ad exercitus evagari, aut provincias certas ingredi, ne permittat, Lentul. pag.258. adde Dn. Bœcler. annot. polit. in lib.1. hiſt. Tacit. cap.8. pag.18. Dn. Bernegg. quæſt. ex Tacit. 190. Anton. Perez. in jur. publ. cap.61. pag.147. & cap.64. pag.154. & cap.65. pag.156. Dn. Forſtner. not. pol. ad lib.4. An. Tac. pag.335. Matth. Steph. de jurisdict. lib.2. part.2. cap.6. Lud. Septal. de rat. ſtat. lib.2. c.23. & 25. (7) In urbe ipſa Imperii ſede ne conventicula & nocturni congreſſus fiant, diligenter caveat, Lentul. pag.260. adde Beſold. Synopſ. Pol. lib.1. cap.18. th.14. Arniſ. lib.1. Polit. cap.12. pag.264. Joh. Hieron. Im Hoff ſing. Polit. cap.28. Bocer. de crim. læſ. Majeſt. cap.2. num.90. Polyd. Rip. tract. de nocturn. tempor. cap.40. & cap.89. (8) Cui fidat, etiam atq; etiam videat, Lentul. pag.262. adde Anton. Perez. in jur. publ. cap.49. pag.113. Spreng. Tac. axiom. lib.1. cap.3. pag.6. Septal. de rat. ſtat. lib.2. cap.7. & cap.13. Joh. Hier. Im Hoff ſingul. Polit. cap.11. (9) Amor erga Principem & Reverentia ſubditorum animis infixa, Regi Statuiq; ejus benè cupientium, nec quicquam vulgare de eo cogitantium, Lentul. pag.263. adde Sprenger. Tacit, axiom. lib.1. cap.42, pag.170. Dn. Forſtner. hypomn. polit.15. Joh.

Joh. Hieron. Im Hoff sing. pol. cap. 5. & cap. 17. (10) *Sapientiæ scutum, & virium lorica, contra vulgi odium & contemtum.* Lentul. pag. 268. add. Spreng. Tacit. axiom. lib. 1. cap. 2. pag. 5. & cap. 41. pag. 167. Dn. Forstn. not. pol. ad lib. 2. Ann. Tacit. pag. 124. & seqq. & ad lib. 6. pag. 429. & seqq. Joh. Hier. Im Hoff sing. polit. cap. 15. pag. 201. & seqq. & capp. 25. & 28. Dn. Bœcler. annotat. pol. in Tacit. hist. lib. 1. cap. 8. pag. 18. & 19. Hippolyth. à Lap. dissert. de rat. stat. Imp. Rom. Germ. part. 3. cap. 6. Septal. de rat. stat. lib. 2. cap. 17. & seqq. Dn. Bernegg. quæst. miscell. ex Tacit. Germ. & Agric. quæst. 210.

II. Inter Media (1. est) *Mendaci vel actione vel sermone populum circumvenire*, Lentul. pag. 270. adde Dn. Bœcler. comment. ad Tacit. lib. 1. Ann. cap. 6. annot. 3. pag. 89. & annot. 4. p. 90. & c. 7. annot. 4. p. 120. Joh. Hier. Im Hoff sing. pol. cap. 10. Lud. Sept. de rat. stat. lib. 2. cap. 13. & lib. 5. cap. 16. & 17. Dn. Bernegg. quæst. ex Tacit. Germ. & Agricol. quæst. 182. Spreng. Tacit. axiom. lib. 1. cap. 23. (2) *Armorum promiscuum usum, & exercitia militaria, nec plebi nec nobilitati concedere.* Lentul. pag. 273. add. Dn. Bernegg. quæst. ex Tacit. 77. Dn. Forstn. not. Pol. ad Tac. lib. 4. Ann. p. 347. (3) *Non tamen otio redundante lascivientes, seditionum principiis vacare sinat*, Lentul. dict. pag. 273. adde Dn. Forstn. not. pol. ad lib. 1. Ann. Tac. cap. 16. v. 2. p. 55. & Joh. Hier. Im Hoff sing. pol. c. 41. (4) *Interfecti Principis, quamvis alieni, quamvis inimici, nedum Parentis, mortem quoquomodo ulcisci*, Lentul. pag. 274. add. Joh. Hier. Im Hoff sing. pol. cap. 29. Dn. Forstner. not. pol. ad lib. 1. Ann. Tac. cap. 8. p. 25. & c. 12. p. 53. & Tacit. ipsum lib. 1. Ann. cap. 9. v. 4. & Flor. lib. 4. c. 3. v. 3. & iterum Tac. lib. 12. Ann. c. 65. v. 5. & rursus Dn. Forstn. hypomn. pol. 76. & 94. (5) *Etiam in filios paternæ dominationi adversos, & vel in populi libertatem, vel in alterius exaltationem pronos, animadvertere*, Lentul. pag. 275. adde Flor. lib. 1. c. 9. v. 5. & c. 14. vers. 2. Enenckel. de privil. inter parent. & liber. privil. 1. cap. 1. n. 6. (6) *Fœminam animo elatam, genere illustrem, gratiâ subnixam, ne nubat, aut ut nubat impari, observare*, Lentul. pag. 276. adde Spreng. Bon. princ. 6. rat. stat. & Tacit. Axiomat. lib. 1. cap. 25. Joh. Hieron. Im Hoff sing. pol. cap. 2. Anton. Perez. in iur. publ. cap. 15. pag. 34. (7) *Rumorem & sermonem de se popularem spernere*, Lentul. dict. pag. 276. adde dict. Perez. cap. 79. pag. 192. & Spreng. Tac. axiom. lib. 1. c. 6. p. 7. & c. 39. p. 161. (8) *Artium liberalium, quibus animi ad altiora evolant, exercitia subditis interdicere*, Lentul. pag. 278. adde Perez. c. 128. pag. 312. Dn. Bernegg. quæst. ex Tac. 100. Dn. Forstn. not. polit. ad Tac. lib. 1. Ann. pag. 85. (9) *Ab armorum studio ad voluptates & theatrorum ludicra deducere*, Lentul. pag. 279. adde Joh. Hier. Im Hoff sing. pol. c. 13. Spreng. Tac. axim. lib. 1. c. 28. p. 86. Ant. Perez. c. 135. p. 329. Dn. Bernegg. quæst. ex Tacit. 96. Dn. Forstn. not. pol. ad lib. 1. Ann. Tac. p. 83. & seqq. (10) *Ad populi errata plusquam justitiæ aut bonis moribus conducat, connivere; eorumque, vel dissimulando, vel iis accedendo,*

parti-

*participem fieri*, Lentul. *pag*. 280. adde Spreng. *Tac. axiom. d. lib*. 1. *cap*. 8. *p*. 8. *& c*. 13. *p*. 19. Dn. Forstn. *not. polit. ad lib*. 6. *Ann. Tacit. d. pag*. 429. *& seqq. & ad dict. lib*. 2. *Ann. p*. 124. *& seqq*. Lud. Sept. *de rat. stat. lib*. 2. *c*. 14. *& seqq*.

III. De flagitiosis quid sentiendum, præter Lentul. *pag*. 282. vide etiam Dn. Bœcl. *comm. ad Tac. lib*. 1. *Ann. c*. 5. *annot*. 1. *p*. 77. & Dn. Forstn. *not. polit. ad Tacit. l*. 3. *p*. 261. Inter flagitiosa itaq; (1. est) *Nullum Dei habere sensum, nullamvè cogniti reverentiam: nihil generosum, nihil altum concipere, mentē timore Dei divinctam, domi militiaq; miseriis conflictari, qui religionibus inserviant*, Lentul. *pag*. 284. adde Dn. Forstn. *not. polit. ad lib*. 1. *Ann. Tacit. c*. 10. *p*. 48. *p*. 67. *& seq. ad lib*. 2. *p*. 161. *& ad lib*. 3. *d. p*. 261. (2) *Seipsum pro numine colendum exhibere*, Lentul. *pag*. 288. adde Dn. Freinshem. *comm. ad Curt*. 3, 6, 17. ibi, *erga reges suos, &* 8, 5, 18. Dn. Bernegg. *quæst. miscellan. ex Tac. Germ. & Agric. quæst*. 45. (3) *Varias superstitionum formas pro dominatione inducere, & utilitate professionem religionis æstimare*, Lentul. *pag*. 290. add. Dn. Bernegg. *quæst. miscell. ex Tac*. 38. Dn. Forstn. *not. pol. ad lib*. 1. *Ann. Tac. p*. 64. *& seqq. & hypomn. pol*. 73. Septal. *de rat. stat. lib*. 2. *c*. 10. *&* 11. *lib* 5. *c*. 11. Dn. Freinshem. *Comm. ad Curt*. 4, 10, 7. (4) *Fidei & perfidiæ in pactis & fæderibus præstantiam usu discernere*, Lentul. *pag*. 292. add. Septal. *de rat. stat. l*. 2. *c*. 12. *l* 5. *c*. 12. Dn. Forstn. *not. pol. ad lib*. 2. *Ann. Tac*. 217. *& seqq*. (5) *Parentes regni æmulos, aut æmulationis insimulatos, necare*, Lentul. *pag*. 296. adde Septal. *de rat. stat. l*. 5. *c*. 14. Dn. Bœcler. *comm. ad lib*. 1. *Ann. Tac. c*. 6. *annot*. 1. *p*. 85. *& annot*. 5. *p*. 91. (6) *Sævitiâ promiscuâ, sed maximè illustrium, vastitatem facere, ne sint quos* ἀντέχνες καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐμποδίως *timeas*, Lentul. *pag*. 297. add. Dn. Forstn. *not. pol. ad lib*. 1. *Ann. Tac. p*. 99. *&c. & hypomn*. 10. *& ad l*. 2. *Ann. Tac. p*. 128. (7) *Stupris, adulteriis, incestis potentiam roborare*, Lentul. *p*. 300. add. Dn. Forstn. *not. pol. ad l*. 3. *Ann. Tac. c*. 7. *n*. 2. *p*. 231. *& seqq*. (8) *Pennas ità incidere, ut renasci nequeant, remq; omnem subditorum cum pulvisculo auferre*, Lentul. *p*. 302. add. Septal. *de rat. stat. lib*. 5. *c*. 10. *& c*. 13. Dn. Forstn. *not. pol. ad l*. 1. *Ann. Tac. p*. 101. *& seqq. & ad l*. 2. *d. pag*. 128. *& hypomn*. 65. (9) *Res imperii abalienare, & quæ sunt publici juris, è corpore abstracta, privatis donare, vel exteris divendere*. Lentul. *p*. 303. adde Perez. *in jur. publ. c*. 32. *p*. 77. (10) *Imagine juris & exercendarum legum excellentissimo cuiq; ingenio exitium struere*, Lentul. *p*. 305. add. Septal. *de rat. stat. l*. 5. *c*. 10. *&* 15. Dn. Bœcler. *annot. pol. ad l*. 1. *Hist. Tac. p*. 18. Spreng. *Tac. axiom. l*. 1. *c*. 35. Dn. Bernegg. *quæst. è Tac*. 171. Dn. Forstn. *not. pol. ad d. lib*. 1. *Ann. Tac. d. pag*. 101. *& seqq. & ad d. lib*. 2. *d. p*. 128. Tantum etiam de juribus Majestatis extraordinariis: quibus ex Cyriaci Lentuli *Augusto hactenus citato*, coronidis loco, trigam quæstionum adhuc annectere liceat. (1) *Vi ne an prudentiâ Imperium tutius habeatur? p*. 316. (2) *Augustumne Tiberius Imperatoriis conservandi status artibus superaverit? pag*. 320. (3) *Utrum enormis Tiberii simulatio moderatæ Augusti præferenda? pag*. 324.

# TITVLO QVARTO DE CAPITULATIONE IMPERATORIA.

## *Pars I. De cognatione, & differentiâ, inter Legem Regiam Romanorum & Germanorum.*

§. I.



LEgem Regiam antiquam Romanorum (de quâ *titulo proximè antecedenti* non nihil actum, & ex quâ, tanquam immoto principio, tot jura majestatis, & inter cætera Constitutionum universis ac singulis subditis promulgandarum potestas, suam habent originem) nunquam expresse revocatam aut abrogatam, sed à Germanis aliquot Imperatoribus continuatam & propagatam esse, tandemq; in ejus locum, *Capitulationem Imperatoriam* (quæ à Carpzovio *in Comment. Juridic. Historic. Politic.* Lex Regia Germanorum appellatur) tacitè & quasi per renovationem successisse, Reinkingk *lib.* 1. *de regim. secul. & eccles. class.* 2. *cap.* 2. *num.* 55. *& class.* 3. *cap.* 9. *num.* 2. docet: cui arroganter, pro more, contradicit Hippolyth. à Lapid. *in differt. de rat. stat. in Imper. Rom. Germ. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 1. *& dict. part.* 1. *cap.* 18. *n.* 1. Reinkingkio autem consentire videtur Justus Sinoldus *in collegio publico de statu Rei Romanæ disp.* 4. *th.* 1. *lit.* C. *& disp.* 1. *th.* 9. *lit.* F. ubi legimus: Legem Regiam Romanorum minimè per Capitulationem, vel Legem Regiam Germanorum, abrogatam, sed limitatam tantùm: quatenus igitur correcta expresse non inveniatur, eatenus adhuc vigere, ac hinc Imperatorem adhuc hodiè Legibus solutum: & nimis crasse à Besoldo *de jurisdict. Imper. Rom. cap.* 10. in dubium vocari, an ex jure scripto Romano de Imperatorum modernorum potestate sit ratiocinandum. Modernum esse successorem *Augusti*, vel *Cæsaris*, à quibus nomen habet, vel *Justiniani* successorem, & ità in ejusdem locum & jus successisse. Imperatorem, Leges & Jura Romanorum, quatenus correcta non sunt, confirmare, & ad illa juramento se obligare. Hinc in scholis doceri & tractari *Legem Regiam*, & alias juris publici leges: *Sunt verba Sinoldi.*

Quæ

Quæ etsi Limnæo nostro *in annotament. ad Capitulat. Imper. prolegom. sect. 8. num. 9. 11. 14. 15. & 16. & dict. prolegom. sect. 3. num. 17.* non arrideant, neq; ad Aliorum etiam indifferenter gustum sint; causa tamen impulsiva sunt *Titulo huic quarto & Capitulatione Imperatoriâ*, ut *præcedentis tertii de antiquâ Lege Regiâ*, vestigiis insistat, cùm præsertim Ipse etiam Dn. Limnæus *lib. 1. de jur. publ. c. 12. n. 40. & seqq.* Legem Regiam antiquam Romanorum, & modernam, arctissimè annectat, & *uno eodemq; capite* conglutinet, insuperq; juxta Carpzovii *in dict. comment. de Leg. Reg. German.* authoritatem, hæc duæ LL. idem ferè nomen reportent, & aliàs magnam etiam cognationem invicem habeant, ut §. *mox seq.* apparebit.

§. 2.

Consistit autem ea potissimùm cognatio (1) In nomine Legis fundamentalis generali. Quemadmodum omnes ferè gentes ad conservationem suorum Regnorum leges quasdam posuerunt certas & immotas, quas fundamentales appellitant, ità dictas, quod his, ceu fundamentis Regna & Imperia innitantur, per eas consistant, floreant, vigeant, Reinkingk *lib. 2. de regim. secul. & eccles. claß. 2. c. 6. per tot.* Dn. Limn. *lib. 1. de jur. publ. c. 11. n. 1. annot. ad Capitul. Imper. prolegom. sect. 9. per tot.* Dn. Carpzov. *Comment. de L. Reg. Germ. c. 1. sect. 3. num. 2. & 26. & sect. 4. n. 9. & sect. 9. pr.* Ità S. P. Q. R. tempore *Augusti Legem Regiam* (quæ *Lex Imperii, Lex Augusti*, item *Lex magna & fundamentalis* dicebatur) constituit, de quâ lege fundamentali *tit. 3. præced.* Eodem modo *Capitulatio Imperatoria* ab omnibus hodiè, maximè autem à Reinkingk. Limn. & Carpzov. locis *paulò ante* citatis, *Lex fundamentalis*: imò à Carpz. *dict. c. 1. sect. 4. num. 2.* inter Leges fundamentales saluberrima dicitur. (2) In nomine Legis Regiæ speciali: adeò, ut Carpzov. *dict. c. 1. sect. 4. num. 3.* Capitulationem Cæsaream sive Imperatoriam: *quòd sit Lex Regia vel Lex Imperii, quâ Regimenta Populi in Imperatorem designatum transferuntur, certis conditionibus sive Capitulis*: definire minimè dubitârit: Dn. Limn. *annot. ad Capitul. prolegom sect. n. 35. & lib. 1. jur. publ. c. 12. num. 13.* Quæ definitio cùm Legis Regiæ antiquæ definitione, quam *suprà titulo tertio* dedimus, secundum quid convenit, eandemq; (circa institutam comparationem utriusq; legis) mentem fuisse Dn. Carpzov. *seqq. numeri in dict. c. 1. sect. 4. ut num. 7. & 8.* testântur. (3) In crebris mutationibus: Sicut enim Lex Regia Romanorum ab initio brevis, perspicua & rotunda fuisse præsumitur, pòst autem in quolibet ferè Cæsare renovari, mutari, & amplificari solita, ut *titulo superiori* audivimus, atq; ex Dn. Limnæi *lib. 1. de jur. publ. dict. c. 12. num. 54.* & Reinkingkii *lib. 1. de regim. secul. & eccles. claß. 3. dict. c. 9. n. 2.* constat: ità etiam olim Capitulationis Imperatorum Germanorum pauci fuêre

fuère articuli, hodiè multi, & plures tandem futuri, docente iterùm Limn. nostro *in annot. ad Capitul. Imper. prolegom. sect. 6. num. 1. & 2.* Tempus incrementi, quando unus vel alter articulorum prioribus additus, & quâ de causâ fuerit, si ab ætate Caroli V. ejusq; Capitulatione incipiatur, non admodum obscurum est, Limn. *dict. sect. 6 num. 4.* Causam verò hujus incrementi, præter Dn. Limn. *dict. sect. 6. num. 6. & lib. 1. jur. publ. c. 12. num. 1.* etiam Dn. Carpzov. *dict. Comment. de Leg. Reg. Germ. c. 1. sect. 3. num. 1.* indicat: quas tamen mutationes inutiles esse anno 1648. deprehensum fuit, in conventu Monasteriensi & Osnabrugensi (ubi de pace reducendâ consultatum) ut tandem placuerit, in proximis Comitiis de certâ constantiq; Cæsareâ Capitulatione concipiendâ, communi Statuum consensu agi & statui debere, vid. *Instrument. Pacis Cæsareo-Suecicæ, artic. 8. §. habeantur*; quod verò insecutis *anno* 1654. posteà Comitiis minimè effectum est, *Recess. Imper.* 1654. §. 186. Wenn aber bey erstgemeldter *Ordinari Deputation*, ibi: Darunter auch die Wahl *Capitulation* nach Inhalt deß *Instrumenti Pacis &c.* Nam, etsi ante hæc Comitia, atq; ità etiam ante electionem FERDINANDI IV. Regis Romanorum gloriosissimæ memoriæ, *anno* 1653. Principes & Status Imperii, ut vigore *dicti Instrumenti Pacis* certa constansq; Capitulatio Communi Statuum consensu, ante omnia conciperetur, maximè urgerent; nihil tamen à Collegio Electorali impetrare potuerunt: quippe hoc solum, exclusis cæteris Collegiis, non tantùm Divi FERDINANDI IV. *Capitulationem*, sed etiam post ejus & Patris ipsius Divi FERDINANDI III. Imperatoris gloriosissimæ itidem memoriæ, insecutam mortem (cum interim Principes & Status 17. 27. *Aprilis* 1658. *Monita communia & particularia*, ad *Capitulationem* futuram, Electori Moguntino exhiberent, quæ extant in ità nominati Eitel Friderichs von Herden &c. Grundfeste deß Heiligen Römischen Reichs Teutscher Nation/ auf dem 8. Articul deß Osnabrückischen Friedenschlusses/ *part. 3. cap. 3. pag. 208. & seqq.* atq; *infrà* §. 7. *hoc tit.* in gratiam avidi lectoris inserta sunt) Divi LEOPOLDI invictissimi, modò Imperatoris nostri *Capitulationem* pro lubitu concipiendam & & perficiendam curarunt. Quare Principes & Status Imperii cum sua *monita* semel iterumq; negligi & contemni viderent, d. 8. Augusti, anno 1658. Directorio Electorali Moguntino sequentem *protestationem & contradictionem* (quæ apud Autorem *dicti Scripti*, Grundfeste deß H. Röm. Reichs/ *&c. dict. part. 3. cap. 3. pag. 256. & seqq.* in vernacula legitur lingua) exhibere coacti sunt.

P. P. Wie und welcher gestalt die jüngste Keyserl. Capitulation eingerichtet worden/ davon ist uns von dem ChurMeintzischen Reichs-Directorio Communication beschehen/ haben uns auch nunmehr

mehr in der gedruckten/welche gleichwol nicht ohne befrembdung mit der von dem Directorio communicirten in einigem Hauptstück discrepant befunden worden/ersehen. Wann wir nun die im Namen unserer gnädigst- und gnädigen Principalen/ auch Committenten, ad Capitulationem übergebene Monita dargegen halten/ so befindet sich / daß der mehrer theil / bevorab von denen in die Jura Principum & Statuum miteinlauffenden/ e. g. die Jura ferendarum vel interpretandarum Legum, alienandorum bonorum Imperii, Pacis & Belli, Delectus, Fœderum, Declarationis in bannum, und viel andere gar nicht attendirt, etliche intervertirt, und das Contrarium der Capitulation einverleibt/ auch wol etliche neue/ denen Fürsten und Ständen höchst præjudicirliche passus mit eingerückt worden. Dieweiln dann sothane Verfahrung denen Reichs-Constitutionibus, in specie aber dem Instrumento Pacis, und der Billigkeit selbst directè zu wider läufft/ auch besorglich dergestalten/ daß unter Chur- Fürsten und Ständen deß Reichs so hoch nothwendige teutsche Vertrauen leichtlich einen Anstoß leiden müste/ Als hätte man sich billig dergleichen Hindansetzung obgedachter Monitorum nicht versehen/ und müsten wir es zwar unsers theils vor dißmahl an seinen Ort gestellt sein lassen/ in allewege aber unsern gnädigst- und gnädigen Fürsten und Herren Principalen/ auch Committenten, gebührend hinterbringen/ gestalten dann denenselben fernere Nothdurfft/ sampt dero Recht und Gerechtigkeiten außtrücklich vorbehalten/ inmittelst an statt ihrer nichts verfängliches eingeräumet/ obgemeldter præterition, und was sonsten durch einigen neuen beschwerlichen Zusatz Fürsten und Ständen zu præjudiz in ermeldte Capitulation mit einkommen/ hiermit bester massen contradicirt, und darwider auffs zierlichste protestirt, viel weniger was disseitigen Monitis zugegen eingetragen / weder expresse noch tacitè approbirt, noch die Keyserl. Capitulation, in so weit dieselbe mit mehrermeldten Monitis nicht einstimmet/ oder dem Innhalt deß Instrumenti Pacis ungemäß ist/ pro Lege publicâ gehalten/ auch zu dem ende diese Reservation- und Protestation Schrifft ad Acta Imperii zu reponiren begehrt haben wollen. Welchem nach an seiten ob- höchst- und hochgedachter unserer gnädigst- und gnädigen Herren Principalen/ auch Committenten, der zuversichtlichen billigen Hoffnung gelebt wird/ man werde sie wider die wohl fundirte Monita und Jura zu graviren nicht gemeint seyn/ gestalten sie auch dergleichen keines wegs nachgeben werden/ thun auch weniger nicht die Nothdurfft ratione

Capitulationis perpetuæ auff schierkünfftigen Reichs-Tag in optimâ formâ vorbehalten / und das unter dato 27. Julii nechsthin der Keyserl. Wahl-Capitulation angehängte also genannte Chur-Fürstl. Decretum, als welches in effectu in die interpretation der güldenen Bull / so dem Churfürstl. Collegio allein nicht gebührt / noch dahero Fürsten und Stände demselben einräumen können / mit einläufft / contradiciren, und gleicher gestalt darwider geziemende Nothdurfft reserviren. Signatum Franckfurt / den 8. Augusti, 1658.

Ex quâ solennissimâ Principum & Statuum Imperii protestatione, præter cætera, eclarescit, quantâ curâ & sollicitudine constantem, certam, immutabilem & perpetuam Capitulationem Imperatorum desiderent & expectent. (4) Legis Regiæ, tàm hodiernæ quàm veteris, comparatio, in necessariâ juramenti præstatione consistit. Ut in veteri quidem Republicâ Romanorum, ex potestate Cæsarum jam tùm certis limitibus constrictâ, conjicere licet, juramento *Augustum*, quod hâc de re præstitit, obstringere seipsum voluisse, Sueton. *in vitâ Augusti, cap.28. num.3. Tiberiumq;* idem fecisse, Suet. *in Tib. cap.29.* Sicut etiam *Trajanus* juravit, & domum ac caput suum, aliter si faceret, Deorum iræ consecravit. Unde Plinius: *Vota pro Imperio nostro,* (inquit *in Trajan. 67.4.*) *in quæ sint verba suscepta, operæ pretium est annotare*: Si benè Rempublicam & ex utilitate omnium rexeris: *digna vota, quæ semper suscipiantur, semperq; solvantur. Egit cum Diis, ipso te auctore, Cæsar, Respublica, ut te sospitem, incolumemq; præstarent, si tu cæteros præstitisses: si contrà, illi quoq; à custodiâ tui corporis oculos dimoverent.* & cap.68 seq. num.1. *nam cum excipias, ut ità demum te Dii servent,* si benè Rempublicam & ex utilitate omnium rexeris, *certus es, te benè Rempublicam gerere, cùm servent.* Quèmadmodum porrò Imperator Anastasius, antequam coronaretur, jurejurando inter alia promisisse, se, dum imperaret, nullum novum dogma in Ecclesiam introducturum, sed decreta Concilii Chalcedonensis rata habiturum, legitur apud Autores à Reinkingkio *lib. 1. de regim. secul. & eccles. class.3. cap.9. num.7.* allegatos. Ut, inquam, in veteri Romanorum Republica, Cæsares in L. Regiam antiquam (cujus finis non vaga licentia, juxta ea, quæ *suprà titt.2. & 3.* traduntur, sed bonum publicum erat, Lips. *in monit. polit. lib.2. cap.7.*) consenserunt ac juraverunt: Ità electis Imperatoribus hodiè in Republicâ Germanorum, haud priùs administratio Imperii confertur, quàm in conditiones *Capitulationis*, seu Legis Regiæ Germanorum, præscriptas consenserint ac juraverint: Juramentum enim, *Capitulationis Cæsareæ* formam esse, tradit Dn. Limn. *in annot. ad Capitul. dict. prolegom. sect.7. num.6.7 8.9. & 15.* ubi dicitur; juramentum, quod præstat electus

electus in ſibi præſcripta capita, perfectionem electionis concernere. Supereſt (5) & ultimò, cognatio quædam inter has duas Leges ratione nationis. Ut enim olim S. P. Q. R. per Legem Regiam *Octaviano Auguſto* & in *Octavianum Auguſtum* omne imperium ſuum & poteſtatem transtulit: Sic Italiæ Proceres *Anno Chriſti* 801. *Carolo Magno* per L. Regiam idem conceſſêre, Eginhard. *in vit. Caroli M. pag.* 114. Joh. Joach. Frantz. in *hiſtor. Caroli Magni cap.* 83. Molin. *in conſuetud. Pariſienſ. tit.* 1. verb. *de fiefs. num.* 37. & 55. Qui paulò antè, prælio facto, *Deſiderium* Regem cepit, Longobardosque prorſus ex Italiâ ejecit, Volaterr. *lib.* 3. *de vit. Imp.* Eginhard. *in vit. Caroli M. pag.* 100. Sigon. *lib* 3. *de regn. Italiæ, in vit. Deſiderii.* Joh. Joach. Frantzius *in hiſtor. Caroli M. cap.* 25. Quantam igitur vim & efficaciam Regia Lex antiqua ab *Auguſto* ad *Carolum Magnum*, atq; ità apud Cæſares Romanos, habuit; tantam & non minorem à *Carolo Magno*, ad quamplurimos Succeſſores usq; in Republicâ Romano Germanicâ, retinuiſſe traditur è Dn. Carpzovio, qui *dict. Comment. ad L. Reg. Germ. cap.* 1. *ſect.* 8. *num.* 36. & 37. tantum abeſſe ſcribit, Legem Regiam, & poteſtatem ſummam ac plenariam Imperatoribus tributam, in perſonâ *Caroli M.* fuiſſe imminutam, ut Populus Roman. etiam omne jus ſuum & abſolutam poteſtatem, in ipſum transtulerit, Aventin. *lib.* 4. *Annal.* Lup. de Babenb. *de Jure Imper. cap.* 1. & *ſeqq.* & *cap.* 12. Et quis ipſi certas conditiones & articulos, quibus in adminiſtratione Reipublicæ obſtrictus fuiſſet, præſcribere aut voluiſſet aut potuiſſet, cùm hic ab initio ante Populi confirmationem & Leonis Pontificis declarationem ac coronationem Jus iſtud Regium in Imperio Germanorum bello obtinuerit, & ut proprium ac hereditarium habuerit, Carol. Sigon. *de Regn. Ital. lib.* 4. *in vit. Caroli M.* Cruſ. *in Annal. Suevor. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. Heig. *p.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 58. Unde & Succeſſores poſteà in Imperio ſibi conſtituit, deq; eo ut de re propria diſpoſuit, eodemq; jure, ſcil. hereditario, *Ludovicus Pius* Imperium ad Poſteros transtulit. In cujus rei meliorem fidem Senatus-Conſultum Romanum de Lege Regia, qua à Papa, Senatu, Populoque Romano *Anno Chriſti*, 774. Jus omne & poteſtas *Carolo Magno* & *in eum* confertur: itemq; de electione Romani Pontificis, & inveſtituris Epiſcoporum, &c. hîc producere placuit, prout illud extat & legitur apud Goldaſt. *tom.* 1. *Conſtitut. Imper. Conſtit.* 52. *pag.* 16. & 17. ſequenti tenore:

I. *Romæ conſtituta eſt ſancta Synodus à beato Adriano Papa in Patriarchio Lateranenſi, videlicet in Eccleſiâ ſancti Salvatoris, quæ reverendiſſimè celebrata eſt à centum & quinquaginta tribus viris religioſis, Epiſcopis & Abbatibus, Judicibus etiam & Legis Doctoribus, ab univerſis regionibus & ordinibus hujus almæ Urbis, à*

*cuncto etiam Clero hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ: exquirentibus usus, leges, & mores ejusdem Ecclesiæ & Imperii: quemadmodum etiam hæreses & seditiones aboleri possent de Apostolicâ Sede & dignitate Patriciatus & Romano Imperio, ex quibus omnibus nimius error crescebat in universo orbe. Populus itaq; Romanus Legem condebat more solito. Sed difficile erat pro unoquoq; negotio toties in unum congregari: unde sua in jus & potestatem Imperatori concesserunt, quemadmodum legitur. Populus itaq; Romanus concessit ei, & in eum transtulit omne jus suum & potestatem.*

II. *Ad eorum quoq; exemplum præfatus Adrianus Papa cum omni Clero & Populo, ac universa sanctâ Synodo, concessit CAROLO Augusto omne suum jus & potestatem eligendi summum Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem, dignitatemq; Patriciatus: insuper Archiepiscopos & Episcopos per singulas provincias ab eo accipere investituras diffinivit. Post hoc verò consecrationem accipiant, unde pertinent. Unde tamen abolita sit veterum scientia, moresq; in posterum, quatenus nemo per cognationem, vel amicitiam, aut per pecuniarum acceptionem, sibi eligat Episcopum: sed soli Regi Romanorum hujusmodi reverentiæ tribuatur facultas. Verumtamen si ab universo Clero & cuncto Populo aliquâ præsumptione & religionis causâ eligatur Episcopus, nisi à Rege laudetur & investiatur, à nemine consecrator.*

III. *Ex hoc prolatis sententiis ab universis, qui in hac sanctâ Synodo congregati fuerunt, in nomine Sanctæ Trinitatis, ADRIANUS Papa pro omnibus hoc concessit, laudavit, & affirmando constituit. Ad hoc etiam totum roborandum decrevit, ut si quis post hæc contra hanc sanctam Synodum temerator repertus fuerit, sive contra hoc totum, quod prædiximus, repugnaverit, cujuscunq; sit gradus, ordinis, vel officii, aut dignitatis, vel generis, sciat se in tram beati Petri Principis Apostolorum & omnium Sanctorum, & prædecessorum nostrorum, casurum, & anathematis vinculo damnatum, perpetualiter victurum, excommunicationem quoq; universalis Ecclesiæ & cuncti Populi Christiani incursurum. Insuper, nisi à malo resipuerit,*

*puerit, irrevocabili exilio prematur, vel ultimis suppliciis feriatur, & bona ejus publicentur. Qui verò pio intuitu custos horum & observator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam vitamq; æternam à Deo cum omnibus Sanctis suis sine fine habere mereatur in secula seculorum, Amen.*

Talem ergò cognationem habent Lex Regia Romanorum, & Lex Regia Germanorum, quoad utramq; nationem: id quod à *Carolo M.* Germanorum Imperatorum Primo, non solùm ad id tempus, quo Imperium Romano-Germanicum successivum esse desiit, quod factum stirpe Carolina in *Ludovico Arnolphi* filio extincta; sed etiam ad ulteriora tempora, quibus jure electionis Germanorum Augusti Imperium adepti sunt, verum esse deprehenditur, attestante iterum Goldasto *tom.* 1. *Constitut.*101. *pag.*221. ubi Senatus-Consultum Romanum de Lege Regia, qua *anno Christi* 964. à Papa, Senatu Populoq; Romano jus omne & potestas *Ottoni I.* Imperatori & *in eum* confertur: itemq; de electione Romani Pontificis, & investituris Episcoporum &c. exhibet, quod *ibidem* legi potest. Similiter apud eundem Goldastum *dict. tom.*1. *Constitut.*116. *pag.* 231. iterum tale extat Senatus-Consultum Romanum de Lege Regia, qua *anno Christi* 1040. à Papa, Senatu Populoq; Romano jus omne & potestas HENRICO III. Imperatori & *in eum* collata est. &c.

## §. 3.

Præter tamen hasce cognationes, differentias quoq; veteris & nostræ Legis Regiæ non minùs ponderosas ac memorabiles reperiri, cum Carpzov. *comment. ad Leg. Reg. German. cap.*1. *sect.*14. *num.*6. & Limnæo nostro *de jur. publ. dict. lib.*1. *dict. cap.*12. *n. fin.* fateri nos oportet. Differunt enim (1) Autoribus: Veteris fuit Populus, *supr. tit.*3. Recentis sunt Electores: & quidem septem tantùm, Bohemi enim hic nullæ sunt partes, Dn. Limn. *annot. ad Capitul. prolegom. sect.*4. *num.* 3. *& tom.* 2. *addit. ad jur. publ. lib.*3. *c.*8. *n.*21. Præterea nec cæteri Imperii Status ad examen Capitulationis hactenus vocari consueverunt, sed Electorum officio hoc adhærere vidimus, quasi appendicem juris eligendi. Mirantur nonnulli hanc Statuum conniventiam, & quòd rem tantæ consequentiæ, vel omninò nunquam, vel non nisi serò, & demùm post mortem Imper. RUDOLPHI II. ac ne tunc quidem gnava diligentia, nec collegialiter, ad animum revocaverint, Londorp. *tom.* 2. *actor. publ. lib.* 3. *tract.* 2. *pag.* 639. Limn. *dict. sect.* 4. *num.* 4. Quid de certa Capitulatione communi Statuum consensu concipienda, Pace Cæsareo-

Suecica, *Instrum. Pac. art.* 8. §. *habeantur, & Receß. Imp.* 1654. §. 186. Wann aber bey erstgemeldter *Ordinari-Deputation*, ibi: Darunter auch die Wahl-*Capitulation* nach Innhalt deß *Instrumenti Pacis, &c.* statutum; & quomodo Principes & Status Imperii contra Electorum attentata, quòd Instrumentum Pacis hac in parte neglexerint, protestarentur & contradicerent, *suprà* §. 2. *num.* 3. ostensum est. (2) Differunt, conceptione verborum. Vetus affirmativè concepta, ut liceat: Novella potissimùm negativè, ne liceat. Unde (3) exurgit: Veterem, potestatem liberiùs dedisse, novam, potestatem strictius dare, atq; antiquitùs datam coarctare: quod inter alia vel solum primum, de fœderibus faciundis, caput clarè demonstrat, & differentiam inter potestatem nostri, veterumq; Imperatorum, satis innuit, Carpz. *dict. Comment. ad Leg. Reg. German. cap.* 6. Limn. *annotam. ad artic.* 7. *Capitul. Caroli V.* ibi: keine Bündnuß oder Einigung machen/ *num.* 1. *& seqq.* Hippol. à Lap. *de rat. stat. in Imp. Rom. Germ. part.* 1. *cap.* 9. (4) Olim in repetitione Legis Regiæ potestas quandoq; excendebatur, *suprà tit.* 3. hodiè potissimùm contrahitur.

## *Pars* II. *generalia quædam de Capitulatione Imperatoriâ continens.*

### §. 4.

Antequàm ad *Capitulationis Cæsareæ* definitionem, causam efficientem, subjectum CUI, materiam, formam, & finem (veluti in quibus generalia consistunt) deveniamus; quædam de origine, & *an salvâ Majestatis essentiâ Summus Princeps in ejusmodi Capitulationes jurare queat?* præmittere placet. De origine (1) Hordlederus aqud *Goldast. Polit. Imperial. part.* 12. *discurs.* 2. *pag.* 612. neminem, ait, esse, qui hoc doceat; videri tamen sibi, hoc colligi posse ex *Brunone Saxone*; sub turbulento *Henrici IV.* Imperio, natam eam primùm, deinde tractu temporis magis magisq; auctam, increscente præsertim sub *Carolo IV.* dignitate Electoria, quoad in eam, quæ hodiè in usu est, amplitudinem excreverit, Dn. Limn. *lib.* 1 *jur. publ. cap.* 12. *num* 15. *& annotam. ad Capitul. prolegom. sect.* 3. *num.* 1. Carpzov. *Comment. ad Leg. Reg. Germ. cap.* 1. *sect.* 8. *num.* 49. *& seqq.* HENRICUS enim IV. adolescentiæ libertate, cùm venationi & luxui operam dare, Principes alios contemnere, Nobiles opprimere, ignobiles efferre, filias illustrium obscurioribus conjugare, præsidia, non iis, quibus debuit, committere, & omnia licentiùs agere cœperat; omnium inde in se traxit odia, ita ut pleriq; Principes eum Regno privare studerent, pleriq; vita, pleriq; apud summum Pontificem maximis

accu-

accusationibus & gravissimis querelis onerarent, ac de Simoniaca pravitate redarguerent, Cuspin. *in vit. Henric. IV.* Unde cum Ordines Imperii in Comitiis Forcheimensibus *anno* 1077. propter immanem ejus truculentiam ipsum deponere Imperio ac novum Imperatorem, certis quibusdam conditionibus præscriptis creare volebant, & Legatus Pontificius, qui fortè tunc ibi aderat, contradicere, eumq; creandi modum & omninò novum & insolitum oppugnare cæperat, non obstante ista Legati contradictione, causæ quædam, quas, quòd injustæ viguerant, deberet emendare, specialiter exceptæ fuerunt: *Una*, ut Episcopatus nec prece nec pretio corruptus daret, sed ut Ecclesiis electionem liberam permitteret: *Altera*, ut eligendi Cæsaris potestatem ordinibus concedens, dignitatem Imperii minimè faceret hereditariam, Bruno *in histor. bell. Saxonic. in histor. veterib. Marq. Freher. tom.* 1. *fol.* 134. Unde, salva aliorum opinione, quæ apud prædictos Autores legitur, conjicimus, tempore *Henrici IV. Capitulationis Imperatoriæ* natalem fuisse, cùm præsertim, ut *paulò supra* dictum, ejus Antecessor *Henricus III.* mentione *Legis Regiæ* antiquæ, nondum mutatæ, Imperium adeptus fuerit. Prout tamen hæc sese habeant, nihilominus tamen cum Domino Limnæo statuimus, aliud originem, aliud incrementum Capitulationis esse, ità tamen, ut de omnibus membris, articulis & capitulis, quo tempore adjecta fuerint, non constet, cum ea, quæ paulatim irrepere solent, vix unquam percipiantur, nec nisi conversione secuta sentiantur, Bodinus *lib.* 2. *de Republ. cap.* 6. Franc. Connanus *lib.* 1. *comment. c. pag.* 10. *num.* 5. Wesemb. *parat. tit. de legib. num* 9. Tempus incrementi, quando unus vel alter articulorum prioribus additus, & qua de causa fuerit, si ab ætate *Caroli V.* ejusq; *Capitulatione* incipiatur, non admodum obscurum est. Ut plurimùm verò anterioribus *Capitulationibus* novos articulos additos deprehendimus, rarò autem semel præscriptos posteà omissos fuisse. Dn. Limn. *annotam. ad Capitul. prolegom. sect.* 6. *num.* 4. *&* 5. Sequitur (2) quæstio, *an salvâ majestatis essentiâ Summus Princeps in ejusmodi Capitulationes jurare queat?* Quamvis istæ Capitulationis pactiones, quibus immensæ potestatis jura coarctantur, majestatem Principis non evacuent aut absorbeant, pertinent enim ejusmodi pactiones ad salutem Imperii, ex qua ipsius Imperatoris autoritas, salus & felicitas dependet, multò minùs per juramentum servandarum harum pactionum gratia interpositum, aliquid detrahitur majestati Principis, Reinkingk, *lib.* 1. *de reg. secul. & eccles. class.* 3. *cap.* 9. *num.* 8. 9. 10. 39. Dn. Limn. *lib.* 1. *de jur. publ. cap.* 12. *num* 36. 37. 38. *& annotam. ad Capitulat. Imperat. prolegom. sect.* 2. *& sect.* 8. *num.* 22. *& seqq.* Hug. Grot. *de jur. bell. & pac lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 16. Besold. *in thesaur. pract* & Speidel. *in specul. jurid.* verb. *Capitulation.* Carpzov. *dict. Commentar. ad Leg. Reg. German. cap.* 1. *sect.* 10. *& cap.* 12. *per tot.* *Legi* tamen

*Regiæ*

*Regiæ Germanorum*, ſive *Capitulationi Cæſareæ*, ceu fundamento innititur Majeſtas Imperii realis, Carpzov. *dict. Comment. ad Leg. R. Germ. dict. cap.1. ſect.10. n.3. ſect.11. & ſect.14. & cap.13. ſect.1. n.11. & ſeqq. & diſcuß. voti Septemviral. Alberti Electoris Moguntini, pro Carolo Auſtriaco Rege Hiſp.* à Joh. Sleidano *lib.1. Commentar. pag.12. & ſeq.* conſignati, inter diſputat. hiſtoric. Polit. jur. 3. *dogmat.* 4. Dn. Limn. *annotam. ad Capitul. Imper. proleg. d. ſect.8. n 1. & ult.* Ex quâ, alia quæſtio, ſatis ponderoſa, & perplexa, imprimis inter Theodor. Reinking. *lib.1. de regim. ſecul. & eccleſ. claß.5. cap.9.* & Limn. noſtrum *dict. lib.1. de jur. publ. cap.12. num.20. & ſeqq.* multùm agitata, pullulat: *An*, ſcilicet, *Imperium Imperatore majus ſit?* Ille equidem partes Imperatoris tuetur: Hic pro Imperio militat. Utriusq; opinio Aſſeclis haud deſtituitur. In Dn. Limn. caſtris deſudat perſonatus ille Hippol. à Lap. *diſſert. de rat. ſtat. Imper. Rom. Germ. part.1. cap.3. ſect.2. & 3.* adde Nicol. Betſium *de pact. famil. illuſtr. cap.3. pag.42.* Dn. Reink. rationes & fundamenta ſequuntur Timoth. Stiler. *in ſuâ inaugurali, de jure majeſtatis, Argentorati anno 1653. habitâ, th.16. & ſeqq.* & Joh. Henr. Stamler. *in acroamate de reſervatis Imperatoris Rom. Germ. §.12. num.1. & ſeqq.* Non autem Stilerus ſolùm à Dn. Limn. *tom.5. addit. ad jus publ. lib.1. cap.12. num.19. pag.173.* ſed etiam Stamlerus, *dict. tom.5. addit. dict. lib.1. c.12. n.27. pag.278.* acriter refutantur: quorum fundamenta ad regulas politicæ veritatis revocare ſuperſedemus, Dn. Carpzov. ſolummodò aſſertum adducentes, qui *diſputat. feudal. 9. quæſt.5.* utriusq; tàm Dn. Limnæi, quàm Dn. Reinkingii opinionem ſuſtineri poſſe opinatur, ſi, quid per Imperium intelligatur, probè penſitaverimus, duplici enim id accipitur ſenſu: *proprio*, quatenus denotat Imperatorem cum univerſis Imperii Proceribus, ſeu totum Imperii corpus, quod conſtat capite Imperatore, ac membris ſuis, Statibus Imperii, *A. B. tit. 2.* §. Ich N. Ertzbiſchoff. *Receß. Imper. de anno* 1530. §. Dergleichen wir. Item *de anno* 1541. *in princ. de anno* 1546. §. Dieweil aber. *circa fin. de anno* 1523. §. Und fürder. quo ſenſu auctoritatem Imperii h.e. Imperatoris & Procerum conjunctim accepti, majorem eſſe, quàm ſolius Imperatoris, largitur, nec abnuit ipſe Reinkingius *dict. cap.9. num.16.* *Abuſivo* autem *ſenſu*, ſi per Imperium duntaxat Proceres ac Status quis intellectos velit, Limnæo pariter & Autori *de ratione Status Imperii Romano-Germanici*, expreſsè contradicit: quis enim caput præſtantius haud dixerit membris? Talis eſt conciliatio Carpzoviana: quam tamen Dn. Limn. *dict. tom.5. addit. ad jus publ. lib.1. cap.12. num.20. pag.201.* ideò rejicit, quòd corpus naturale & myſticum non per omnia ſint æqualia, corporis naturalis quidem caput cæteris membris præſtantius aſſerens, capitis verò myſtici vel politici aliam eſſe rationem, eo enim avulſo ſupereſſe in vigore corpus. Nobis quid animi ſit ut aperiamus; ſalvâ Dn. Limn. autoritate, conciliationem Dn. Carpzovii appro-

approbamus, & capite corporis mystici demto, h. e. Imperatore, qui respectu singulorum membrorum primas tenet partes, mortuo, reliquum corpus non in totali vigore superesse opinamur, Autoremq; prædictũ *in dissert. de rat. stat. Imper. Rom Germ. d. part. 1. c. 3. sect. 2. & 3.* ipsum universitatis corpus cum singulis membris miserè confundere putamus, ut Carpz. *dict. diss. feud. 9. quæst. 5.* verbis posterioribus de statu Imperii ad Monarchiam inclinante, docet, & nos *infrà tit.* 13. latiùs explicatum dabimus.

§. 5.

Hisce ità præmissis, *Definitio*, ante omnia, succedit, de quâ cùm §. 2. *num. 2. suprà* egerimus, insuperq; ea apud Reinkingium *lib. 1. de reg. secul. & eccles. class. 3. cap. 9. num. 2.* Dn. Limn. *lib. 1. de jur. publ. cap. 12. n. 13. & annot. ad Capitul. prolegom. sect. 1. num. 35. 36. & 37.* & Carpzov. *Comment. ad Leg. Reg. German. cap. 1. sect. 4. num. 3.* inveniatur, plura hisce connectere animus non est. De *causâ efficiente* secundò similiter §. 2. *num. 3. & §. 3. num. 1. suprà* aliquid actum: adde Dn. Limn. *annotament. ad Capitulat. d. prolegom. sect. 4.* ideoq; cramben bis coctam apponere non placet. *Subjectum cui*, iterum Dn. Limn. *annotam. ad Capitulat. dict. prolegom. sect. 5.* exponit, ubi nimirum tradit, *Capitulationem* electo Regi Romanorum ante coronationem præscribi, *Ferdinando* autem *I.* nullam præscriptam fuisse, quando *Carolo V.* vivente Rex Romanorum factus, præscriptam verò *Maximiliano II. Rudolpho II.* & *Ferdinando III.* tenore paulùm ab Imperatoriâ discrepante: Quibus autem nomen Regis Romanorum attribuatur, Idem Limnæus *lib. 2. de jur. publ. cap. 15. num. 1. & seqq. & annotam. ad Capit. Carol. V. proœm.* ibi: Römischer König. *pag. 51. & seqq.* Reinking. *lib. 1. de reg. sec. & eccles. class. 3. cap. 14.* Carpzov. *Commentar. ad L. Reg. Germ. cap. 11.* aliiq; docent, adde *infrà tit. 8.* ad quos *Lectores* remittimus. Sequitur *Materia*, quæ in variis Capitulationum articulis consistit. Primis & illis temporibus, ubi absolutæ potestatis appetitus vel nondum adoleverat, vel nondum publica specimina copiosè dederat, *Capitulatio* apud nostrates, vel juramentum, quod præstare solebant Reges, paucis constabat articulis: posteà verò paulatim illis alii additi, & his superadditi alii, eo numero, ut hodiè quinquagesimum uno articulo superari videamus. Tempus incrementi, quando unus vel alter articulorum prioribus additus, & quâ de causâ fuerit, si ab ætate *Caroli V.* ejusq; *Capitulatione* incipiatur, non admodum obscurum esse: ut plurimùm verò anterioribus *Capitulationibus* novos articulos additos deprehendi, raro autem semel præscriptos posteà omissos fuisse, nisi specialis ratio id fieri jusserit, *suprà §. 4. num. 1.* ex Dn. Limn. *annotam. ad Capitul. Imper. proleg. dict. sect. 6.* audivimus. Exemplo est, quod *Carolo V. (artic. 30.)* præscriptum fuit, ut

quamprimùm ex Hiſpania ſe in Germaniam conferret. Illud enim in ſubſequentibus *Capitulationibus* rectè omiſſum, cùm electi jam tum in Germaniâ conſiſterent: adde plura *dict. ſect.* 6. *Forma Capitulationis* conſiſtit in præſcriptione, quæ fit à parte Electorum, ut *ſuprà* dictum, & in acceptatione ac promiſſione juratâ electi Regis Romanorum: eſt enim pactum δύπλευρον, ſeu contrahentium placitum, quod conſenſum mutuum requirit, & utrinque obligationem producit, ut verba illa, geding- und pactsweiß / vereiniget / vertragen / angenommen / bewilliget und zugeſaget / leguntur, clarè indicant. Itaq; deficiente vel Electorum præſcripto, vel promiſſione electi, nulla erit *Capitulatio*, Dn. Limn. *annotam. ad Capitul prolegom. ſect.* 7. *num.* 1. & 2. Juramentum, quod præſtat electus in ſibi præſcripta capita, perfectionem electionis concernit: Circa quod Dn. Limn. *dict. ſect.* 7. *num.* 16. & *ſeqq.* octo ſingularia annotavit & exhibuit, ad quæ Lectorem remittimus. Juramentum autem iſtud intelligitur ſub clauſula, *rebus in eodem ſtatu permanentibus*: ideoq; ex cauſa de novo ſuperveniente etiam à jurejurando citra crimen perjurii recedere licet, Reinking. *lib.* 1. *de reg. ſecul. & eccleſ. claſſ.* 3. *c.* 9. *num.* 71. & 72. Præterea notabile eſt Baldi dictum ad *l.* 3 *Cod. ex quib. cauſ. infam. irrog.* quod ſcilicet Magiſtratuum juramenta non ſint præciſa, ſed ſecundùm æquitatem temperanda, quod refert & ſequitur Sichard. *ad dict. l.* 3. *num.* 12. ubi hoc dictum magnoperè eſſe notandum in tota vita aſſerit: vide tamen ea, quæ Dn. Limn. *proleg. ad Capit. Imper. ſect.* 8. *num.* 52. & Carpzov. *Comment. ad L. Reg. Germ. cap.* 1. *num.* 13 habent. *Finis*, ob quem *Capitulatio* introducta, & in uſu eſt, ut illa limitetur poteſtas imperantis, & ſit ei regula atq; norma actionum, nè duriùs, quàm oportet, aliquid contra Eccleſiam, Romanam, Rempublicam, ejuſq; libertatem faciat, utq; homines noſtri intelligant, ſe non in hominis cujuſdam acerbioris, ſed in patris, ejuſq; perbenigni poteſtatem pervenire, Dn. Limn. *lib.* 1. *de jur. publ. cap.* 12. *num.* 18. ibiq; *tom.* 4. *addit. pag.* 123. Reinkingk *dict. lib.* 1. *de reg. ſecul. & eccleſ. claſſ.* 3. *dict. cap.* 9. *num.* 1. Carpzov. *Comment. ad L. Reg. Germ. cap.* 1. *num.* 12. Iterum Dn. Limn. *proleg. ad Capitul. Imper. ſect.* 8. Capitulatio enim abſolutæ poteſtati quodammodò eſt contraria, Dn. Limn. *dict. lib.* 1. *de jur. publ. cap.* 12. *num.* 36. & *ſeqq.* & *dict. ſect.* 8. *num.* 3. Dan. Otto, *diſſertat. de jure publ. cap.* 9. *pag.* 202. Beſold. *theſaur. pract.* Speidel. *ſpecul.* verb. *Capitulation.* Carpzov. *Commentar. ad Leg. Reg. German. cap.* 1. *num.* 2. & 3. & *cap.* 13. & *diſcuſſ. voti Septemviral. Alberti Elector. Mogunt. pro Carolo Auſtriaco Reg. Hiſpan.* à Joh. Sleidano *lib.* 1. *Comm. pag.* 12. & *ſeq.* conſignati, inter diſſ. hiſtor. polit. jurid. 3. *dogm.* 4. *num.* 18. 19. 20.

Pars

## *Pars* III. *ſpecialia ipſarum Capitulationum contenta exhibentur.*

### §. 6.

*Capitulationibus* antiquis cautum fuit, ut Rex, ſive Imperator, operam daret, nè Reſpublica aliquid detrimenti caperet: ut Principum lites, ſalvis cujusq; privilegiis, componeret: ut libertates popularium ſartas tectas haberet: ut fœdera ſervaret: ut onera ſine populi conſenſu nulla imponeret: ut bellum ſine ejusdem ſcitu non inferret: ut Provincias exteras bello partas, inter nationes Theutonicas diſtribueret, &c. Dn. Limn. *lib.* 1. *de jur. publ. cap.* 12. *num.* 31. ex Goldaſti *præfat. tom.* 3. *Conſtit. Imperial.* Succeſſu temporis plura hiſce annexa ſunt capitula. Ideoq; hîc *primò Caroli V. Capitulationem* ex Sleidan. *Commentar. lib.* 1. *pag.* 17. *& ſeq.* & Goldaſt. *Conſtit. Imper. tom.* 2. *pag.* 141. *deinde* Principum Statuumq; Imperii *Monita* ad nunc regnantis Imperatoris Auguſtiſſimi *Leopoldi I.* præſcribendam *Capitulationem*, (quæ juxta ordinem articulorum præcedentis *Divo Ferdinando IV.* glorioſiſſimæ memoriæ præſcriptæ *Capitulationis* inſtituta, & *Francofurti* 17. 27. *April.* 1658. Electori Moguntino exhibita fuêre) ex *ſuprà* dicti Eitel Friderichs von Heyden Grundfeſte deß Heil. Römiſchen Reichs Teutſcher Nation/ *part.* 3. *cap.* 3. *pag.* 208. *& ſeqq.* recenſebimus: *tandem* principaliores noviſſimæ *Capitulationis* articulos paulùm explicabimus. Quibus inſpectis planum erit, quid de intermediis habendum cogitandumq; ſit. Reliquas Limnæus noſter cum egregiis *annotamentis*, hactenus multoties à nobis citatis & laudatis, *anno* 1651. evulgavit, quibus junge ejusdem Dn. Limn. *tom.* 5. *addition. ad jus publ. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 35. *pag.* 207. *& ſeqq.* (ubi Divi *Ferdinandi IV. Capitulatio*, 49. articulos continens, *Auguſtæ* 2. *Jun.* 1653. erecta, legitur) & *dict. tom.* 5. *addition. d. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 35. *pag.* 248. *& ſeqq.* (ubi Invictiſſimi noſtri Imperatoris LEOPOLDI *Capitulatio*, comprehendens articulos 47. ſubſcripta & confirmata *Francofurti*, 18. *Julii*, 1658. extat)

Sleidanus itaq; *eam*, in quam *Carolus V.* juravit, nervosè, & ſuo more breviter, exponit, *dict. lib.* 1. *hiſtor. circa fin.* ſequenti tenore:

1. *Tueatur Rempublicam Chriſtianam, Pontificem & Eccleſiam Romanam, cujus ſit Advocatus. Jus æquabiliter adminiſtret, & paci conſulat.*

2. *Leges omnes Imperii, præcipuè, quam Auream vocant Bullam, non modò confirmet, ſed de ipſorum conſilio, cùm res ita feret, amplificet etiam.*

3. *Senatum in Imperio constituat ex Germanis delectum, qui Rempublicam gerat.*

4. *Jura, privilegia, dignitatem Principum & Ordinum Imperii minimè convellat aut imminuat.*

5. *Electoribus liceat, cùm erit opus, inter se convenire, deq; Republicâ deliberare, nullum autem ipse, quò minus id faciant, impedimentum eis inferat, nec in malam partem accipiat.*

6. *Multitudinis & Nobilitatis fœdera vel societates initas adversum Principes, aboleat, & ne tales in posterum fiant, lege prohibeat.*

7. *De rebus Imperii nullum fœdus aut pactum faciat cum externis, nisi de Septemvirorum assensu.*

8. *Si quid Electoribus, cæterisq; Principibus per vim ablatum, spoliato contra spoliantem ad faciendam restitutionem justitiam administret.*

9. *Facultates Imperii neq; distrahat, nec oppignoret, nec alio quovis modo deteriores faciat, & quæ sunt ab aliis nationibus occupata, vel ab Imperio divulsa bona, primo quoquo tempore recuperet, sic tamen, ne quid fraudi sit illis, qui vel privilegio vel jure nituntur.*

10. *Si quid etiam vel ipse, vel ipsius familiæ quispiam possideat, quod sit Imperii, non acquisitum legitimè, reddat interpellatus à Septemviris.*

11. *Cum vicinis aliisq; Rebus pacem & amicitiam colat, neq; pro rebus Imperii, nisi de Ordinum omnium, præcipuè Septemvirorum voluntate bellum suscipiat ullum intra vel extra fines Imperii. Peregrinum quoq; militem nullum in Germaniam adducat, nisi consentientibus illis. Quòd si autem bello petatur Ipse vel Imperium, liceat uti quibuscunq; præsidiis.*

12. *Conventum Imperii nullum edicat, neq; vectigal, aut tributum imperet, nisi de consensu Electorum. Conventus etiam non agat extra fines Imperii.*

13. *Negociis publicis præficiat non exteros, verùm Germanos, ex Nobilitate delectos.*

14. *Et*

14. Et conficiantur literæ omnes latino vel populari sermone.

15. Extra fines Imperii nullum Ordinem in jus vocet.

16. Quia Romæ multa fiunt adversus pacta quondam inita cum Pontificibus, det operam apud Pontificem, ne qua fraus privilegiis fiat & Imperii libertati.

17. Quomodo mercatorum monopolia valdè perniciosa Germaniæ coherceri debeant, rationem ineat cum Electoribus, ac rem sæpè deliberatam ad exitum perducat.

18. Portorium nullum aut vectigal imponat, nisi assentiantur Electores.

19. Neq; literis commendatitiis Electorum, qui sunt ad Rhenum, vectigalia deteriora faciat.

20. Si quis Electorum Principumq;, ob turbata regalia, privilegia, aliaq; jura, alterum in jus vocaverit, ei non impedimento sit.

21. Si quam habet actionem in aliquem Ordinem, legibus experiatur: vim autem nullam adhibeat iis, qui se cognitioni legitimæ sistunt.

22. Neminem indictâ causâ proscribat, sed juris ordinem in eo sequatur.

23. Collectas Civitatum imperiales, aliis oppignoratas vel quoquo modo alienatas, Imperio recuperet.

24. Imperii bona, quæ fortè vacabunt, nemini conferat, sed ad publicum patrimonium referat.

25. Si quam alienam provinciam auxiliis Ordinum acquiret, Imperio conjungat. Si publicum quid suis copiis atque Marte recuperabit, Reipublicæ restituat.

26. Quod Interregni tempore Palatinus atque Saxo publicè egerint, ratum habeat.

27. Vitia in re monetariâ emendet.

28. Consilium nullum ineat, quo dignitatem Imperii suæ familiæ peculiarem & hæreditariam faciat, sed liberam & integram permittat Septemviris eligendi facultatem, juxta Caroli Quarti Legem, & Juris Pontificii præscriptum. Quod secus factum erit, irritum habeatur.

29. Pri-

29. *Prima Imperii Comitia Norimbergæ instituat.*

30. *Ubi primùm licebit, in Germaniam sese conferat, inaugurationis causâ.*

De quibus capitibus sive articulis, præter Goldast. *Constitut. Imperial. tom. 2. pag.* 141. videantur etiam Dn. Limn. *ad jus publ. lib.* 1. *dict. cap.* 12. *num.* 32. 33. 34. *& annotam. ad Capitul. Imper. proleg. sect.* 3. *num.* 11. *& ibid. ad Capitul. Caroli V. pag.* 38. *& seqq. usq; ad pag.* 412. & Dan. Otto, *differt. ad jus publ. cap.* 12. *pag.* 443. 444. 445.

§. 7.

Cùm *suprà* §. 2. *num.* 3. Principum Statuumq; Imperii *protestationem & contradictionem, contra* Invictissimi LEOPOLDI moderni nostri Augusti *Capitulationem*, exhibuerimus, in qua *monitorum* quorundam ad *Ferdinandi IV. Capitulationem* ejusq; ordinem directorum semel iterumq; mentio facta; pernecessarium arbitramur, ipsa etiam *Monita* (cûm quòd in *Instrumenti Pacis de anno* 1648. & novissimi Imperii *Recessus de anno* 1654. Sanctionibus altissimè fundata videantur, tum, quòd ad contenta novissimarum *Capitulationum* respiciant) de verbo ad verbum, prout apud *suprà* dictum Autorem der Grundfeste deß Heil. Röm. Reichs Teutscher Nation/ *dict. part.* 3. *cap.* 3. inveniuntur, hoc loco in medium adferre.

## Monita Communia (so wohl Römisch Catholischer als Evangelischer Fürsten und Stände) ad Capitulationem futuram, exhibita Electori Mogunt. 17. 27. April. 1658.

Es wird ein hochlöblichst Churfürstliches Collegium sich zweifels ohne entsinnen/ was bey Erwöhlung der nechstverstorbenen Röm. Königl. Majestät Ferdinandi IV. glorwürdigsten Andenckens/ von Fürsten und Ständen vor Monita zu damahls vorgehabter Wahl-Capitulation überreicht worden. Ob nun wohl etliche derselben eingerücket und beobachtet/ dafür dann dem hochlöblichen Churfürstlichen Collegio billig Danck gebühret/ demnach man aber befunden/ daß deren nicht wenig übergangen/ und sonsten die angeregte letztere Wahl-Capitulation an verschiedenen Orten noch etwas Erläuterung und addition bedürfftig; So haben im Nahmen/ und auff sonderbahren Befehl unserer gnädigst- und gnädigen Fürsten und Herren Principalen/ auch Obern/ weniger nicht in obhabender Vollmacht/ wir die nachfolgende Erinnerungen ferner weit/ iedoch ohne Vorgriff der andern noch übrigen Fürsten und Stände/ auch

auch mit vorbehalt derselben etwa hierüber habender Nothdurfft/ zusammen zutragen/ und hiermit an ein Hochlöbl. Churfürstl. Collegium zu bringen/ obliegender unserer Schuldigkeit nach nicht ermangeln wollen.

Ad Artic. 2.

1. Daß der künfftige Röm. Keyser sich verbinde/ den Münster und Oßnabrückischen Friedenschluß/ bevorab/ was sowohl in dessen Art. 5. §. 20. vers. cœtera, &c. als Art. 8. de Juribus Statuum begriffen/ genau/ ohne einigen Absatz/ fest/ und ohnverbrüchlich mit nochmahliger Auffhebung und Verrichtung aller und ieder wider solchen Friedenschluß eingewandter/ oder noch einwendender/ zwar an sich selbsten vorhin nichtiger/ und so wohl im besagtem Friedens Instrument/ als in dem Nürnbergischen Executions-Recess, §. und sol hierunter/ 2c. bereits verworffener und pro nullis declarirter Protestationen ohnverbrüchlich zu halten/ sich nach denselben/ und ins gemein allen Reichs Satzungen/ die einen Röm. Keyser angehen/ zu richten/ und unter keinerley Vorwandt/ es sey gleich necessitatis, vel utilitatis publicæ, periculi in mora, oder anders/ darauß zu schreiten/ auch darwider niemanden zu beschweren/ noch durch andere beschweren zu lassen/ verspreche.

2. Ingleichen auch deß Reichs Ordnungen und Gesetze/ ohne der gesambten Churfürsten/ Fürsten und Stände/ auff offenbahren Reichstägen vorgehende Einhalt- und Bewilligung in nichts zu endern.

Ad Artic. 3.

1. Daß ohne der Churfürsten/ Fürsten und Stände vorgehende Inhalt und Bewilligung kein Reichs Standt/ der Sessionem & votum in den Reichs Collegiis hergebracht/ darvon zu suspendiren oder außzuschliessen.

2. Post verb. Fürst add. Prælaten.

3. Post verb. ansuchen add. ohne einige weigerung.

4. Verb. doch männiglich an seinen Rechten ohnschädlich/ in fine transponantur schützen und schirmen.

5. Post verb. eximiren oder befreyen/ Pon. noch andern/ unter was Prætext es geschehen möchte/ solches zu thun gestatten/ Es sollen auch die dargegen außgewürckte Privilegia, so wol wider die heilsame Reichs-Constitutiones am Keyserl. Reichs Hoff-Rath und Cammergericht zu Speyer sub & obreptitiè expracticirte decreta & mandata sine clausula, sonderlich sub insolita amissionis Regalium pœnâ, null und nichtig seyn. Und nach dem vermög der güldenen Bull

und anderer Reichs Constitutionen, denen Unterthanen keines weges gebühren thut/ mit außländischen oder auch deß Heiligen Reichs mediat oder immediat Ständen wider ihre Obrigkeiten Confœderationes auffzurichten/ hingegen das Instrumentum Pacis einem ieden Reichs Fürsten Confœderationes und Verbündnussen einzugehen mit klaren Buchstaben zugibt/ dessen dispositiones durch einigerley indulta, Privilegia oder dergleichen juxta Art. 17. §. 3. Contra hanc, &c. nicht mögen geschwächt werden/ zu dem ende auch im letztern Reichsschluß außdrücklich versehen/ daß die Landsassen/ Unterthanen/ und Bürger zu Besetz- und Unterhaltung denen ein- oder anderm Reichs-Stand zugehörigen nöthigen Rüstungen/ Plätzen und Guarnisonen/ ihren Lands-Fürsten/ Herrschafften/ und Obern mit hülfflichem Beytrag gehorsamlich an Hand zu gehen/ schuldig seyn sollen. Als wolle der künfftige Römische Keyser hierin seine Authorität vorkehren/ und obgemeldter güldener Bull/ dem Instrumento Pacis, letztern Reichs-Schluß/ und andern über vorgedachten drey Puncten disponirten Reichs-Satzungen steiff nachsetzen/ und die Contravenienten zu deren Landsfürsten der gebühr abzuziehen/ verweisen.

Ad Artic. 4.

1. Daß der außwertigen Potentaten und Republiquen Gesandschafften auff Reichs-Conventen keine Leibquardien/ noch mit Büchsen und sonsten allerhand ohngewöhnlichen Gewehren bewapneter Diener Suite/ zu verstatten.

2. Daß der künfftige Römische Keyser der außwertigen Potentaten und Republiquen Bottschafften und Gesandten nicht zugebe/ sich in deß Reichswesen und Geschäfft/ heim- und öffentlich einzumischen.

3. Pro verbo vor allen andern außwertigen Republiquen und Fürsten in Person/ Pon. vor allen außwertigen Fürsten in Person und der Republiquen Gesandschafften.

4. Daß auch so wenig Königliche als Churfürstliche Gesandten den regierenden Reichs-Fürsten/ so Geist- so Weltlichen/ sonderlich von alten Häusern nicht vorgehen sollen/ es begebe sich denn ein solcher actus, bey deme die Churfürstliche Gesandten mit tragung der Reichs Insignien ihrer Herren Principalen Stelle vertreten müsten/ massen dann auch in der Antecamera und Stühlen und Sessionibus zwischen den Churfürsten und Fürsten kein Unterschied zu machen/ sondern wo die Churfürsten ihren Sitz

haben/

haben/allda auch derselbe den regierenden Reichs Fürsten suo ordine zu gestatten were.

5. Post verb. fin. und krafftloß seyn/ Add wie dann den immediat Reichs Grafen bey Keyserl. und Königl. Krönungen/ so woln auch allen dergleichen Solennitäten Reichs- und andern actibus die præcedentz vor andern Grafen und Herren/ auch Keyserl. Ministris und Cammerherren/ ejusdem dignitatis, und zwar gleich nach dem Fürsten Stand und Prælaten/ weil sie im Reichs-Fürsten-Rath sessionem hergebracht/ dessentwegen auch billig/ wie bey denen Consultationibus, Oneribus und Schwerigkeiten/ also auch sonsten actibus solennibus nechst den Fürsten/ dero Gesandten Orth und Stelle gebühren solle/ jedoch denen Keyserl. Räthen und Cammer-Herren/ welche zugleich selbst sessionem & votum haben/ an der ihnen sonst gebührenden præcedentz ohne præjuditz.

Ad Artic. 5.

1. Post verb. confirmiren thun/ Add. jedoch dem Instrumento Pacis, und andern derer Fürsten und Stände hergebrachten Juribus und Privilegiis ohnabbrüchig.

Ad Artic. 6.

1. Post verb. Oßnabrück. Friedenschluß: Add. und darauff gegründeten Executions edictis, arctiori modo exequendi, und Nürnbergischen Executions Receſs.

2. Post verb. Mißbräuch/ Add. und unter denselben.

3. Pro verbis: juris specialis Advocatiæ &c. Pon. Præfecturæ Provincialis.

4. Post verb. Anlaß gegeben/ Add. auch in Sachen/ die hohe Lands Fürstl. Obrigkeit/ und Regalien, in specie das jus collectandi, sequelæ, und dergleichen betreffend/ auff blosses Anlauffen und suppliciren eines oder mehr Landsassen und Unterthanen wider ihre Lands Obrigkeit keine mandata cum vel sine clausula erkannt/ sondern dieselbe vorhin durch verschlossene Schreiben gehöret/ und die cognitio super facto eingezogen/ viel weniger aber einigem Lands Stand oder Unterthanen gestattet werden sol/ ihre Güter in andere/ und zwar vermeintlich privilegirte Hände zu übergeben/ und solche von deß Lands Aufflagen zu eximiren, noch auch unter einigem prætext, in specie deß Hansee-Bunds/ oder wie derer auch mehr zu erdencken/ wider ihre Lands Obrigkeit sich an frembde Cronen/ Potentaten/ und Republiquen zu hencken/ von denselben Hülff und Assistentz, oder auch Protection, und Indigenat zu

begehren/noch denenselben ihre Güter ohne Vorwissen und Einwilligung deß Lands-Fürsten zu Lehn auffzutragen/noch diese zwischen ihrer Lands-Obrigkeit/und ihnen/denen Klagenden/ereignete Mißverständ einzumischen/noch auch einige Guarantie, Interposition, oder Vermittlung zu suchē/oder der Reichs-Stände Vnterthanen unter einem Schein eines indigenats, oder protection anzunehmen. Da sich aber gemeldte Landsassen und Vnterthanen erstgedachten straffmässigen Absprucks unterfiengen/und ihnen hierinne von andern Gehör gegeben werden wolte/sol ein Römischer Keyser verbunden seyn/einem ieden Churfürsten/Fürsten und Stand darwider zu schützen/und kräfftiglich handzuhaben/auch darob halten/daß solche Vbertretter von ihrer Lands-Obrigkeit zu gebührender Straff gezogen/und was deme biß anhero zu wider gelauffen/würcklich abgeschafft werden möge.

5. Wann dann in der That verspühret worden/daß außländische Potentaten und Republiquen in Reichssachen/sonderlich den jenigen/so zwischen Fürsten und Vnterthanen versiren, unter einem und andern prætext sich einmischen/wolle der künfftige Römische Keyser dieselbe auff der Stände Klage von allen solchem Beginnen/vielmehr aller Thätligkeit/Invasionen, wircklicher heim- und öffentlicher directè oder indirectè gemeinter Hülffe/nicht allein schrifftlich oder durch Gesandschafft abmahnen/sondern auch/in entstehung der Gütigkeit/wider sie/nach außweiß der Reichs-Constitutionen, Instrumenti Pacis, und dieser Wahl-Capitulation verfahren.

6. Da auch zwischen deß Heil. Röm. Reichs Lands-Fürsten und dessen Eigenthumblichen municipal und Land-Städten in primo juris præsidii, armaturæ, fœderis, & similium Regalium, einige Schuldigkeiten entstünden/oder bereits entstanden weren/und solche zu recht gezogen würden/oder allbereit zu recht gezogen/auch deren Verzögerung nicht nur dem Lands-Fürsten/dessen Städten und gantzem Lande/sondern auch den benachbarten Creysen/volglich dem H. Röm. Reisch selbsten grosse Vnruhe/Gefährligkeit/und Widerung zuwachsen könte/wolte Ihre Keysert. Majestät darin schleunig Recht sprechen/und eine endliche decision und sententz fürdersam ertheilen/ob deroselben manutentz und execution ernstlich halten/auch im fall sothane Städte bey ihrem ungehorsam beharren solten/selbige durch ordentliche Mittel zur parition bringen/und zwingen.

7. Post verb. und ietztgemeldten Friedenschluß circ. fin. ponat. und dergestalt wircklich wieder eingestellt werde/ daß/ weil denen vor diesem zum öfftern gethanen gütlichen Erinnerungen kein Platz gegeben (ohnangesehen sich der Burgundische Gesandter vor diesem/ und sonderlich auff dem Reichstag de Anno 1603. erkläret/ das Privilegium anderer gestalt nicht dann de non evocando in personalibus secundum Jus commune zu verstehen) sondern mit den geklagten Beschwehrden/ repressalien und excessibus verfahren worden/ ein Römischer Keyser tragenden Ampts wegen die betrangte klagende Reichs-Stände unter solchen gewaltsamen proceduren länger nicht erliegen/ oder Trost- und Hülffloß lassen/ vielmehr aber ohne Verzug denen derenthalben vorlängst außgegangenen Keys. Mandatis, Rescriptis, und Decretis effectivè nachkommen/ und zu auffhebung auch cassation der also genannten güldenen Bull/ und gegen die Verursacher auff den Nothfall mit repressalien, erklärender Acht/ 2c. mit deß gesambten Reichs- und der Kreysen Kriegs-mitteln/ so viel zu Erhaltung Ihrer Keyserl. Majest. und deß Heil. Röm. Reichs authorität und reputation ersprießlich seyn wird/ zu Hintertreibung solcher Proceduren und Verhütung ins künfftig/ nach Inhalt der Reichs Constitutionen, deß Instrumenti Pacis, und dieser Wahl-Capitulation wircklich verfahren wolle.

8. Daß auch der künfftige Römische Keyser nicht gestatten wolle/ daß denen Reichs Ständen in ihren territoriis in Religion- Politischen- und Justitz-Sachen von in- oder außwertigen sub quocunque prætextu aut colore vor- oder eingegriffen werde.

9. Post verb. Gleich wie andere immediat Stände/ 2c. Addatur sonderlich aber das Keyserliche freye weltliche immediat Stifft Thorn.

Ad Artic. 7.

1. Daß keine Verbündnüß in Reichs-Händeln ohne der gesammten Stände auff einem Reichstag erfolgende Bewilligung zu machen.

2. Auch von dieser Regul kein Casus zu excipiren, noch unter dem Vorwand einer ob publicam salutem & utilitatem erforderten Beschleunigung/ der Fürsten und Stände Bewilligung zu übergehen/ also der versic. Es were denn das publica salus, &c. außzulassen.

3. Wann auch ein Römischer Keyser seiner eigenen Lande halber/ sie seyen inn- oder ausserhalb deß Reichs/ Bündnüß ma-

chen würde/ daß doch solches ander gestalt nicht geschehen möge/ als ohnbeschadet deß Reichs/ und nach Inhalt deß Instrumenti Pacis.

Ad Artic. 8.

1. Post verb. Oßnabrügkischen Friedenschlusses/ Addat. und darauf gegründeten Executions Edicten, arctiori modo exequendi, und Nürnbergischen Executions Recess.

2. Post verb. Schützen und schirmen/ circ. fin. Artic. Addatur. Auch so wohln den in unsern und andern Churfürsten/ Fürsten und Stände resp. Erbkönigreich und Landen eingesessenen immediat Ständen/ als den Inheimischen ohnpartheyisch und gleiches Recht wiederfahren lassen.

Ad Artic. 9.

1. Daß der künfftige Römische Keyser ohne der Churfürsten/ Fürsten und Stände consens nichts vom Reich veräusere/ verpfände/ oder sonsten beschwere.

2. Auch wie es mit denen bereits geschehenen Alienationen bewandt nach eingezogener Erkundigung zu der Churfürsten/ Fürsten und Stände Wissenschafft bringen.

3. Weniger nicht die Ergäntzung der Reichs Creyse befördere.

4. Post verb. ohngebührlicher Weise gewachsen: Add. insonderheit deß Ritterlichen Maltheser-Ordens stattliche/ dem Röm. Reich mit Anlagen zu dienende Commenden/ Balleyen und Gütern/ so etliche privat Stände und Particulirn in den vereinigten Niederlanden usurpiren.

5. Post verb. Lehen in Italia/ etc. Add. auch in der Schweitz.

Ad Artic. 10.

1. Post verb. Churfürsten/ Add. Fürsten und Stände.

Ad Artic. 11.

1. Daß der zukünfftige Röm. Keyser das Reich in frembde Krieg nicht implicire.

2. Sich aller heim- und öffentlicher Assistentz durch überlaß oder Zuschickung der Völcker einzel oder Trouppen weise/ in Compagnien/ Regimentern oder Armeen/ der einen außwärtigen Parthey gegen die ander/ es geschehe per directum oder indirectum, so ferne dem Reich darauß Schaden und Gefahr entstehen kan/ gäntzlichen enthalte.

3. Daß der künfftige Römische Keyser ohne der Stände Consens weder von deß Reichs noch seines Hauses wegen einen Krieg,

Krieg anfange/ noch einem andern denselben anzufangen oder fürzunehmen gestatte.

4. Daß von dieser Regul kein Casus excipiret, also der vers. oder zum wenigsten/ &c. außgelassen werden möge.

5. An statt deß vers. Wo wir aber von deß Reichs wegen/ &c. zusetzen: Wann der künfftige Römische Keyser deß Reichs wegen/ oder das Reich entweder in gesamt/ oder dessen Creyß und Stände angegriffen würden/ so solle dieser Krieg anderer gestalt nicht/ als nach Innhalt der Reichs Constitutionen, der Executions-Ordnung/ und deß Instrumenti Pacis, angefangen/ und das Haupt so wohl als der exercitus einig und allein in deß Keysers und deß Reichs Pflichte genommen/ das Kriegsvolck entweder gantz oder zum Theil ohne Vorwissen und Bewilligung der gesammten Stände ausserhalb deß Reichs nicht geführet/ zu nichts anders/ als zu deß Reichs defension, und Rettung der betrangten Stände gebraucht/ die Muster- und Sammel-Plätze/ Einquartierung und Durchzüge nicht anders/ als nach Jñhalt gemeldter Reichs Constitutionen, und Executions-Ordnung angestellt/ weniger dem Obristen oder General ohne der Churfürsten/ Fürsten und Stände Bewilligung in ihren Landen Durchzüge/ Einquartierungen/ oder sonsten einige eigenmächtige disposition zugelassen werde.

6. Daß der künfftige Römische Keyser daran sey/ daß die Creyse/ nach Innhalt der Reichs Constitutionen, in Verfassung gestellt/ darwider weder directè noch indirectè gehandelt/ und da solche die Reichs-Stände ins Werck zu setzen vor nöthig erachten würden/ durch einige negociation, viel weniger die im Friedenschluß Allianten gehindert werden.

7. Daß künfftiger Röm. Keyser in der Churfürsten/ Fürsten und Stände Lande/ ohne der gesammten Stände/ insonderheit der interessirten Vorwissen und Bewilligung keine neue Vestung baue/ noch die alten erneuern lasse.

8. Da ichtwas in denen Reichs Kriegen gewonnen/ überkommen/ oder zu handen gebracht würde/ daß dasselbe deß Keysers und deß Römischen Reichs eigen seyn/ und damit/ nach Innhalt deß 30. Articuls gehalten werden solle.

Ad Artic. 12.

1. Daß der künfftige Römische Keyser die Churfürsten/ Fürsten und Stände deß Reichs/ auch die ohnmittelbahre Reichs-

Ritetrschafft / in dem wider sie habenden Zuspruch: und Forderungen zur Verhör und gebührlichen Rechten vor ihren gebührenden ordentlichen Richter stellen und kommen / allerdings auch hierinnen so wohl in cognoscendo als exequendo nach deß Reichs Constitutionibus, Executions Ordnung / und jüngstem Friedenschluß verfahren lassen.

2. Post verb. überfallen werden sollen / in fin. add. oder da dergleichen Vergewaltigung von uns / unserm Hause / oder auch Churfürsten / Fürsten und Ständen bereits gegen einem und anderm Reichs-Stand vorgenommen worden / so wollen wir alsobalden nach Antretung unserer Königl. und Keyserl. Regierung / die sichere Anstalt machen / daß die beleidigte Stände ohnverlängt restituirt, und der zugefügte Schaden nach ohnpartheyischer Erkändtnuß zugesetzt werden.

Ad Artic. 13.

1. Daß der künfftige Röm. Keyser für sich wegen deß Reichs keine Werbungen anstellen / oder einig Kriegsheer zusammen bringe / es werde dann zuvorhero Comitiali Statuum consensu geschlossen.

2. Daß die Werbungen auch in deß künfftigen Röm. Keysers eigenen Landen zu behuff frembder Potentaten Diensten anderer gestalt nicht / als nach deren deutlichen Innhalt der Reichs Constitutionen und deß Instrumenti Pacis angestellet / und dahin allemahl gesehen werde / daß das Reich der Mannschafft nicht entblösset werde.

Ad Artic. 14.

1. Daß der zukünfftige Röm. Keyser zum wenigsten alle 6. Jahr / und sonsten so offt es die Nothdurfft / Sicherheit und Ruhestand deß Reichs erfordert / mit Wissen und Willen der Churfürsten einen allgemeinen Reichstag innerhalb deß Röm. Reichs / ohne Auffschub oder Verlängerung außschreibe und halte.

COnsistimus adhuc in enodatione *definitionis*: discusso enim vero & proprio ejus generi, scilicet *Juri ex placito & plenitudine potestatis confecto, supr. titul.2. §.5. & 6.* & differentiæ specificæ, scilicet, *Legi Regiæ & Capitulationi Cæsareæ; supr. dict. tit.2. §.5. & titt.3.4.* prænecessarium Majestatis officium, in judicando consistens, non incommodè subnectitur. Paurmeisterus *lib.1. de jurisdict. Imper. Rom. cap.3. num.13. &c.* Besold. *Synops. Polit. lib.1. cap.2. thes.29. & Polit. lib.1. cap.4. §.1. num.2.* & Althusius *Polit. cap.29. num.1. & Dicæolog. lib.1. cap.32. num.9. cap.81. num.2. & seqq.* tria unanimiter faciunt Majestatis officia potiora, quorum primum in ordinando, secundum in judicando, & tertium in vindicando, vel potius in εὐταξίᾳ, εὐνομίᾳ, & αὐταρκείᾳ consistunt. Hisce tribus summis capitib⁹ vim ac potestatem τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς omnem contineri, ac ultra ea non extendi, non tantùm ex omnium gentium, quæ Imperia & Respublicas constitutas habuerunt, institutis apparet; sed antiquissimos tàm *Græcos* quàm *Latinos* Autores reverà, & in effectu, etsi quoad formam exactè ità non distribuunt, consentire manifestum est, Paurmeister. *dict. lib.1. de jurisdict. Imper. d. cap.3. num.21.* Nos primum & tertium Majestatis officium, de negotiis rerum bellicarum, & emolumentis circa munerum tàm realium quàm personalium indictionem, jam suo relinquimus loco, dicturi solummodò aliquid de δικαιοδοσιῶν ἀρετῆ. Aristot. *Polit. lib.3. cap.17.* ait: ἄνευ δικαιοδοσιῶνς ἀρετῆς ὐκ δυνατὸν οἰκεῖσθαι πόλιν, id est, *Sine juris dicendi virtute civitas habitari nequit*: unde liquidò apparet, δικαστικῇ sive judiciariâ potestate, seu (ut Henr. Zoësius *comment. in lib.1. ff. tit.4. de constit.* Prin-

*Princip. num.* 8. appellat) legislativâ jurisdictione supremâ, ad salutem ac tranquillitatem Reipublicæ ante omnia opus esse. Jurisdictionem præcipuam esse partem, in quâ fermè cardo totius politicæ gubernationis versetur, & propter quam fermè solam Respublicæ sint institutæ, tàm ex Cicerone *passim*, quàm ex Paurmeistero *dict. lib. & cap.* & Arnis. *Polit. lib.* 1. *cap* 17. & Matth. Stephan. *de jurisdict. lib.* 1. *cap* 1. *num.* 1. & Reinkingk. *lib.* 2. *de reg. sec. & eccles. class.* 2. *cap.* 1. *& cap.* 5. *num.* 30 Besold. *Syn. Polit. lib.* 1. *cap.* 2. *th.* 31. *& lib.* 2. *cap.* 4. & Jacob. Lampad. *de Rep. Roman. German. cap.* 15. Donaldson. *Synops. Ethic. lib.* 8. *cap.* 13. *pag.* 277. Herm. Vultej. *tract. de jurisdict in dedicat.* Budæ, *disp. inaug. Argent. de jurisdict.* 1658. aliisque abundè constat. Inter cæteras, inquit politissimus Carolus Tapia *ad rubr. & l. fin. ff. de Constitut. Princ. initio procœmii*, illa est potissima Principi prærogativa attributa, ut ejus *placita* legis haberent vigorem, ac ab omnibus servari oporteret, idque ut fieret omnis ratio expostulabat, *supr. tit.* 1. § 12. *&* 13. *tit.* 2. §. 1. *&* 5. *tit.* 3. §. 1. *&* §. 9. *num.* 1. *titul.* 4. §. 1. *&* §. 9. *num.* 2. Ideò de Curiis Cæsarum & Legibus curiatis Marquard. Freher. *Commentar. in Constit. Adolphi, Roman. Regis, prolegom. pag.* 622. præclara quædam tradit. Cœterum, quemadmodum per *placita* hic *JCti* & *Justinianus* solummodò id, quod juris objectum facit, & eo animo promulgatur, intelligunt, *supra tit* 2. § 6. ibique allegat. Dn. Bœcler. *Comment. ad Tacit. Ann. lib.* 1. *cap.* 4. *annot.* 1. *pag.* 64. *& seqq.* quemadmodum etiam certa quædam *Propria*, seu *Officia Constitutionum*, cum earum essentiâ & quidditate arctissimè cohærent & conveniunt, *supra dict. titul.* 2. §. 7. ità, hoc Principis *Officium Judiciarium* continet præterea summam ejus potestatem, supremam justitiam, æquitatem ac clementiam maximam, & immensam ejus liberalitatem: ubi, quid possit, quid velit, quid denique sciat Princeps, agendum potissimùm & tractandum est, Petr. Anton. de Petra, *tract. de jur. quæsit. non tollend. per Princip. præfat. num.* 1. *& per tot.* Et potestas quidem Principis ea est, quæ omnia complectatur, & nullis solennitatum vinculis devincta sit, nullis juris astricta limitibus, sed vaga huc atque illuc decurrens, præter jus, contra jus, ac supra jus, omnia disponat, ejusque nutui, rerum fortunarumque nostratum, vitæ necisque facultas commissa ac credita sit. Huic autem potestati singularis est conjuncta justitia, quæ omnibus prodesse studeat, nemini injuriam inferat, vel fraudem faciat, sed pacis amica, malos pœnis, bonos præmiis afficiat, & jus suum unicuique tribuat. Cujus justitiæ rigorem, ac summum jus, ne in hominum injuriam convertatur, æquitas ac clementia temperant, dum pro temporum opportunitate Reipublicæ commodis studens, delictis indulget, pœnas aut lenit, aut differt, aut tollit; ità ut sibi potius officere, quàm alteri studeat, sua potiùs incommoda patiatur, quàm in alterum quicquam iniquum fieri vel jubeat, vel per-

permittat, vel non prohibeat. Quibus denique accedit nunquam satis laudata, sed longè ab hominum commercio nunc rejecta liberalitas, quæ omnes quicunque sunt in terrarum orbe thesauros exuperat; in concessionibus publicè factis freno non subjacet, in privatorum beneficiis, quo magis potest, in ejus, cui confertur, commodum fimbrias suas extendit, gratias ampliat, ac cumulatissimas reddit. Hæc igitur omnia sunt propria Principi attributa ornamenta, potestas, ne voluntas reddatur inanis: justitia, ne voluntas labatur: æquitas & clementia, ne justitia nimium exasperet: ac liberalitas, ut potestas, voluntas, justitia, & æquitas exerceantur, Carol. Tapia *dict. commentar. in rubr. & l. fin. ff. de Constitut. Princip. dict. proœm.*

§. 2.

Quoniam itaque Ulpianus etiam, præter ea quæ *paulò antè* dicta sunt, hæc Principi attributa confert, dum in legibus condendis potestatem, in sententiis & rescriptis justitiam & voluntatem, æquitatem & liberalitatem in subveniendo & indulgendo ponit, *l. 1. ff. de Constitut. Princip.* ideò initium de potestate faciendum est. De quâ cùm *suprà tit. 3. part. 2. § 6. 7. & 8.* ubi de *Leg. Reg.* effectu, non nihil actum, ideò erimus hîc breviores, & remittemus nos ad Carol. Tap. *dict. comment. in rubr. & l. fin. ff. de Constit. Princip. cap. 1. per tot.* maximè autem *num. fin.* Tob. Paurmeister. *lib. 1. de jurisdict. Imper. Rom. cap. 3. per tot. & lib. 2. cap. 4.* Petr. Anton. de Petr. *tractat. de jur. quæsit. non tollend. per Princip. cap. 1. & seqq.* ubi de potestatis Principis excellentiâ, Dn. Bernegger. *quæst. miscellan. ad Germ. & Agricol. Taciti, quæst. 163.* Arismin. Tepat. *decis. tit. 48.* Conring. *de Majest. Imperant. & summæ potestatis subjecto.* Stamler. *de reservat. Imper. §. 3. 4. & 6.* Besold. *Polit. lib. 1. cap. 2. & 4. & Syn. Polit. lib. 1. cap. 1.* Arnisæ. *Polit. lib. 1. cap. 11.* Althus. *Politic. cap. 39. & ultim.* aliosque. Ubi tamen ambulatoriè initiò non prætereundum; per manum & per dextram indigitari magnam Principis potestatem Rupert. *ad Enchirid. Pompon. pag. 38. & seqq.* Cœterùm tria maximè notabilia hoc loco consideranda esse censemus.

*Primò* distinctionem inter potestatem ordinariam, & extraordinariam, quam *suprà tit. 3. § 9.* dedimus, reprobatam tamen ab Anton. Fabro *in Jurisprud. Papinianeæ scientiâ, ad tit. Instit. de jur. nat. gent. & civil. princip. 8. confutat. 2. pag. 70.* à Carolo Tapiâ *comment. in rubr. & l. fin. ff. de Constit. Princip. dict. cap. 1. num. 77.* & à Did. Covarruv. *lib. 3. variar. resolut. cap. 6. num. 8.* nos verò eam, omninò consistere posse autumamus, cum Petr. Anton. de Petra *tractat. de jur. quæsit. non tollend. per Princip. dict. cap. 1. num. 8. cap. 2. & cap. 3. suprà dict. titul. 3. §. 9. & §. seq. 10.* In hoc primo notabili obiter quæritur: *Utrum Cæsaris potestas Tyrannis?* Cujus quæstionis decisionem brevem

vide

vide apud Cyriac. Lentul. *in August. de Republ. in Monarch. convertend. p.* 214. De cœteris partibus & notis Principalis potestatis, lege Gudelin. *Comment. ad Jus noviss. lib.* 5. *cap.* 3. Plutarchus, quem hîc attentè audiamus, inquit: *Ut qui obtuso freno conatur equum domare, excutitur, equo contemnente frenum: Sic qui populum vincere conatur, non satis instructus potentiâ, ab imperio deturbatur.*

*Secundum* notabile est: *An Principatus aliis imperiis præferendus?* Quæ quæstio maximis *Politicorum* primam fecit paginam. Cyriacus Lentulus *in August.* sive *de convertendâ in Monarch. Republ. pag.* 35. ejus explicationem toto volumine parturiendam promittit. Justus Lipsius *in monit. & exempl. Polit. lib.* 2. *cap.* 1. per sex monita, *Principatum aliis imperiis præferendum videri*, demonstrat, (1.) antiquissimum hunc esse. (2.) communissimum hunc esse. (3.) justitiam in eo magis exerceri. (4.) tranquillitatem & concordiam coli. (5.) modum regendi meliorem tutioremque esse. (6.) maxime hanc imperii formam diurnare. Carol. Tapia *dict. comment. de Constitut. Princip. dict. cap.* 1. *num.* 1. & 2. potestatem Principis ab ipso mundi exordio originem sumpsisse, post diluvium autem verè fuisse institutam, & Nimrod primum totius orbis Regem fuisse, tradit. Cum quo consentit Dn. Forstner. *not. politic. ad Tacit. lib.* 1. *Annal. cap.* 1. *init. pag.* 1. Unius porrò imperium cœteris omnibus præferunt Bodin. *lib.* 6. *de Republ. cap.* 4. & *in method. histor. cap.* 6. Arnis. *doctrin. dict. lib.* 1. *cap.* 10. *pag.* 106. & *seqq.* Reinkingk. *lib.* 1. *de reg. sec. & eccles. class.* 1. *c.* 1. *num.* 21. & *seqq.* Plutarch. *tom.* 2. *de trib. Reip. gener. num.* 56. Aristot. *lib.* 3. *Polit. cap.* 5. 7. 10. & 12. Mæcenas *in oratione pro Monarchiâ.* apud Dion. Cass. *lib.* 52. *suprà tit.* 3. §. 5. *num.* 2. *pag.* 44. laudatâ. Gregor. Tholosan. *in Syntagm. jur. univers. lib.* 47. *cap.* 15. *num.* 24. Lips. *lib.* 2 *Polit. cap.* 2. Althus. *cap. ult. Politic.* Paul. de Ivanicke *Politic. ex Tacit. lib.* 1. *cap.* 1. Erasm. Ruffer. *disput. histor. polit. Argent.* 1630. *sub Præsid. Dn. Bernegg. quæst.* 1. Blas. Schreib. *disput. histor. polit. Argent.* 1620. *sub Præsid. Dn. Bernegg. thes.* 28. & *seqq.* Molina *de Justit. & Jur. tract.* 2. *disput.* 23. *num.* 14. Dan. Otto *dissert. jurid. Polit. de jur. publ. Imper. Roman. cap.* 7. *pag.* 123. &c. Matth. Stephan. *lib.* 2. *de jurisdict. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 105. & *seqq.* Philipp. Camer. *in oper. horar. subcisiv. centur.* 1. *cap.* 88. Thom. Morus *in Utop. lib.* 1. *cap.* 2. Quibus omnibus tamen jungendus maximè est Christophor. Besoldus, qui, *in thesi*, mixtæ Reipubl. formam, seu Monarchiâ & Aristocratiâ ac Politiâ temperatam, præ reliquis excellere autumat, ideò, quod in eâ Imperii formâ, integritati legum justitiæque pleniùs cautum esse videatur: ubi nempè unus sit Regens & Director, sed alii adhuc, qui eum ne peccet, prohibeant, ejusque laudabiles conatus juvent. dict. Besold. *Synops. Polit. lib.* 1. *cap.* 3. *thes.* 7. & *discurs. Politic. de Reip. formarum inter se comparatione, cap.* 1. Si verò non simpliciter, sed, *in hypo-*

*hypothesi*, hanc rem dijudicemus: nullam tunc Reipubl. speciem alteri absolutè præferendam, sed ut populorum diversi sunt mores, habitus atque ingenia, ità vel uni, vel alii genti diverso tempore aliam congruere putamus Reipubl. formationem: hancque prudentia politica eidem appositè & conformiter applicat, omnibus simul circumstantiis consideratis. Et ità boni *Politici* munus est, non tantùm præstantissimam & omnium votis optandam Reipubl. formam in thesi, sed etiam eam, in antithesi contemplari, quam tempora, quam res & opportunitates, itemque mores Civium perfici & consistere patiuntur, Aristot. *lib.* 4. *Polit. cap.* 1. Dn. Forstner. *not. pol. ad Tacit. lib.* 4. *Annal. cap.* 33. *pag.* 374. Sic Franci libertatem, Helvetii servitutem non admittunt. Florentinorum licentia liberior rectè transmutata fuit in severiorem administrationem. Quidam nec libertatem, neque servitutem plenam ferunt, quod de *Romanis* olim Tacitus *lib.* 1. *histor. cap.* 16. *vers.* 7. testatur. Alii libertatem ignorant, & servi sunt naturâ: quo intuitu Aristot. *in Polit. non uno loco* ait: Barbaros naturâ servos esse, & ideò libenter ferre dominatum, eò quod sciant obedire, sed non imperare. Ac sanè quomodo Cicero *in paradox.* ex *Stoicorum* sententiâ concludit; omnes sapientes esse liberos: eâdem ratione *Aristoteles* disputat; omnes insipientes esse servos, *hoc est*, ad servitutem à naturâ destinatos. *Aristotelis* autem & *Philosophorum* sententia, de naturâ servis loquens, accipienda est in eum sensum, quo Plutarch. *in Pelop.* ait: *Pelopidam* naturâ Imperatorem fuisse, non quidem quòd talis natus fuerit, sed quod prudentiam regiam naturâ haberet: adde *Decadem nostram quæst. miscell. Groning.* 1638. *sub Præsid.* D. Joh. Steinberg. *quæst.* 6. Dan. Heins. *Epist.* ad Dn. Georg. Richter. Jct. & Consil. Nor. *in Orat. p.* 583. & Arnisæ. *doctr. Polit. lib.* 1. *cap.* 4. *pag* 82. Besold. *Synops. Politic. dict. lib.* 1. *dict. cap.* 3. *thes.* 8. *& cap.* 14. *thes.* 1. *&* 2.

*Tertium notabile* est de potestate moderni Imperatoris. Quam quia *suprà tit.* 4. §. 9. ex *novissimâ Capitulatione*, ibique Carpzov. *comment. ad Leg. Reg. Germ.* & Limn. *annotam. ad Capitul. Imper.* variis modis limitatam esse quodammodò ostendimus: ideò *hic* actum agere nolumus, cùm præsertim Matth. Stephan. *lib.* 2. *de jurisdict. part.* 1. *cap.* 1. *membr.* 1. *&* 2. Tob. Paurmeister. *lib.* 2. *de jurisdict. cap.* 4. Limn. *lib.* 2. *de jur. publ. cap.* 9. & alii, qui de Status nostri Legibus fundamentalibus scripsêre, potestati Imperatoriæ multis in articulis, qui olim ejus arbitrio relicti, arctiores, fines præscriptos, aliosque ab antiquis differentes terminos positos esse, doceant: nihil tamen *Cæsareæ Majestati*, ut *suprà tit.* 3. §. 9. *circa fin.* contra *Hippolythi à Lapide* iniquitates singulariter protestati sumus, derogatum, vel ademptum esse volumus, quin imò *Imperatorem*, salvâ *Majestatis* essentiâ, in *Capitulationem Cæsaream* jurare, *suprà titul.* 4. §. 4. probavimus, Imperiumque hodiernum, quamvis

P ejus

ejus *Aquila*, habito respectu ad præterita secula, satis deplumata appareat, ejusvè præcipuæ plumæ evulsæ videantur, stare tamen adhuc satis illustre in modicis etiamnum reliquiis, & reliquo Orbi satis formidabile esse, ac in fortissimâ *Germanorum* natione consistere, ex Nicolai Myleri *delineatione de Princip. & Stat. Imperii Rom. Germ. cap.8. num.1. & 2.* constat, qui *dict. cap.8. num.3.* porrò refert, quod *Imperii Romano-Germanici* potentiam, vires, & militandi fortitudinem, tricennale bellum Germanicum satis contestatum fuerit, additque, Imperatorem *Ferdinandum II. anno 1627.* post conclusam cum Daniæ Rege Pacem, trecenta & sex legiones militum fortissimorum sub vexillo *Imperialis aquilæ* habuisse & aluisse. Hæc *Imperii Romano-Germanici* facies & imago scitè appellatur *Corpus Imperii Christianum*, das Heilige Römische Reich Teutscher *Nation*, *Receß. Imper. Ratisb. anno* 1541. *Princ.* constans *Capite* & Membris, *Aur. Bull. Caroli IV. cap. 2. Receß. Imper. Colon.* 1512. *in Princ. & passim.* Dn. Limn. *lib. 1. de jur. publ. cap.7. num.50.* seu *Corpus mysticum*, ad corporis vivi verique imaginem, cujus caput est *Imperator*, Limn. *dict. lib.1. dict. cap.7. num.51. 52. 53. & seqq. suprà dict. tit.4. dict. §.4. Receß. Imp.* 1530. §. Deßgleichen Wir/ ibi, als Römischer Keyser und Haupt. qui ratione dignitatis & auctoritatis, omnibus Regibus tàm Christiani Orbis, quàm infidelium, præcellit, Quetta *consil.1. num.9.* Besold. *Synops. Polit. lib.2. cap.10. thes.8.* Limn. *lib.2. de jur. publ. cap.7. num.25. & seqq. & tom.4. ad dict. lib. & cap. num.33. pag.237. & seq.* Membra sunt Status Imperii, veluti Electores, Principes, Comites, Civitates, als des Römischen Reichs einverleibte Glieder. *dict. Receß. Imper. Ratisbon. de anno* 1541. *dict. Princ.* Limn. *dict. lib. & cap. num.52.* Carpzov. *pract. Crimin. part. 1. quæst. 41. num. 75.* quæ à *Capite* ritè dispensantur, Reinkingk. *lib.1. de reg. sec. & eccl. claß. 3. cap. 1.* Besold. *in thes. pract. lit. R.* verb. Römisch Reich. Dn. Limn. *dict. lib. 1. dict. cap.7. dict. num.50. & seqq.* adde Jacob. Aug. Thuani *lib.2. histor. à pag.72. usq. ad pag.78.* vide etiam *infrà titul.* 13. plura, ubi Status Imperii hodiernus copiosiùs demonstratur.

## Pars II. de voluntate & Justitiâ.

### §. 3.

Potestatem *Principis*, quàm latissimam esse, *superius* audivimus, ejus voluntas sequitur, quæ potestate longè inferior est, Carol. Tapia *de Constitut. Princip. cap.2. Princ.* Barschamp. *de clausulis. cap.23. §. 2. num. 20. & seq.* Petr. Anton. de Petra, *tractat. de jure quæsit. non tollend. per Princ. cap.28. num.* 88. ideoque clausulæ, *ex certâ scientiâ, ex plenitudine potestatis, & motu proprio,* non operantur, ubi potestas Principis deficit, & non eatenus sese extendit, Tapia

Tapia *dict. cap.* 2. *num.* 27. Cùm autem hæc voluntas ſummæ juſtitiæ conjuncta ſit, ideò Princeps nec jura tollere, nec alicui præjudicium velle afferre præſumitur. Tap. *dict. cap.* 2. *dict. pr.* Petr. Anton. de Petra, *d. tract. de Poteſtat. Princip. cap.*37. *& cap.*39. *cum ſeqq.* omnis enim de eo ſiniſtra abſit opinio, & rideantur, qui extra terminos juſtitiæ habiles per *placita* Principum, vagas eorum libidines intelligunt: id ſolummodò, quod juris & juſtitiæ objectum facit, ſubjectam eſſe materiam, *in l.*1. *ff. de Conſtitut. Princ. & §.*6. *Inſtit. de jur. nat. gent. & civil.* ſuprà *titul.*2. §. 6. docuimus. Verba Bœcleriana *in Comment. ad Tacit. Ann. lib.*1. *cap.*4. *annot.*1. *pag.*64. *& ſeqq.* ità ſeſe habent: *In ſtatu libertatis, legis ſuprema eſt auctoritas; in regimine unius, Princeps ipſe ſumma & viva lex eſt. Ibi ſententia legum, hìc juſſa Principis attenduntur, trahique poteſt in hunc ſenſum, quod Juſtinus de antiquis temporibus ſcripſit: arbitria Principum pro legibus erant, lib.*1. *cap.*1. *num.*2. *ſed hæc nota ſunt & vulgata: nobis hâc occaſione lubet illa juſſa Principum penitius introſpicere, & in quantum vigorem legis obtineant, aut vicem ſuppleant, expendere, idque breviter & pro ratione inſtituti. Itaque ſi rem ex ipſis primordiis veſtigamus, Principis voluntatem & juſſa, legis auctoritatem æſtimationemque tùm demum mereri deprehendimus, ſi ſunt naturæ, legis conformia, i. e. ſi ſunt juſta & honeſta: id quod adeò de natura legis eſt, ut ſine eo lex nec eſſe, nec dici poßit. Cum enim Lex, ſicut paßim Plato, Hierocles, aliique agnoverunt, ſit quædam quaſi divinæ voluntatis, quæ ſemper bona & juſta eſt, expreßio, aut ad eam conformitas; fieri nequit, ut tàm auguſto nomine veniat, quod ab origine & fine ſuo divertit, &c.* Quoad voluntatem itaq; videbimus ante omnia, quid *velle* ſignificet: & quidem verbum *volo* ſolam & meram indicat voluntatis declarationem: & nemo præſumitur velle, niſi qui priùs eligit, & nemo eligit, qui ignorat, *l. non videtur.* 28. *ff. de liberal. cauſ.* Velle opponitur *nolle*, quod eſt *vetare*, Barſchamp. *de clauſulis. cap.*3. *num.*14. & *dict. cap* 3. §. 1. *per tot.* vetare autem medium eſt inter ceſſationem & revocationem voluntatis, & revocare, & ceſſare voluntatem, inter ſe differunt, Philippus Decius *ad l.* 3. *ff. de Reg. jur.* Inter *nolle* verò & *velle*, medium eſt *non nolle*, id eſt, pati & tacere, quibus verbis tacita voluntas & permiſſio denotatur. Barſchamp. *d. cap.*3. §. 1. *& §. ſeq.* In quibusdam enim actibus tacita ſufficit voluntas, & taciturnitas conſenſum imitatur, de quo vide *l.*2. § *ſcientiam. ff. ſolut. matrim. l.* 1. §. *ſcientiam. ff. de tribut. action.* Quò alioquin pertinent, quinque præstereà Leges *dicti tituli ff. de Regul. Jur.* ut, *ll.* 40. 50. 109. 110. §. 2. *&* 189. Legantur Dd. *ad d. l.* 3. *ff. de Reg. Jur.* maximè autem Dn. Jac. Gothofred. qui (*in ſuo commentar. elegantiß. & doctiß. in dictum titulum. ff. de diverſ. regul. jur. antiq. ad d. l.* 3. *pag.*32.) hanc adhibet paraphraſin: *Eum demùm tacitè dici poſſe conſenſum ſuum alicui rei, veluti acquirendæ hæreditati, accommodare taciturnitate ſeu patientiâ ſuâ ejus denique patientiam*

*quid operari, qui si velit, etiam possit expressè & formaliter jubere seu velle.* Explicatis verborum significationibus, realem addemus descriptionem, eamque triplicem. Prima est A. Gualteri Donaldsoni *in Synops. Philosoph. moral. lib. 2. cap. 5. pag. 79.* quòd sit *appetitio veri boni vel apparentis cum ratione.* Altera est Joh. Theodori Sprengeri *in semestralib. jurid. ad l. 21. §. 5. ff. de tutor. & curator. dat pag. 272.* quòd sit *facultas, quâ quis aliquid rationabiliter & liberè appetit.* Tertia Autoris *libelli de anima, cap 16.* quòd sit *animæ intelligentis vis, quâ ea, quæ ab intellectu apprehensa & judicata fuére, homo vel eligit vel aversatur*; quam postremam laudamus & approbamus, adde tamen Georgium Barschamp. *de clausul. cap. 3. num. 11.* & Franc. Mantic. *tractat. de conjectur. ultim. volunt. lib. 1. tit. 3. num. 5. & 6.* Dn. m. & Præc. Wilhelm Ludwell. *tract. de ultim. volunt. part. 1. cap. 1. thes. 1. pag. 2.* Voluntas est, vel tacita, vel expressa: seu, juxta Sprenger. *in semestral. jurid. ad dict. l. 21. §. 5. ff. de tutor. & curator. dat. pag. 275. & seq.* vel interna vel externa: sive, juxta *eundem. pag. 277. & seqq.* vel certa, vel præsumpta. Certa est, quæ tàm clarè patet, ut nullum illius sit dubium. Præsumpta, quæ obscura à Lege explanatur. Et hæc quidem rursus duplex est: vel juris, vel juris & de jure: Juris, quæ contrariam contrariæ voluntatis probationem admittit: Juris & de jure, quæ omnem contrariam probationem excludit. Cum utraque circa varias versetur materias, Sprengerus *dicto loco*, utriusque exempla quædam, non omnia quidem, sed nobiliora solùm subjecit, adde Barschamp. *de clausul. cap. 4. per tot.* voluntatis effectus *primus* est, ut aliquando idem operetur, quod factum, in successionibus, contractibus, & delictis, Sprenger. *dict. loc. pag. 282. & seqq.* adde Wolffgang. Theodor. Baderi *disput. inaug. Argent. 1645. de conatu punibili.* nec non Christophori Theophili Dillherrns *disput. inaug. Altorf. 1649. de conatu pœnam incurrente.* Jac. Menoch. *lib. 2. de arbitr. judic. quæst. cas. 360.* Mynsinger. *centur. 3. observ. 9.* Carpzov. *in pract. crimin. part. 1. quæst. 2. subquæst. 5.*

*Has patitur pœnas peccandi sola voluntas,*
*Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum*
*Facti crimen habet, cedo, si conata peregit?*

Juven. *Satyr. 13. pag. 78.* *Secundus* voluntatis effectus est, ut adimpleri debeat, *l. 6. §. 2. ff. de adim. legat. l. 11. §. 19. ff. de legat. 3. l. 35. §. 3. ff. de hered. instit. l. 18. C. de fideicommiss. l. 5. C. de neceß. serv. l. 57. §. 1. ff. ad Trebell. l. 101. de condit. & demonstr. §. 34. Institut. de legat.* modo legibus correspondeat, *l. 28. § 2. Codic. de Episcop. & Cler. l ult. ff. de aur. & arg. leg. l. 5. §. pen. ff. de admin. tut. l. 12. ff. de condit. instit. l. 16. ff. de usufruct. legat.* *Tertius* voluntatis effectus est, ut distinguat actus & maleficia, *l. 20. Cod. de adult. cum not. l. 5. Cod. de*

sicar.

*ficar. l.39. ff. de furt.* Voluntas extinguitur morte, Sprenger. *in semestral ju-
rid. ad dict. l.21. §.5. ff. de tutor. & curator. dat. pag.285. & seq.* Celeberrimus
ille JCtus Petrus Antonius de Petra *tract. de Potestat. Princ. cap.24.* hanc tra-
ctat principalem quæstionem: *An Princeps sine causa de plenitudine potestatis
tertio præjudicare possit?* quam quidem negat, variè tamen limitat: inter cæ-
teras autem limitationes ea est insignis, quod scilic. negativa non procedat,
quando Princeps fuit ex voluntate suâ *Causâ*, quod aliquod jus alicui quære-
retur, quia tunc ejusdem solâ voluntate potest auferre, *dict. tractat. cap.25.*
ubi, & aliquot *seqq. capp.* hanc limitationem per 39. exempla illustrat. Plura
voluntatem Principis concernentia, vide apud. eund. *cap.39. & seqq.*

## §. 4.

Voluntatem cum justitiâ arctissimè conjunctam esse, *præcedens para-
graphus* ostendit, cui quodammodò, § 6. *in tit.2.* consentire videtur. Quâ in
re commendandâ, si *Theologorum, Jurisconsultorum, Philosophorum, Historico-
rum, & Poëtarum* autoritates etiam requirimus, innumerabilis hîc se nobis
offert turba! videatur Josephi Langii *Antholog.* verb. *Justitia. Præsidio Justi-
tia confirmatur thronus Principis*, inquit Salomon. *Proverb. 16. vers. 12. & Pro-
verb.25. vers.12.* Dn. D. Joh. Schmid/ Theologus apud Argentoratenses cele-
berrimus, p. m. *in præfat. ad conciones de conditionibus Pacis, ex Psalm. 85. v. 11.*
videatur ejusdem *conc.8. de condition. pac. pag 156.* Ludov Molin. *de Justit. &
jur. tract.1. disp. 8.* Justitiæ vim & naturam explicat, quod & plurimi alii *Ju-
ris.consulti* faciunt. Cùm enim Æterni tribunal Judicis illum reum non ha-
beat, quem injustè Judex condemnat, *c. 1. in Princ. de sentent. & re jud. in 6.*
meminerit, cùm sententia dicenda est. Judex, se *Deum* habere testem, men-
temque *h. e.* conscientiam suam: & proinde boni est innocentis viri officio
fungatur, *l. cæteræ. 4. §. mala 1. ff. Famil. herciscund. Philosophorum*, quoad
principia practica, alii *Philosophiæ Morali*, alii *Politicæ* incumbunt, cui quasi
in- & subest *Oeconomica*, Joh. Henr. Alsted. *encyclop. Philos. lib.1. cap. 9. & in-
troit. in Philos. pract. ante lib.16. pag 1632.* ubi *Philosophiæ practicæ* trifolium es-
se dicit, *Ethicam, Oeconomicam & Politicam.* Cicero, Philosophiæ moralis
Princeps, *tantam*, inquit *lib.2. de offic. cap. 11. pag. 41. justitiæ vim esse, ut nec ii
quidem, qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine ullâ particulâ justitiæ vive-
re. Cùm igitur* (inquit ibid. *paulò post*) *tanta vis justitiæ sit, ut ea etiam latro-
num opes firmet atque augeat; quantam ejus vim inter leges, & judicia, & insti-
tuta Reipublicæ fore putamus?* Aristoteles, sapientiæ civilis filius, *lib.5. Politic.
cap.10. post Princ. pag.627.* Βούλεται, inquit, ὁ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ, ὅπως οἱ μὲν
κεκτημένοι τὰς οὐσίας μηθὲν ἄδικον πάσχωσιν: ὁ δὲ δῆμος, μὴ ὑβρίζηται μηθέν. i. e.
*Rex solet vigilare, ut, qui rem quidem habent, nulla injuriâ afficiantur, populus*

*verò nullâ contumeliâ*: absque Justitiâ enim nullum in terris diuturnum esse potest Imperium, *Receß. Imp. Ratisb. de anno* 1603. §. Wie hoch und viel dann/ ibi: an der heilsamen *Justitien* gelegen/ ohne welche kein Reich oder guter Nahmen in der Welt immer kan bestehen/ *& Receß. Imper. noviß. Ratisbon. de anno* 1654. §. 2. ibi: Das *Justitz*-Werck/ ohne welches kein Mensch in ordentlichem friedenlichen Wesen erhalten werden kan/ in fürderlichen Gang wiederumb zu richten/ adde Autorem *Comitiol. Ratisbon. anno* 1654. *part.* 4. *differt.* 1. *pag.* 185. *& seqq. & part.* 5. *per tot.* & justitia inter præcipua Regni infertur Clinodia, *Rec. Imp.* 1567. §. Wiewol wir/ *in fin.* ibi: gehorsamung der H. *Justitien*, als deß einigen höchsten Kleinods im Reich/ ꝛc. Quantam *Alexander Magnus* justitiæ laudem ab ipso *Dario* Persarum Rege, proprio hoste, ejusque Legato primario, reportaverit, testis est Historicorum Phœnix, Q. Curtius Rufus, *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 34. *& eod. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 2. de cujus singulari justitia, *in differtat. nostrâ historico-politicâ.* (quam Argentorati 24. *April. Anno* 1634. sub *Dn. Berneggeri* p. m. præsidio, publicæ disputationi subjecimus) *a thes.* 92. *usque ad thes.* 103. multa singularia, tàm in politicis quàm historicis, annotavimus. Ubi tamen obiter, & quasi per πήδησιν, vel ἀφαμαρτανόμενον τῆς ὁδοῦ, silentio non præterire liceat, nos præmemoratam *dissertationem Curtianam* (cujus pleraque, præsertim quoad decentem rerum ordinem, primùm non propriâ, fatemur enim, sed alienâ veste, cultu scilicet *Bœcleriano*, induta fuêre) paucos ante annos, proprio Marte, operâ, ac curâ, duplo majorem perfecisse, ac *Alexandrum* non jam *Magnum*, sed seipso *Minorem*, & quasi in *Nicolai Machiavelli* schola sedentem, exhibuisse & adjunxisse, repræsentando ejus (1.) *audaciam & timiditatem*, (2.) *imprudentiam & nimiam curiositatem.* (3.) *adversam fortunam*, (4.) *odium & contemptum sui-ipsius*, (5.) *omnis religionis & sacrorum abjectionem, securitatem, ac superstitionum varias formas*, (6.) *iniustitiam ac perfidiam*, (7.) *Impietatem, arrogantiam, & contemptum Superiorum*, (8.) *crudelitatem*, (9.) *avaritiam ac profusionem*, (10.) *crapulam ac libidinem*, (11.) *iracundiam*, (12.) *superbiam*, (13.) *negligentiam tarditatem, ac mollitiem, ac tandem*, (14.) *inconstantiam, animi dejectionem, ac pusillanimitatem*: non aliter, quàm initiò (scilicet anno 1634.) *Alexander Noster* à (1.) *fortitudine*, (2.) *peritiâ prudentiâque*, (3.) *felicitate*, (4.) *auctoritate & majestate nominis*, (5.) *curâ sacrorum*, (6.) *justitiâ*, (7.) *pietate in parentes*, (8.) *clementiâ & æquitate*, (9.) *liberalitate*, (10.) *continentiâ ac temperantiâ*, (11.) *comitate ac humanitate*, (12.) *cultus moderatione*, (13.) *celeritate*, denique (14.) à *vigore militari, Magnus*, in dictâ *dissertatione historico politicâ* celebratus ac deprædicatus fuit. Sed novus labor, de quo diximus, bonum & malum Principem in ideâ quasi depingens, prælum nondum sustinuit. Cœterùm (ut per ἐπαναστροφὴν ad commendationem justitiæ redeamus) ex Justo Lipsio *in monit. & exempl.*

*exempl. Politic. lib.* 2. *cap.* 9. plura petantur exempla justitiæ historica ab illis, qui talibus delectantur, adde Dn. Bœcler. *commentar. ad lib.* 1. *Annot. Tacit. cap.* 9. *annot.* 9. *pag.* 166. *& seqq.* Benè & Musarum filius Hesiodus *Theog.* 2. *vers.* 88.

Τοὔνεκα γὰρ βασιλῆες ἐχέφρονες, οὕνεκα λαοῖς,
Βλαπτομένοις ἀγορῆφι μετάτροπα ἔργα τελεῦσι.

*Hâc unâ, reges olim, sunt fine creati:*
*Dicere jus populis, injustaque tollere facta.*

Homerus, qui omnia scivit, *Odyss. lib.* 19. *pag.* 565. de justitiâ istud:

Ὥς τέ τευ ἢ βασιλῆος ἀμύμονος, ὅς τε θεουδὴς
Ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσων,
Εὐδικίας ἀνέχησι· φέρησι δὲ γαῖα μέλαινα
Πυροὺς καὶ κριθὰς, βρίθησι δὲ δένδρεα καρπῷ,
Τίκτει δ' ἔμπεδα μῆλα, θάλασσα δὲ παρέχει ἰχθῦς,
Ἐξ εὐηγεσίης. ἀρετῶσι δὲ λαοὶ ὑπ' αὐτοῦ.

*Ut cum Rex bonus imperat, & metuens Divorum,*
*In multis populis & fortibus: ille quoque idem*
*Justitiam colit: observes & tunc sola terræ,*
*Fructus ferre suos, & fruges fundere, itemque*
*Fœtificare armenta, & pisces exundare:*
*Nempe ex justitia. Populisq; bene atq; beate est.*

His igitur fundamenti loco præmissis, ad conjunctionem, in specie, justitiæ Principis cum ejus voluntate revertendum, & (ut *suprà* §. 3. *ab init.* libatum) inquirendum est: (1.) *An Princeps jura tollere, &* (2.) *alicui præjudicium velle afferre præsumatur?*

I. Utrumque (indubitato honore & amore erga Principis justitiam) à Carolo Tapiâ *de constitut. Princ. dict. cap.* 2. negatur: & quidem *num.* 1. *ibid.* certissimi ac clarissimi juris esse dicitur, quòd jura tollere non præsumatur in dubio: excipit tamen, *primò*, quando constat de contrariâ Principis voluntate; ex clausulâ quippe, *non obstante quacunque in contrarium dispositione*, colligitur, quod plenitudine potestatis uti, & jura tollere velit, quâ clausulâ Princeps utitur, quando vult juris impedimentum tollere. Tap. *dict. cap.* 2. *num.* 2. *& seqq.* Tanta enim est Principis potestas, ut si quid *ex plenitudine potestatis*, clausula. *non obstante, &c. ex certa scientia, & motu proprio*, faciat, id præsumatur facere ex justâ, causâ, etiamsi videatur vi auferre & tribuere alteri, Barschamp. *de clausul. cap.* 23. *num.* 5. *& c.* 27. *num.* 87. *& seqq.* & quan-

tam

tam ejusmodi clausulæ abrogatoriæ, cassatoriæ, annullativæ, revocatoriæ, & irritantes, vim habeant, docet iterum Georg Barschamp. *de clausul. dict. cap.23. num.2. & 41.* Petr. Anton. de Petra *tract. de Potest. Princ. cap.45. & ult. pag.678.* ubi de clausulis ejusmodi omnibus simul junctis, quid operentur, agit: An verò in dubio præsumatur justa causa, vel an probanda sit, in facto Principis? latius deducit iterum cum laude nominandus Petr. Ant. de Petr. *dict. tract. de Potest. Princ. cap. 37. & 38. pag.602. & 609.* porrò in *capp. 43. & 44. pag.655. & 674.* de clausulâ (*non obstante, &c.*) specialiter tractat. Firma igitur *Tapiæ nostri* stat sententia, quod Princeps in dubio jura tollere, seu potestate absolutâ uti velle, non præsumatur, adde adhuc Petr. Anton. de Petr. *dict. tract. de Potest. Princ. cap.39. pag.626. num.1.*

*Secunda* Caroli Tapiæ (*dict. cap.2. num.11.*) exceptio est, quòd Princeps ex clausulâ, *ex certâ scientiâ,* uti possit plenitudine potestatis, junge Petr. Anton. de Petra *d. tr. cap.41. pag. 640.* ubi de clausulâ, *ex certâ scientiâ.*

Carolus noster Tapia, *tertiò,* à *suprà* dictâ regulâ excipit, ac Principem hâc potestatis plenitudine tunc uti velle, *dict. cap.2. num.12. & 13.* putat, cùm actus non valeret de potestate ordinariâ, quò pertinere videtur clausulâ, *supplentes omnes juris & facti defectus, si qui forsan intervenerunt,* de quâ clausulâ Petr. Anton. de Petra *d. tract. cap.44. num.24. & seqq.*

Pro *quartâ* limitatione videtur Princeps jura tollere ex Rescripti geminatione, quod habet vim clausularum, *non obstante, ex certâ scientiâ, supplentes, &c. & motu proprio*: Carol. Tap. *dict. cap. 2. num. 14. & seqq.* de clausulâ (*motu proprio*) in specie agit Petr. Anton. de Petra *d. tr. cap. 40. pag. 633.* nec non de cumulo omnium clausularum simul copulatarum, illarumque effectu & operatione, *Idem ibid. dict. cap. fin. p.678.*

*Quintò* tandem & ultimò, Princeps & clausulâ *de plenitudine potestatis* hoc ipsum facere videtur, Tapia *dict. cap. 2. num. 19. & seqq.* de clausulâ *ex plenitudine potestatis,* vide iterum Petr. Ant. de Petr. *cap.42. pag.651.* quò pertinet etiam *suprà* dicta clausula, *supplentes &c.* Petr. Anton. *dict. cap.44. dict. num.24. pag 678.*

Coronidis loco discutitur, *An Princeps possit parti tollere defensionem?* cui noster Antonius *d. tr. de Potest. Princ. cap.26.* egregiè, pro more, respondet, remque prolixè illustrat *à pag.417. usque ad pag.423.*

II. Quod verò Carolus Tapia *de Constitut. Princip. dict. cap.2. secundo* asseruit *loco,* non censeri Principem in dubio, sine causâ, velle præjudicare tertio, probatur pluribus *d. cap.2. à num.23. usque ad fin.* quò nos, uti & similiter ad nostrum Petrum Anton. de Petra *dict. tract. de Potest. Princip.* (aliena enim pro nostris vendere nolumus) referimus. Proponit autem sæpiùs prædicatus JCtus Placentinus duas, hâc de re, perquàm notabiles quæstiones.

(1.) An

(1.) *An Princeps per absolutam potestatem possit juri quæsito alteri præjudicare sine causâ?* eamque quæstionem *à cap.* 24. *usque ad cap.* 34. per rationes dubitandi, decidendi, refutandi, ampliationes, limitationes, & exempla innumerabilia, copiosissimè deducit, de quibus *suprà* §. *mox præcedent.* 3. *circ. fin.* mentio quædam facta. (2.) *An Princeps de plenitudine potestatis, ex causâ jus alteri quæsitum auferre possit? à capite* 34. *usque ad finem*, quibus quamplurimæ aliæ inseruntur cognatæ & affines quæstiones, quæ *dict. capp.* videri & legi possunt, quibus commodum est: videatur *inaugural. nostra, thes.* 44. *ibique not.*

## *Parte* III. *de æquitate & clementiâ Principis non-nulla proponuntur.*

### §. 5.

Justitiæ rigorem, ac summum jus, ne in hominum injuriam convertatur, æquitas ac clementia temperant. quæ propria Principis virtus est, in conflictu enim sive contentione juris stricti & æquitatis, maxima Principis est authoritas, Giphan. *in explanat. LL. Cod. ad l.* 1. *C. de Leg. & Constit. Princip. pag.* 14. quæ malè dividitur in scriptam & non scriptam, Giphan, *comment. de divison. jur. thes.* 10. Vizzan. *de mandat. Princip. ad Nov.* 17. *c.* 2. *num.* 19. *& seqq.* cum itaque Justitia Principis misericordiæ dulcedine temperata esse debeat, *c. disciplinam.* 45. *dist.* ideò nobis videtur æquitas principaliter probari *origine, jure, ratione, autoritate & exemplis.*

I. Origine divina est hæc virtus, & Princeps in nullâ aliâ qualitate est generosior, quàm in misericordiâ, nec admirabilior, quàm in clementiâ, neque Deo propius accedit, quàm si conferat salutem hominibus, vel dando, si eguerint, vel parcendo, si deliquerint, vel indulgendo, si supplicaverint, ut tradit, Chassan. *in catalog. glor. mund.* 5. *part.* 6. *considerat. in fin.* per hanc sola Dei imitatio servatur, *l. f. C. de don. inter vir. & ux.* juxta illud Claudiani:

- - *sola Deos æquat clementia nobis.*

Reinkingk *de reg. sec. & eccl. lib.* 2. *cl.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. 9. 10. 22. 23.

II. Æquitas principaliter probatur per text. *in d. l.* 1. *Cod. de Legib. & Constit. Princip. & l.* 9. *C. eod.* ubi duritiem legum humanitati Principali incongruam, soli semper Principi emendandam relinqui dicitur, & per alios textus *titul. ff. de R. J. in l. Marcellus* 66. *in l. in ambiguis.* 85. §. *quotiens.* 2. *l. in omnibus.* 90. *l. etsi nihil.* 183. Judicem verò & Magistratum secundum jus & Leges judicare debere, & non secundum id, quod ipsi juxta suum arbitrium

æquum videatur, elicitur ex eâdem *l. 1. C. d. t.* Quâ de re conqueritur *Justinianus* initio *Institut. & in l. 2. C. de vet. jur. enucl.* ubi *ait*: ante suam compositionem juris judices pro suo arbitrio judicare solitos: voluntate (*inquit*) judicum magis, quàm legitimâ auctoritate lites dirimebantur. Cœterum si quis casus occurrat, qui legibus aut jure non sit definitus, de hoc potest magistratus, vel is qui præest jurisdictioni, judicare, non tamen quicquid velit, sed ut virum bonum decet, *l. 10. & trib. seqq. ff. de LL.* Et ita quoque judices *Athenis* jurabant, se de iis casibus, de quibus essent Leges, judicaturos æquissimo arbitrio & sententiâ, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ, ut *ait* Julius Pollux *lib. 8.* Crudele (*inquit* Cassiodorus *lib. 7. epist. 8.*) nihil facit, qui sequitur Leges. Et *Symmachus*, Magistratus (*inquit*) quoque Legibus mitior esse non debet: ideò pœnas Legum non evadet judex, qui non ex Legibus, sed ex suâ voluntate judicat, *l. 2. C. de commerciis. l. 1. in f. & l. pen. in f. C. de Pagan. l. ult. C. ne sacr. baptism. iteretur. l. 1. C. de desertoribus.* adde Nicol. Vigelii *method. jur. controv. lib. 2. cap. 16.* rubric. *de offic. judic. regul 9. & seq.* & Besold. *Synops. Polit. lib. 1. cap. 2. thes. 32. & 39. & 42.*

III. Rationibus æquitas probatur principaliter, & *primò* ratione dubitandi, quod in omnibus rebus præcipua ratio æquitatis, quàm stricti juris esse debeat, *l. placuit. 8. C. de judiciis. dict. l. in omnibus. 90. ff. de divers. reg. jur. ibique.* Dn. m. & Præc. Jacob. Gothofr. p. m. *pag. 410. & seqq.* Secundò ratione decidendi, *cur nimirum judicium ex æquitate ad Principem solum pertineat, non verò ad judices?* ideò scilicet, quia Princeps non est adstrictus Legibus, & quia Princeps hodiè est solus conditor Legum & interpres, *l. ult. C. de LL. & Constit. Princ.*

IV. Probatur principaliter autoritate; *Manius Lepidus* apud Tacitum *lib. 3. An. cap. 50. v. 2.* flagitia & facinora, *inquit*, sine modo sunt, suppliciis ac remediis Principis moderatio temperat. Et novum imperium inchoantibus utilem esse clementiæ famam, Autor est idem Tacitus, *lib. 4. Histor. cap. 63. v. 2.* Omnia scire, non omnia exequi, Principem decet: parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare: nec pœnâ semper, sed sæpiùs pœnitentiâ contentum esse: apud eundem *in Agricol. cap. 19. vers. 4.* quibus addantur plura à Lipsio *in Polit. lib. 2. cap. 12. & 13. & 15. & in monit. & exempl. Polit. lib. 2. cap. 12.* ab Ivanicze Ivanicki *in Instit. Polit. ex Tac. lib. 1. cap. 7.* & à Joh. Theod. Sprenger. *in Tacit. axiomat. lib. 1. cap. 8. & cap. 13.* fusè tradita. adde Melch. Goldast. *tom. 2. de Constit. Imper. dedic. ad Christian. II. Elector. Saxon.* Sed Regum Ducumque clementia, non in ipsorum modò, sed etiam in illorum, qui parent, ingeniis sita est, *Alexandro* ipso teste apud Curt. *lib. 8. cap. 8. vers. 8.* ibique Domino meo & Præc. Joh. Freinshem. p. m. adde Ejusd. notat. ad eund. Curt. *lib. 4. cap. 11. vers. 1.* nostramque dissertat.

histo-

historico polit. *de Alexandr. Magn. thes.* 105. Benè tamen hoc loco Nic. Machiavelli *in Princip. cap.* 17. monitum observari volumus, docentis, quòd gravitatem quandam adhibeat Princeps, quò minus temerè omnia credat, aut quibusvis moveatur, aut sibi ipsi metum injiciat: verùm ità rerum administrationem prudentiâ & humanitate temperet, ne nimiâ confidentiâ incautum, aut nimiâ diffidentiâ intolerabilem efficiat, Reinkingk. *de reg. sec. & eccl. lib.* 2. *class.* 1. *dict. cap.* 3. *num.* 17. *& seqq.* Hinc idem Machiavellus *eodem cap.* hanc movet quæstionem, *satiusnè sit amari quàm metui, an metui quàm amari?* Et tutius esse (difficile cum sit ambo simul conjungi, ideòque alterutro sæpiùs carendum) metui quàm diligi, *respondet.* Ità tamen (*inquit* porrò) se metuendum exhibeat Princeps, ut si inde benevolentia non concilietur, odium tamen vitetur. Et tandem concludit *dict. cap.* 17. *his verbis*: cum homines ad arbitrium suum ament, metuant autem ad Principis voluntatem; Princeps, qui sapientiâ valet, eò quod suæ est, non alienæ facultatis, debet niti: illud verò duntaxat omni diligentiâ curet, ne in odium incurrat, ceu dictum est. Similiter ferè ad eandem respondet quæstionem Dn. Forstner. *in sæpè citat. not. Polit. ad lib.* 6. *Ann. pag.* 426. *& seq.* C. Cæs. *Caligula* quidem illud subinde jactabat: *Oderint dum metuant*: eam tamen vocem Sueton. *in Calig. cap.* 30. Tragicam, & Erasm. Roterodamus *Chiliad.* 2. *cent.* 9. *adag.* 62. *pag.* 588. Tyrannicam vocat, sumptam è Tragœdia. Dn. m. & Præcept. Bernegger. *in quæst. miscell. ad Tacit. Germ. & Agric. quæst.* 207. & Herman. Conringius *in animadversion. Polit. ad Machiavelli Princip. dict. cap.* 17. quòd metui & amari non sint opposita, sed ambo simul benè conjungi possint, autumant; adde Reinkingk. *de reg. sec. & eccl. dict. lib.* 2. *class.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. *cum seqq. num* 10. *per tot.* & *supr. titul.* 3. §. 10. *num.* 1. *vers.* 9. & iterùm Dn. Bernegger. *quæst. miscell. ad Tac. Germ. & Agric. quæst.* 170. Cæterùm ad æquitatis commendationem redeundum, de quâ Carolus noster Tapia *comment. de Constitut. Princip. cap.* 3. agit. atque delictorum remissionem pœnarumque commutationem ad solum Principem pertinere, pluribus commonstrat, ubi distinguit inter remissionem indulgentiæ, & inter remissionem gratiæ, in hâc iterùm subdistinguit inter restitutum ex gratiâ, & inter restitutum ex justitiâ vel ex causâ pacis; primo casu statuit, quod restitutus ex gratia recuperet bona, quæ adhuc reperiuntur apud Fiscum; secundo, quòd restitutus ex justitiâ & causâ pacis, recuperet bona etiam alienata. Mynsingerus *centur.* 6. *observ.* 63. inter æquitatem scriptam & non scriptam distinguit, quod ab Hubert. Giphan. *in explan. LL. Codic. ad l.* 8. *Codic. de judic. pag.* 139. *& commentar. de division. jur. thes.* 10. reprobatur.

V. Quinta probatio principaliter fit per exempla. Inter quamplurima *Alexander* noster *Magnus* agmen ducat, quem Q. Curtius *lib.* 3. *cap.* 12.

*verſ.22. & ſeqq. & lib.4. cap.10. num.34. & eod. lib. cap.11. num.1. & 15. & lib.5. cap.13. verſ.19. lib.10. cap.4. verſ.6. & eod. lib. cap.5. verſ.28.* ab æquitate & clementiâ ſingulariter *Magnum* celebrat, vide quæ notavimus ad hæc loca Curtiana *in diſſertat. noſtr. hiſtor. Polit. de Alexandro Magno. theſ.105. & 108.* adde etiam Dn. Freinshem. *not. ad dict. lib.4. cap.11. verſ.1.* Caj. Julius *Cæſar.* delicta neque obſervabat omnia, neque pro modo exequebatur, Sueton. *in Cæſar. cap.67. ibique. not. Dn. Bernegg. pag. m. lit. a.* ac moderationem clementiamque, tum in adminiſtratione, tum in victoriâ belli civilis, admirabilem exhibuit, Sueton. *in Cæſ. cap.75. ibique not. Dn. Bernegger. pag. m. lit. a.* Tiber. *Claudius* Cæſar non ſemper præſcripta legum ſecutus, duritiem lenitatemque multarum, ex æquo & bono, perinde ut afficeretur, moderatus eſt, Sueton. *in Claud. cap.14.* Inter *Agricolæ* laudes non poſtrema, quod ſtuduerit quidem omnia ſcire, ſed non omnia exequi, Tacit. *Agricol. cap.19. verſ.4.* De *Everhardi*, Ducis Würtembergenſis ſingulari clementiâ ac humanitate refertur, quod is præcipuum in eo ditionis & potentiæ ſuæ præſidium collocarit, quod quovis tempore in cujuslibet ſubditi ſui ſinum caput reponere & tutus dormire poſſit, Philippus Camerar. *in oper. horar. ſubciſiv. centur.1. cap.87. pag.406.* Imperator *Rudolphus I.* hanc ſententiam in ore habuiſſe fertur: *Severum & immitem fuiſſe me aliquando pœnituit, lenem & placabilem nunquam:* quam lenitatem & clementiam tanquam optimum Principum patrimonium, hæreditario quaſi jure in ſucceſſores ſuos Sereniſſimæ *Domus Auſtriacæ*, tranſtulit, quorum ſemper connata quaſi fuit manſuetudo & lenitas. Et certum eſt, per eam potiſſimum ad tantam potentiam perveniſſe iſtam familiam, totius Europæ præcipuam. Hinc illud Claudiani

*- - - peragit tranquilla poteſtas,*
*Quod violenta negat - - -*
*Lene fluit Nilus, ſed cunctis omnibus extat*
*Utilior, nullas confeſſus murmure vires.*

vide Reinkingk. *de reg. ſec. & eccl. dict. lib.2. claſſ.1. cap.3. num.16. & num.27. cum aliquot ſeqq.* Plura exempla qui deſiderat, adeat Valer. Maxim. *lib.1. cap.1.* Juſt. Lipſium *in monit. & exempl. Politic. lib.2. cap.12.* Dn. Freinshem. *not. ad Curt. dict. lib.4. cap.11. num.1.* & Joſeph. Lang. *Antholog.* verb. *æquitas & clementia.*

## §. 6.

Cùm de æquitate & clementia Principum adhuc agentibus unam alteramvè quæſtionem adjicere placeat, earum *prima* eſto, *An æquitas ſtricto juri præferenda?* quam Fachin. *controverſ. lib.1. cap.3.* & Beſold. *conſil. volum.2.*

*conſil.*

*conſil. 86. à num. 15. & ſeqq.* affirmant, ſi voluntas & mens legis dubia ſit, quòd ſi verò verba legis clara ſint, tunc minimè ſubvertenda, neque Reipubl. inſtituta conculcanda temerè, ſub ſpecie æquitatis: nam quæ æquitas ſine jure, ſine lege, quæ ſcripta non eſt, ſed captiosè arrepta, peſtilentiſſimum virus eſt, & viro de re & vita Civium agenti dira lues, Beſold. *dict. conſil. 86. num. 21. & ſeqq.* adde Hubert. Giphan. *in explanat. LL. Cod. ad dict. l. 8. Cod. de judic. pag.* 139. Johan. Sichard. *prælection. ad Cod. ad d. l. 8. C. de judic. pag. 111. num. 5.*

*Secundam quæſtionem*, Hubert. Giphanins *in explan. LL. Codic. ad d. l. 8. C. de judic. pag. 139. & d. l. 1. C. de LL. & Conſtit. Princ. pag. 15.* ex Franc. Conan. *lib. 1. jur. civil. commentar. cap. 11. num. 7. & ſeqq.* movet: *An ſummis Curiis, ut Spirenſi, ut Pariſienſi, &c. liceat judicare non ſecundum Leges, ſed ſecundum quod ipſis æquum aut bonum videatur?* Quod Connanus *dict. loc.* exiſtimat illis licere: ſed de eo nihil certi poteſt conſtitui aut definiri, niſi conſtet, Curiæ hanc datam eſſe poteſtatem.

Sequitur *tertia quæſtio*, quam iterum Giphanius *ad d. l. 1. C. de LL. &c. dict. pag. 15.* proponit: *An Princeps ſupremus non ſecundum Leges, ſed ex arbitrio ſuo & animi ſententiâ, ſecundum ſuam conſcientiam, judicare poſſit?* Noſtri Gloſſographi exiſtimant, Principem poſſe judicare ſecundum animi ſui ſententiam, magiſtratum non poſſe, ut *ſuprà §. 5. num.* 2. audivimus. Sed de Principe conſtituendum ex Statu ſive conſtitutione Principatus, id eſt, ut ſi Princeps Legibus quoque Civilibus & Regni eſt obligatus, teneatur & ipſe ſecundum eas judicare: ſi eſt ſolutus, poſſit & ex animi ſui ſententia judicare aut decernere: quamvis ne hoc quidem caſu, quo Princeps Legibus Civilibus eſt ſolutus, neque ipſe quicquam agere, neque decernere aut judicare contra Leges etiam Civiles ſoleat. Quamvis enim Lex Imperii ſolennibus juris Imperatorem ſolverit: nihil tamen tàm proprium Imperii eſt, quàm Legibus vivere, ut ait Imperator *Alexand. l. 3. Cod. de teſtam.*

Cùm *ſuprà §. 5. num. 4. in fin.* ex Mynſingero & Giphanio æquitatis ſcriptæ & non ſcriptæ mentio quædam facta fuerit, Giphanius verò hanc diviſionem (ideò, quod nulla ſit æquitas ſcripta, ſed *Æquum Bonum* ſit. *Æquitas, ἐπιείκεια,* die Billigkeit, & pars juris non ſcripti, ſive conſuetudo, Ariſtotel. *5. Ethic. & 1. Rhetoric.* ubi τῶν ἀγράφων δύο εἴδη, eſſe ait, jus naturale & æquum, bonum, Cicer. *partit. Orat.*) meritò rejecerit: ideò, *quarto & ultimo loco*, ratione effectus, quæri poterit, *An tanta æquitatis & conſuetudinis vis ſit, ut inter Nobiles Familias pacto erigi poſſint fideicommiſſa?* Quæ quidem quæſtio non ſecundum jus commune, inter privatos, decidenda venit: ſucceſſiones enim privatorum ſtipulationibus obſtringi prohibet, *l. 2. §. 2. ff de vulg. & pupill. ſubſtit,* ibi: *improbum eſſe Julianus exiſtimat, eum qui ſollicitus*

*est de vivi hereditate, & l. 52. §. 3. ff. de pact. & l. 61. ff. de V. O. ubi not. Gothofr. lit.* E. Fusar. *de fideicommissar. substit. quæst.* 308. videatur decadis nostræ *quæstion. miscellanear. quæst.* 4. sed de successoriis familiarum illustrium & nobilium pactis aliter sese res habet, quæ claustris juris privati includi nequeunt, sed annosâ & generali Germaniæ consuetudine, & jure publico, & gentilitio per pacta, aliasque formas & modos plures, constitui posse, atque ità etiam, utplurimùm, recepta & confirmata esse, latè probant & testantur ii, quos Philipp. Knipschilt. *tract. de fideicommiss. Familiar. nobil. cap. 6. num.* 31. *& seqq. & num.* 44. *& seqq. &c. & tot. cap.* 6. longa serie denominat, videatur etiam Nicol. Myler. *de Principibus & Statibus Imper. Roman. German. part.* 1. *cap.* 25. ubi de pactis Illustrium & Nobilium personarum successoriis permulta egregia tradit, & Dn. Limn. *de jur. publ. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 126. *&c.* Tantus enim est publicæ utilitatis favor, ut ea quæ publicè utilia sunt, non includantur in his, quæ Lege prohibentur, Bartol. *in l. quemadmodum.* 7. C. *de agricol. & censit.* Barschamp. *de clausul. cap.* 1. *num.* 13. *& cap.* 23 *num.* 16. sed quoniam de *h. quæst. anno* 1638. in dict. decad. nostr. *quæst. miscellan. quæst.* 3. & *anno* 1658. in πέντ. nostr. *titul. jur. publ. tit.* 2. *relat.* in caus. T. *Allemanni ab X.* contra *G. G. Quarthausen, part.* 3. §. 13. *& tot. part.* 5, multa protulerimus, ideò de *eâdem* pluribus hîc agere supersedemus.

## *Pars* IV. *de Principis Liberalitate.*

### §. 7.

Liberalitate nihil est naturæ hominis accommodatius, Cicer. *lib.* 1. *offic. cap.* 13. *in fin.* Liberalitate, veluti visco aves, capi delinirique mentes possunt. Gnarum id dominationem affectantibus, quorum hoc unum & acerrimum in libertatem ac cives telum. Bonis quoque Principibus suetum, qui multum largitionibus potuêre, ubi inopia plebem militemvé, aut æs alienum premeret: quod difficillimè sanè tolerat vulgus, ut non rarò civilibus armis, & seditioni materiam inde arripuerit, *dissertat. nostr. histor. Polit. de Alexandro Magn. thes.* 106. Ideò liberalitas maximè omnium virtutum in Principe necessaria est, nam eâ subditos sibi devotissimos reddit, ad arma suscipienda alacres facit, & præmiorum spe ad majora subeunda pericula impellit. Proprium namque ejus est, liberalitatem exercere, scribit Carolus noster Tapia *in dict. commentar. ad rubr. & l. fin. ff. Constit. Princ. cap.* 4. *num.* 1. Regem armis, quàm munificentiâ vinci, minus flagitiosum est, Sallust. *Jugurth. cap.* 110. Justitia & beneficentia Rectoris fidem & benevolentiam parit multitudinis: benevolentia fidesque charitatem: charitas securitatem: securi-

curitas diuturnitatem Imperii: quarum rerum omnium Comes est immortalis gloria: contrà autem injustitia & avaritia gignit metum, metus odium, odium insidias, insidiæ interitum: quas res perpetua cominatur infamia, Jacob. Lebleu *tract. de instruct. futur. consiliar. disput. 4. cap. 23.* Princeps tamen modo & judicio beneficus esto: subitæ enim largitionis Comes, pœnitentia, Plinius *lib. 1. epist. 8. in med.* Et liberalitas, ni modus adsit, in exitium vertitur, Tacit. *histor. lib. 3. cap. 86. vers. 3.* Et, si nimiâ liberalitate perfringitur ærarium ambitione exhaustum, per scelera erit supplendum, Tacit. *lib. 2. Annal. cap. 38. vers. 3.* Lips. *Polit. lib. 2. cap. 17.* Machiavell. *in Princ. cap. 16.* ibique Herman. Conring. Paul. de Ivanicze Ivanicki *instit. Polit. ex Tacit. lib. 1. cap. 8.* Joh. Theod. Sprenger. *in Tacit. axiomat. lib. 1. cap. 40.* Sublevare miseros, donare benemeritis, mediocribus stipendiis excellentissimum quemque in sua arte colere, quin egregium sit, & Principi necessarium, nullus dubitat: verùm regiâ largitione & magnificentiâ exinanito ærario, cum illud maximè repentino ingruente bello, aliavè necessitate extraordinariis & violentis tributorum exactionibus replendum est, ut paucorum benevolentia, ità omnium odium acquiritur, Christophor. Forstner. *not. Politic. ad Tacit. lib. 1. Annal. cap. 75. vers. 2. pag. 114. & lib. 14 Ann. cap. 54. pag. 111. & lib. 16. cap. 3. pag. 336.* ubi porrò animadvertit, consideranti Principum publicas opes, & vicissim pace belloque necessitates atque onera, non absurdam videri Machiavelli sententiam parsimoniam liberalitati præferentis: liberalitati, inquit Machiavell. *in Princip. dict. cap. 16.* quæ celebre Principis nomen faciat, quæque privatam benignitatem longè transcendat. Melius est, comparcere, quod necessariis temporibus expendas, quàm expendere, quod nova injuriâ à subjectis populis repetas. Nec nobis hic aliquis *Alexandri Magni* aut C. *Julii Cæsaris* munificentiam objiciat: Hic enim regni parandi gratia & pro dominatione pecuniæ parcere noluit: Ille verò, cum perpetuis bellis insudaret, ex præda & hostilibus spoliis victoriarum socios ditare & poterat & debebat. Alia nunc temporum ratio est, adde πέντ. nostr. *titulor. jur. publ. tit. 4. quæst. 2. §. 8. num. 4.* & Jos. Langii *Antholog.* verb. *Liberalitas.*

§. 8.

Cœterum (ut Caroli nostri Tapiæ *in d. commentar. ad rubr. & l. fin. ff. de Constit. Princip. dict. cap. 4. num. 5.* ductum, etiam in hoc liberalitatis loco, quodammodò sequamur) ab hac Principis liberalitate *dignitates, jurisdictiones, feuda, immunitates, nobilitates,* & alia id genus multa fluxère, hosq; tam varios modos adinvenit, ut faciliùs posset liberalitatem exercere.

I. Omnes dignitates à Principe processisse, apertissimi juris est, *l. sacrilegii. C. de divers. rescript.* sed ne aliena pro nostris vendere videamur, bene-

benevolos Lectores ad ipſum Carolum Tapiam *de Conſtitut. Princ. d. cap. 4. à num. 6. usque ad num.* 10. ablegamus; adde Beſold. *Synopſ. Polit. lib.* 1. *cap.* 2. *theſ.* 63. Dn. & Præc. m. Wilhelm. Ludvvell. *Synopſ. Jur. Feud. cap.* 13. *inter regal. major.* 3. 4. 10. *&c.* Henric. Meyer. *diſputat. inaugur. Baſil.* 1637. *de Stat. mixt. ſacr. Rom. German. Imper. theſ.* 14. *num.* 1. Georg. Mund. *de Comit. Palat. cap.* 1. *num.* 6.

II. Jurisdictiones etiam omnes ab ipſo Principe, velut à fonte, manaſſe certiſſimum eſt, *l.* 1. *ff. h. t. l.* 1. *§. cum urbem in f. ff. de offic. præf. urb. & in l.* 1. *C. eod. t.* Carol. Tap. *dict. cap.* 4. *à num.* 10. *usque ad num.* 21. adde Beſold. *Synopſ. Polit. dict. lib.* 1. *cap.* 2. *theſ.* 37. Petrus Anton. de Petra *de iur. quæſ. per Princ. non tollend. cap.* 22. Joh. Budæ. *diſput. inaugur. Argent. de jurisdict.* 1658. Quæritur hîc (1.) *An Princeps mandata jurisdictione, privativè vel cumulativè eam conceſſiſſe intelligatur?* Conceſſa in feudum privativè translata cenſetur: moribus enim noſtris feudi quoque titulo jurisdictio non ab *Imper.* tantùm, *infrà hoc* §. 8. *num.* 3. ſed & ab inferioribus *Principibus* tribuitur, idq; vel cum territorio, vel ſine eo, jure tamen ſuperioritatis & recognitionis ſalvo manente, Carol. Tap. *de Conſtit. Princip. d. cap.* 4. *num.* 18. *&* 20. Dn. m. & Præc. Wilhelm. Ludvvell. *Synopſ. jur. feudal. dict. cap.* 13. *circ fin.* adde Petr. Anton. de Petra *tractat. de Poteſtat. Princip. capp.* 10. 11. ideò autem jurisdictio in feudum conceſſa privativè translata cenſetur, tum, quia feudum uſusfructus quidam eſt, *c. Obertus ab Orto. in fin. in quib. cauſ. feud. amitt.* 2. *Feud.* 23. uſusfructus autem ad ſolum uſufructuarium pertinet: tum, quia vaſallus in ſubvaſallum ſuum ſolus jurisdictionem, quoad rem feudalem, habet, non etiam Dominus ſuperior, *c. imperialem.* §. 2. verſ. *illud quoque. de prohib. feud. alien. per Frider.* 2. *F.* 55. Dn. Ludvvell. *in not. Weſembec. num.* 9. *ff. de jurisdict.* Carol. Tap. *commentar. ad rubr. & l. fin. ff. de Conſtit. Princ. dict. cap.* 4. adde Carpzov. *in pract. crim. part.* 3. *quæſt.* 109. *num.* 89. *&* 96. *& per tot. & lib.* 1. *reſponſ.* 49. *& part.* 2. *Conſtitut.* 40. *defin.* 6. Nicol. Myler. *delineat. de Princip. & Statib. Imper. cap.* 36. *&* 48. Georg. Obrecht. *tractat. de jurisdict. cap.* 1. *num.* 40. 52. *& ſeqq.* & Beſold. *tractat. poſthum. de jure publ. part.* 3. *cap.* 6. *& de jurisdict. Imper. Rom. capp.* 18. 21. 22. jurisdictio verò ſimpliciter & in dubio conceſſa cumulativè potiùs data cenſetur, quia in ejusmodi conceſſionibus ſemper concedentis autoritas cenſeatur illæſa reſervata, Carol. Tapia *dict. cap.* 4. *num.* 16. vide tamen *ſuprà titul.* 3. §. 6. & πέντ. noſtr. *titulor. jur. publ. titul.* 1. §. 5. *num.* 2. Quæritur (2.) *An conceſſo caſtro aliquo cum jurisdictione vel omnimodâ jurisdictione, etiam merum imperium datum intelligatur?* Quod licet juri haud conveniat, tum, quod merum imperium non contineatur in jurisdictione, Dn. Ludvvell. *not. Weſembec. num.* 2. ibi: *jurisdictio propriè. ff. de jurisdict. & num.* 5. *&* 8. *eod.* tùm, quod aliàs etiam in generali conceſſione

veni-

conceſſione venire non ſoleant ea, quæ ſpecialem expreſſionem deſiderant, *l. 1. ff. de offic. ei. cui mand. eſt juriſdict. not. Weſembec. num. 11. d. t. de juriſdict.* communiter tamen à *Dd.* traditum eſt, Weſembec. *dict. num. 2. d. t. ff. de juriſdict.* Bocer. *de juriſdict. cap. 8. num.* 11. Carol. Tapia *part. 1. cap. 2. num. 27. & ſeqq.* Bidenbach. *quæſt. nobil. 8. & 14.* Beſold. *theſaur. pr. & Speidel. ſpecul. verb.* Blutbann/ Halßgericht/ Lands-Obrigkeit/ ꝛc. in praxi autem à communi opinione recedendum non eſt. (3.) Quæritur, *An ſi nobilis aut alia illuſtris perſona immediata in territorio cujuſdam Principis aut Status Imperii delinquat, Dominus territorii hoc caſu judicet?* Nicolaus Myler. *in egregiâ ſuâ delineat. de de Princip. & Statibus Imper. Roman. German. part. 2. cap. 37. num. 10. pag. 295.* territorii dominum judicem eſſe competentem aſſerit, quoniam reatus omnem dignitatem excludit, per *autores* ibi allegatos, quæ ratio nobis etiam in πέντ. noſtr. *titulor. jur. publ. titul. 3. §. 7. num. 2.* in cauſâ *A. G. à Z.* contra *D. G. T. Comitis ab F. Vice-Præfectum in Z.* placuit, quam nobiſcum & alii ſecuti ſunt & approbârunt, vid. Dn. Limn. *tom. 4. jur. publ. ad lib. 9. cap. 8. num* 102. *& ſeq.*

III. Feuda quoque ab ipſo Principe proceſſiſſe apertiſſimè conſtat licet enim ſatis dubitatum ſit, unde feudorum origo proceſſerit, omnes tamen Feudiſtarum opiniones in hoc convenire videntur, ut à Principum liberalitate proceſſiſſe fateantur, quod ſummâ ratione factum, cum tali pacto non in totum Principes res ipſas à ſe abdicent, ſed nonnulla jura reſervent in recognitionem beneficii accepti. Item etiam ſibi ſubditos devotiſſimos reddunt, qui ne feudo cadant, fidem maximè ſervant, & in bellorum neceſſitatibus ob debita ſervitia præſtò ſunt, Carol. Tap. *dict. comment. d. cap. 4. à num.* 21. *uſque ad num.* 30. adde Beſold. *Synopſ. Polit. dict. lib. 1. cap. 2. theſ. 38. & 68. & cap. 10. theſ. 6.* Henr. Meyer. *d. diſput. inaugur. Baſil. d. th. 14. num.* 8. & Ludvvell. *Synopſ. jur. Feud. dict. c. 13. circa fin.* Occurrit hîc nobilis quæſtio, haud prætereunda, *An jus primogenituræ Juri Feudali Lombardico quodammodo conſentaneum ſit?* Nicol. Myler. *dict. delin. de Princip. & Statib. Imperii part. 1. cap. 21. num. 7. pag.* 197. affirmat, quòd hoc Jus Lombardicum Ducatum dividere prohibeat, §. *præterea, 2. Feud. 55.* quod Gunther. *in Ligurin. lib. 8. pag.* 194. hiſce verſiculis expreſſit

*Marchia, ſeu Comitis Poſſeſſio ſive Ducatus*
*Integra permaneat: Feudalia cætera multis*
*Participanda patent.* - - -

Vultei. 1. *feud. cap. 8. num. 36.* Bocer. *de ſucceſſ. in feud. cap. 3. quæſt. 48. in fin.* Cothman. *conſil. 3. volum. 4.* πέντ. noſtr. *titulor. juris publ. titul. 4. quæſt. 1. §. 3.*

*num.*1. dissentit late Springsfeld. *de appanag. cap.*5. *num.*15. *&c.* & Dn. Limn. *lib.*4. *de jur. publ. cap.*8. *num.*120.

IV. Immunitates verò concedere, Principis proprium, ac sibi soli reservatum est, *l. immunitates*, ubi Bart. C. *de agric. & cens. & tot. titul.* C. *de his qui à Princip. vacat. acceper. & Novell.* 128. *cap.* 1. Carol. Tapia *dict. cap.* 4. *à n.* 30. *usq; ad num.* 112. ubi cum Autor noster more solito prolixior sit, nos tantummodò ad Besold. *Synops. Polit. dict. lib.* 1. *dict. cap.* 2. *thes.* 62. Georgius Mund. *de muneribus. cap.*1. *num.*76. *&c.* & *cap.*2. *num.*118. & *cap.*6 *num.*269. *&* 608. Adrian. Gylmann. *in Symphorem. tom.*2. *part.*2. *vot.*15. *pag.*47. *& seqq.* Caspar. Klock. *tractat. de contribut. cap.*16. brevitatis studiô referemus, cum hoc generali dogmate, quòd immunitas ità moderanda sit, ne exinde aliorum onera augeantur, *πέντ.* nostr. *titulor. jur. publ. titul.* 5. *quæst.* 1. *&* 3. §. 2. *&* 4.

V. Nobilitates denique ab ipso Principe proficiscuntur, in ejusque arbitrio est, quos vult nobiles reddere: ità docuerunt plurimi, ab Autore nostro Carolo Tapia *dict. cap.* 4. *de Constitut. Princip. à num.* 112. *usque ad finem.* copiosè citati, quibus addantur Besold. *in Synops. Politic. lib.*1. *dict. cap.* 2. *dict. thes.* 63. Dn. Ludvvell. *Synops. jur. feud. dict. cap.* 13. *inter regal. major. num.* 4. Henric. Meyer. *dict. disputat. inaugur. Basil. dict. thes.*14. *num.*1. & Dn. Limn. *tom.*2. *de jur. publ. lib.*6. *cap.*1. agmen claudens.

Hactenus itaque de officio Majestatis judiciario (ut naturam & definitionem *Constitutionum Principum*, & qualis circa eam in summi Principis potestate, justitiâ, æquitate & liberalitate interpretatio sumenda sit, eò meliùs intelligamus) pro instituto nostro egimus.

TITV-

# TITVLVS VI.

## CONSTITUTIONUM VARIÆ DIVIſiones & ſpecies referuntur.

### *Pars I. de Conſtitutionibus, quæ directò & motu proprio, fiunt.*

§. 1.



POſtulat hic (qui juſto nunc ordine ſequitur) titulus, *de diviſionibus Conſtitutionum*, accuratam expoſitionem: eſt enim & gravis & utilis. Quam autè ſit utilis, non eſt noſtrum latiùs hîc explicare. Et notæ aliàs ſunt ſatis *Diviſionum* laudes atq; utilitates, ex Platonis *Philebo, Phædro, Sophiſta & Politico.* Is enim tantum tribuit huic ſuæ Methodo Diæreticæ, ut qui ejus benè ſit peritus, eum non dubitet Deo comparare. *Ariſtoteles* multò quidem plus tribuit ad concludendum ſuæ Methodo Analyticæ & Apodicticæ (ut enim *Plato* Diæreticæ, & *Socrates* Horiſticæ ſive Definitionum, ità *Ariſtoteles* Analyticæ & Demonſtrationum Princeps eſt Autor) & meritò plus tribuit; non tamen *Diviſionem*, ut prorſus inutilem repudiat, qui & ὁρισμὸς κατὰ τας διαιρέσεως *Metaphyſ.* 3. appellat; & non negat, quendam eſſe διαιρέσεως Syllogiſmum, licet infirmum. Galenus certè non veretur omnia omnium artium liberalium peccata vitioſis diviſionibus accepta ferre: verba graviſſimi Philoſophi & Medici ſunt, hæc: καὶ γὰρ καὶ τὰ κατὰ τὰς ἄλλας αἱρέσεις σφάλματα, καὶ ὅσα νῦν ἐπὶ τῶν νοσούντων οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἁμαρτάνουσι, πρώτην καὶ μεγίστην αἰτίαν ἔχει, τὸ μοχθηρὸν τῆς διαιρέσεως. Quare & in Juris ſcientia *Diviſiones* magnum in utramque partem momentum habent. Et M. Tull. Cicero *Serv. Sulpicium* aliis omnibus *JCtis* anteponit: quia *eam*, ait, *didiciſſet artem, quæ doceret rem univerſam tribuere in partes, & latentem explicare definiendo.* Variè autem unaquæque res in *Jure*, iſtiusmodi præſertim generis, pro diverſo naturæ ſuæ, formæ & accidentium reſpectu, dividi ſolet, Dn. Ludvvell. *Synopſ. Jur. Feud. cap.* 3. & quid de ſpeciebus in *Jure noſtro* ſentiat Nicol. Vigelius *in Dialect. ſui Juris*, legitur *ibid. lib.* 1. *rubric.* de ſpecie. *pag.* 22.

## §. 2.

Duo itaque in universum genera *Constitutionum*, de quibus §. *6. Instit. de jur. nat. gent. & civil.* loquitur, sunt : *Primum*, cum Imperator directò hoc agit, ut Legem condat: *Secundum* cum non directò. Quando directò hoc agit, procedere solet, vel motu proprio, vel alieno. Ad directum hunc ex proprio motu ordinem pertinet *Edictum*, quo scil. indefinitè aliquid sancitur, quales omnes regulariter Leges esse solent. Edictum Theophilus *dict. §.6. Instit. d. t.* definit: quod sit *πᾶν ὅπερ ἐξ οἰκείας φύσεως κινηθεὶς ὁρίζει ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν τῶν ὑπηκόων εὐταξίαν καὶ λυσιτέλειαν.* De Prætorum Edictis *suprà tit.* 1. § 10. nonnulla à nobis proposita extant. Sed hic, alia est ratio arg. *l.14. ff. de condit. instit. l.7. § 7. ff. de pact. §. ult. Instit. de usucap. t. t. C. de Edict. D. Hadrian. toll.* & passim: Edicta enim à Principibus, aut proponuntur publicè, quæ vocantur Programmata in *l.3. Cod. de LL.* aut promulgantur voce Præconis, quæ Proclamæ, sive Proclamata hodiè dicuntur: ut sunt *Maximiliani, & Rudolphi II. Imper.* Proclamæ de monetis, *Francofordiæ, Argentinæ, Lipsiæ, &c.* in nundinis denunciatæ & *Recessibus* insertæ. Proclamata generalia, monitoria, comminatoria, aliaque id generis, quos feriant, quovè ignorantiæ clypeo tutos nec quicquam terrefaciant, aliaque adhæc facientia legantur remissivè apud Joh. Baptist. Cost. *de facti scient. & ignorant. centur.* 1. *distinct.* 49. *num.* 1. *& cent.* 2. *distinct.* 75. *per tot. & dict. cent.* 2. *distinct.* 98. *num.* 2. & Petram *de Potest. Princip. cap.* 10. Dicuntur etiam Leges Edictales, in *l. hâc edictali. 6. C. de secund. nupt. & in Constit. Friderici II. Imper. de Statut. & consuet.* §. 1. & alibi. Edicta isthæc Principum non erant unius modi: Quibusdam Principes usi, si quid notum fieri vellent, quale illud *Alexandri Severi*, quo itinerum dies publicè proposuit, hâc formâ: *Illâ die, illâ horâ ab urbe sum exiturus, & si Dii voluerint, in primâ mansione mansurus ; deinde per ordinem mansiones, deinde stativæ, deinde ubi annona esset accipienda* ; Æli: Lamprid. in *Alexandro Severo. pag.* 372. Ità congiarium per Edictum Populo Romano promisit *Diadumenus* Imper. quod ità scriptum erat: *Vellem, Quirites, jam præsentes essemus! Antoninus vester vobis congiarium sui nominis daret: daret prætereà & pueros Antoninianos & puellas Antoninianas, quæ tam grati nominis gloriam propagarent*, Lamprid. *in Antonino Diadumeno, pag.* 283. ubi obiter nota: pueros & puellas alimentarias primùm instituisse *Trajanum* : *Antoninus Pius* in honorem *Faustinæ* novas puellas adscripsit, Faustinianeas: *Alexander Severus* Mammæos & Mammæas: Sic Antoninianos promittit *Diadumenus.* Frequenter etiam Principes citationibus edictalibus utuntur, *l.15. §.4. ff. de jur. fisc. l. 68. & aliquot seqq. de judic. l. 53. §. 1. ff. de re judicat. & passim.* Sed hæc Edicta continebant nudam prædictionem temporariorum seu in-

tima-

ſtimationem futurorum actorum. Magis autem huc pertinent Edicta perpetuæ jurisdictionis causâ promulgata. Tale eſt Edictum *D. Auguſti*, Vivio Avito & Lucio Apromiano Conſulibus, propoſitum, *de quæſtionibus adhibendis, in l. 8. ff. de quæſtion.* Edictum *Trajani in l. 13. pr. ff. de jur. fiſci.* Edictum *D. Marci* de eo, qui rem alienam à fiſco emit § *ult. Inſtit. de uſucap.* Edictum *Hadriani, de quo tollendo, t. t. C. de edict. D. Hadr. toll.* Pertinent huc etiam nonnulla ex tredecim illis *Juſtiniani* Edictis, nempe ad *Armeniam, Phœnicem Labani, Ponticam, Helleſpontum, Ægyptum*, etſi ſecus videatur Cujacio ſummo in *præfatione Commentarii ad Novellas.* Sæpè etiam legi antiquiori à *Principis* ſucceſſore aliquid adjectum reperitur. Sic *Claudius Princeps* Edicto præcepit, adjiciendum *L. Corneliæ, ut, ſi quis, cum alterius Teſtamentum vel Codicillos ſcriberet, legatum ſibi ſuâ manu adſcripſiſſet, perinde teneretur, ac ſi in L. Corneliam incidiſſet & nec vel iis venia detur, qui ſe ignoraſſe L. prætendant. l. Divus. 15. ff. ad L. Cornel. de falſ.* *Claudius*, inquam, non *Nero*, cui lapſu memoriæ, tribuit Suet. in *Neron. cap. 17.* Cum enim *d. l. 15. Divum Claudium* laudet, nec temerè ſit invenire, *Neronem* unquam, *Divum* appellatum, rectè hoc ἁμάρτημα *Suetonii*, Princeps *JCtorum* Cujacius, *parat. Cod. de his qui ſibi adſcribunt in teſtament. in fin.* notat: nec mirum memoriâ lapſum *Suetonium*, cum rara ſint μνημονικὰ talia *Claſſicorum* alia, quorum cumulum congeſſit Philippus Caroli, agnatus quondam noſter p. m. *variar. lect. lib. 2. cap. 7.* à quo nec immunes *JCti* noſtri: ut ecce, Pomponius in *l. 2. ff. de O. J. Tarquinium Superbum Damarati Corinthii* filium appellat, qui nepos eſt. Porrò hic obiter nota; quod Edicti perpetui exemplo Codex Juſtininæus ordinatus ſit, Vizzan. *de Mandat. Princip. prolegom. num. 8.* Et hæc ſæpè Edicta SCtis firmari ſolebant, quemadmodum illud *Auguſti*, & inde *Claudii* Edictum, *ne fœminæ pro viris intercederent, l. 2. ad SCt. Velleian.* id ut quò facilius à Senatu impetrarent *Principes*, ſuaſorias Orationes per Candidatos ſuos, ſeu Quæſtores, de quibus *l. un. §. 4. ff. de Quæſtorib.* habere ſolebant. Poſtquam *Auguſtus* pro concione, ex more, cœlibes & innuptas allocutus eſſet, Lex Papia Poppæa (de quâ Dn. & Præcept. meus p. m. Jac. Gothofredus *in repetitâ (prælectione anno 1653. Genev. edit.* multa præclara) *de maritandis ordinibus* ſecuta eſt, Dio *lib. 56. pag. 578.* Tacit. *lib. 3. Annal. cap 25. num. 1. & cap. 28. num. 4.* adde Dn. Forſtner. *not. Polit. ad Tacit. d. lib. 3. Annal. dict. cap. 25. num. 1. pag. 252. & ſeq.* adde etiam Scipion. Gentil. *Orat. 3. de Lege Regiâ. pag. 52. & 53. & ſuprà tit. 1. §. 9.* & Gaudent. *de Juſtinianæi ſeculi morib. pag. 1. cap. 12.* Cœterum Character ejusmodi Programmatum à Dn. & Præc. m. Johann. Henr. Bœcler. *in Commentar. ad Tacit. Annal. lib. 1. cap. 7. annot. 5. pag. 123.* ſingulariter & eleganter, pro more, notatur. *Permittatur nobis*, inquit ibidem, *ut de re minimè ſcholaſticâ verbis utamur ſcholarum, atque in æſtimatone totius characteris*

*ſeorſim reſpiciamus partim τύπον πρακτικὸν, ſive decorum rei & ſolenne negotii, partim τύπον λεκτικὸν, ſive verborum & ſtyli accommodatam rei conformationem. Typus practicus in ſcriptura Principum ſemper præferre ſolet, & ex fundamento ac ratione ſtatus regii debet, poteſtatis & virtutis Imperatoriæ notas: ad hunc ſcopum tendunt, quæcunque in ipſa ſcriptione vel præmittuntur ad oſtentandam ſpecioſis & multiplicatis titulis vim Imperii & poteſtatem, vel paßim inſinuantur aut indicantur, de cura & amore in cives, de ſtudio civilis diſciplinæ, honeſtatis, ſanctitatis, de onerum & laborum principalium tolerantiâ, & ſimilibus. Typum πρακτικὸν ſequitur λεκτικὸς, indeq; ſuam faciem & ſpeciem accipit. Commendantur autem hîc, ſive potiùs, ex inſtituto rei requiruntur, Scripturæ brevitas, perſpicuitas, gravitas, &c.* adde *infrà* §.8. *num*.2. videatur etiam Dn. Chriſtophori Ludovici Dietherrns amici mei chariſſimi elegatiſſima *diſputat. inaugural. Argentin. anno* 1649. *de Stylo Curiæ* habita. Coronidis loco ex Petr. Anton. de Petra *tractat. de Poteſtat. Princip. cap.* 10. *num.* 44. hîc annectere placet, quòd Princeps regulariter non poſſit Edicta & proclamata facere in territorio alteri conceſſo. Quæritur autem, *An Edicta hæcce etiam Forenſes ligent?* Affirmat. Nicol. Myler. *in delin. Princip. & Stat. Imperat. cap.* 40. *num.* 3.

## §. 3.

Argentoratenſes *in ſuo Collegio* Juſti Meieri *lib.*1. *tit.* 4. *Pandect. de Conſtitut. Princip. num.*9. & 14. ad *Principum Conſtitutionum* (& quidem earum, quæ directò & motu proprio fiunt) ſpecies referunt etiam *Orationes* eorum. Scipio Gentilis *in orat.* 3. *de Leg. Reg. dict. pag.* 52. ſic ſcribit: *Hoc ego primum juris condendi ſimulachrum ac genus uſurpaſſe Imperatores video, quod valdè videtur mihi populare, & ex veteris Reipubl. imagine relatum: quaſi enim rogatio quædam Legum erat, hoc orationum inſtitutum, &c.* & porrò *pag. ſeq.* 53. *Conſtitutionum Principum illa ſpecies eſt non ſolùm, ut dixi, prima & antiquißima, ſed etiam pulcherrima atque ſanctißima, &c.* De hiſce Orationibus igitur unum alterumvè exemplum (præter *paulò ſuprà* annotata quædam) ex *Hiſtoriâ* enumerabimus. Apud Tacitum *Annal. lib.* 11. *cap.* 24. extat Oratio *Claudii, de ſupplendo Senatu*, quæ tamen longè aliter habita à *Claudio*, quàm Tacitus *dict. lib. & cap.* expreſſit: extant enim fragmenta ejus ex tabulâ ærea in Gruteri *Inſcription. fol.* 502. vide hîc allegatum à Dn. Forſtner. *in not. Polit. ad Tacit. dict. lib. & cap.* Machiavellum *in diſſert. ad Livium, lib.*2. *cap.* 3. *pag.* 119. In Pandectis nobilis eſt Oratio *D. Marci de alimentis, in l. cum hi.* 8. *ff. de transact.* & alia, *de fugitivis requirendis, in l. Divus.* 3. *ff. de fugit.* & Oratio *D. Antonini Pii, de Profeſſoribus, in l.*4. *C. de Profeß. & Med.* Sed maximè inſignis eſt *D. Hadriani* oratio, *de petitione hæreditatis*, cujus mentio fit *in l.* 20.

*§. præ-*

§. *præter hæc. l. 22. l. 40. ff. de hered. petit.* quæ oratio & libellus appellatur, *in*
*dict. l. 20. §. præter hæc.* propterea, quia de ſcripto recitabatur. Moris enim
erat, quamvis præſentes de ſcripto alloqui. Auctor primus *Auguſtus Cæſar:*
Inde alii ſecuti Principes, & privati, teſte *Suetonio, Tacito, Dione.* Tàm diffi-
cilis ac moroſus denique *Nero* erat, ut neque cum ſervis, neque cum liberis
ſermones conferret, ſed iis omnia, quæ vellet, in libellis ſcriberet, *Xiphilinus.*
Celebris etiam eſt, Oratio M. *Antonini*, cujus *Paulus* meminit, *l. Oratione. 16.*
*ff. de ritu. nupt. de nuptiis filiæ ſenatoriæ cum liberto.* Mentio etiam fit Ora-
tionis *Severi & Commodi* in inſcriptione *legis 20. ff. de rit. nupt.* ad quam *Pau-*
*lus* ſingularem librum ſcripſit: ſed emendanda eſt ex titulo *l. ſi quis tutor. 60.*
*ff. de rit. nupt. & l. oratio. 16. ff. de ſponſal.* & reſcribendum, *ad orationem D.*
*Marci*: cum oratio argumentum iſtud tractavit, ut liquet etiam ex *l. 17. C.*
*de excuſ. tutor.* præſertim cùm *Severum Commodo* conjungi, & huic antepo-
ni ratio non ferat. Denique facit Index, ex quibus *Pandectæ* compoſitæ,
ubi nominantur duo tantùm μονόβιβλα *Pauli* ad Orationes *Principum*: alte-
rum ad Orationem *D. Severi*, ex quo tres leges, *2. 4. & 13. ſub tit. ff. de rebus*
*eor. qui ſub tut.* alterum, ad Orationem *D. Marci*, ex quo *l. 60 ff. de rit. nupt.*
quæ ejusdem argumenti, cujus quoque *l. 20. d. t.* ut inde ex eodem libro de-
ſumtam utramque non vanè colligas. Quod ſi verò *dict. l. 20.* ex quodam
libro *Pauli* ad Orationem *Severi & Commodi* petita, oportet *Paulum* peculia-
rem librum ſcripſiſſe, qui tertius ſit ad Orationes *Principum*, cujus tamen
nulla mentio in Indice facta. Aut falſa itaque inſcriptio Indicis, paucio-
res Autorum libros referens, quàm ex quibus compilata *digeſta*, aut Index
mutilus, quod facilè non dixerimus, etſi non ignoramus, quid deſiderent
*Cujacius* in eo, cui & Giphanius adſtipulatur *in Oeconomia ad Edictum perpe-*
*tuum. pag. 94* necnon Jacob. Labittus *in ſuo Indicum uſu ſtatim in principio,*
quem Dn. & Præc. m. Joh. Henric. Bœcler. *in Hiſtor. Univerſal. ſecul. 2. pag.*
127. plurimùm commendat & dilaudat. Et ipſi quoque deſideramus duos,
quorum mentio non fit in Indice, Leges tamen in *Pandectis* habentur. Æ-
lium Gallum, Autorem *l. 157. ff. de V. S.* citatum etiam *in l. 19. ff. de uſur. &*
*l. 77. ff. de V. S.* & Claudium Saturninum, Autorem *l. 36. ff. de legat. 3. & l. 16.*
*ff. de pœn.* Orationis *Severi*, quàm in Senatu habuit, etiam verba referuntur
ab Ulpiano, *l. 1. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. Præterea, Patres conſcripti, inter-*
*dicam tutoribus & curatoribus, ne prædia ruſtica vel ſuburbana diſtrahant, niſi,*
*ut id fieret, parentes teſtamento vel Codicillis caverint. Quod ſi fortè æs alienum*
*tantum erit, ut ex rebus cæteris non poſſit exſolvi, tunc Prætor urbanus vir clariſſi-*
*mus adeatur, qui pro ſuâ religione æſtimet, quæ poſſint alienari, obligarive de-*
*beant, manente pupillo actione, ſi poſteà potuerit probari, obreptum eſſe Prætori.*
*Si communis res erit, & ſocius ad diviſionem provocet, aut ſi creditor, qui pignori*
agrum

*agrum à parente pupilli acceperit jus exequetur, nihil novandum censet.* Ad quam Orationem præter *Ulpianum* & *Paulus* librum singularem scripsit, *l.2. ff eod.* Just. Meier. *in Colleg. Argentor. ad pandect. lib.27. titul.9. de reb. eor. qui sub tut. thes.1.* Nec potest omitti Oratio *Antonini Caracallæ, de donationibus inter virum & uxorem*, de qua, *l. cum hic status.32. ff. de donat. int. vir. & ux.* quam Gordianus *l.10. C. de donat. int. vir. & ux. Severo* tribuit, quia vivo quidem *Severo*, patre, sed à filio tamen pronunciata, *l. 32. ff. & l. 3. C. de don. int. vir. uxor.* vide Brisson. *lib.1. select. antiquit. cap.16.*

## §. 4.

Ad hunc censum pertinent etiam *Mandata Principum*, quæ Præsidem & Provinciales velut *Lex* obligant: sunt enim *Constitutiones* speciales, quibus certæ personæ, ut Præsides, vel Judices, monentur, quid eos facere oporteat, seu, quibus muneris aut jurisdictionis eorum forma continetur; ad provinciæ administrationem. Appellantur vulgò *Principum Instructiones*, Wesembec. *Cod. de mand. Princip.* & *Commonitoria* Novell.21. *cap.2.* Solebant enim Principes præcepta & monita pro expediendis negotiis; magistratibus, Procuratoribus aut aliis, quos in Provincias mittebant, per libellum mandatorum dare, qui vocatur apud Lucianum *τὸ βιβλίον τῶν ἐντολῶν, in libr. ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος, tom.1 pag.525.* Hæc mandata dicuntur etiam Consulta præsidialia. Vizzan. *ad l. 3. C. de mand. Princip. in proœm. num.* 17. & à Græcis *παραγγέλματα*, Nov.25. *cap.4.* Nov.27. *cap.1.* Novell.30. *cap.9.* & *ὑποθῆκαι*, Nov.26. *cap.2.* de quibus mandatis, *l. 3. ff. de off. Præsid. l. 65. ff. de rit. nupt. l. 6. C. de nupt. d. t. t. C. de mandat. Princip.* Nov. 8. & Nov.17. & singulariter novissimè modò citatus Carol. Emmanuel Vizzanius *de mandat. Princip, seu officio eorum, qui in Provincias cum Imperio mittuntur, ad dict. tit. Cod. de mandat. Princ. & dict.* Nov. 17. quorum *Augustus* primus Autor fuit, Vizzan. *d. tract. de mandat. Princip. prolegom, num.16.* hæc inde & à cœteris *Principibus* tradita Magistratibus: à Præsidibus in Auditorio conservabantur, & Edictis inserebantur, quàm maximè observabantur, & inter insignia Magistratus collocabantur, *ibid. num.*17. 18. 19 20. quorum usus à *Justiniano* revocatur, *num.22.* (& Scip. Gentil. in *orat.3. de Leg. Reg. pag.54.*) in civitatibus Provinciæ eduntur, & Magistratibus dantur unà cum Codicillis Vizzan. *dict. prolegom. num.26. & ad l.3. C. de mandat. Princip. in præfat. num.28. & 30. &c. & in proœm. num.1. & 18. & ad l.1. per tot. & ad* Nov.17. *cap.4. n.29.* ex libris horum Mandatorum plura in Leges translata, Vizzan. *ad dict. l.3. C. de mandat. Princ. in præfat. à num.4. & seqq. usque ad 20.* A *Constitutionibus Principum* in genere, differt hæc species (quam *Mandatorum* nomine insignire *Principibus* & eorum *Jctis* placuit) in eo, quod illæ generales sint,

*l.3.*

*l.* 3. *C. de LL.* & perpetuæ, *l.* 5. *in fin. C. de hæretic.* hæc localia & ad certum duntaxat tempus vim habentia,, *dict. l.* 3. *ff. de offic. Præsid.* Horum alia sunt *secreta*, qualia à *Tiberio Pisoni* data fuisse, ad spes *Germanici* coercendas, credidêre quidam, Tacit. 2. *An.* 43. *num.* 7. *& lib.* 3. *An. cap.* 16. *vers.* 1. *& seqq.* & Sueton. *in Tiber. cap.* 52. Sic apud eundem Tacit. *lib.* 1. *An. cap.* 5. *vers.* 6. codicillis mandata *Postumi Agrippæ* cædes legitur, hæc tamen non præsumuntur esse data; ideò si quis affirmet talia habere, audiendus non est, *l.* 1. *&* 2. *C. de mandat. Princ.* ibique Vizzan. *d. tract. de mandat. Princ.* & ad *Nov.* 17. *cap.* 16. adde *Nov.* 124. *cap.* 4. nec aliter, nisi in scriptis sunt recipienda, exceptis tribus casibus: (1.) cum Judex datur vel adjungitur, (2.) cum Acta edi jubentur, (3.) cum Princeps jubet litem celeriter terminari, *l.* 2. *C. de mand. Princ. Nov.* 113. *cap.* 2. Cujac. *in parat. C. d. t. Nov.* 124. *cap.* 4. *&* 12. Cæterùm more quodam in posterum receptam esse ejusmodi cædium per codicillos mandandarum rationem, docet Dn. & Præc. m. Joh. Bœcler. *in commentar. ad An. Tacit. dict. lib.* 1. *d. cap.* 6. *annot.* 5. *pag.* 91. *& seqq.* ubi causas quasdam, cum exemplo, ex Herodiani *lib.* 3. indicat & refert, qui cum nominasset γραμματεῖον τοῦ φόνου φέρον τὰς ἐντολὰς, *libellum demandatæ cædis*, quem Tribunus à *Plautiano* de cæde *Severi* faciendâ appellatus postulaverat, subjicit: ἔθος γὰρ τοῦτο τυραννικὸν, εἴ τινα ἐκπέμποιεν ἐπὶ φόνον ἄκριτον, ἐντέλλεσθαι τοῦτο διὰ γραμμάτων, ἵνα μὴ, γιγνόμενον ᾖ ἀκατασήμαντον, i. e. *quippe mos tyrannis, cum aliquem mittunt ad occidendos indemnatos, mandare id per codicillos, ne dein cædis imperatæ nullum relinquatur argumentum, &c.* ubi etiam obiter (quæ idem Dn. Bœcler. noster *in sæp. laudat. Commentar. ad Tacit. An. lib.* 1. *cap.* 7. *annot.* 5. *pag.* 122. de formulis, i. e. de certa & concepta verborum solennitate in *Mandatis*, & eorum formalibus, tradt) iterum repetenda veniunt: Alia Mandata sunt *non-secreta*, quæ propriè, ut *suprà* diximus, *commonitoria* dicuntur, qualia sunt: *Ne Provinciarum Præsides in ulteriorem familiaritatem provinciales admittant*, *l.* 19. *ff. de Offic. Præsid.* *Ne patiantur esse collegia*, *l.* 1. *ff. de colleg. & corporibus illicit.* *Ne Dardanarii ullius mercis sint. l.* 8. *ff. de extradin. crimin.* Vizzan. *ad præfat. l.* 3. *C. de Mandat. Princ. num.* 18. *&* 19. *Ne Proconsul donum aut munus accipiat*, *l.* 6. §. *fin. ff. de Offic. Procons.* Vizzan. *ad d. Nov.* 17. *cap.* 1. *num.* 43. *& seqq.* Est & exemplum, *in l.* 2. *C. de offic. ejus qui vicem alic.* ubi *Mandata*, Imperatorum *Theodosii & Valentiniani Augg.* missa *Antiocho*. De his *Mandatis* capiendum est etiam capitulum *Ludovici Pii* Imperatoris, *in lib.* 3. *Leg. Longobard. sub tit.* 7. *si quis literas nostras despexerit.* quod desumtum est ex Capitularibus *Lotharii I. Imper. & Ansegisi Abbatis*, *lib.* 2. *Capitul.* & extat apud Melchior. Goldast. *in Collection. Consuetudin. & LL. Imperialium*, *pag.* 94. sub rubr. *de Leg. Longob. dict. lib. & tit.* Plurà adhuc extant *in sæp. dict. Novell.* 17. quæ præclarè aliquoties, Vizzanius *in tractat. suo de mandat. Princip. ad dict.*

*Nov.* 17. explicat, nec non Jac. Cujacius. Et hujusmodi mandata quædam collegit etiam Guid. Pancirol. *in not. Imp. lib.* 1. *cap.*101. adde Petr. Gudelin. *in Comment. ad Jus noviſs. lib.* 5. *cap.* 6. *per tot.* ubi, quomodo Præſides ſeu Rectores Provinciarum (Galli appellant *Vice-Roy*) ſeſe gerere debeant tùm in ingreſſu, tùm in exercitio, tùm in egreſſu, ſuæ adminiſtrationis, diſtinctè declaratur. Videantur etiam ea, quæ Conrad. Rittersh. *in expoſitione Nov. Juſtin. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 11. *& d. part.* 2. *per tot.* tradit. Quæritur hîc: *An Prætori aut Officiali credendum ſit, qui aſſerit, ſe ex ore Principis mandatum accepiſſe?* Neg. Nic. Myler. *delin. de Princ. & Stat. Imp. c.* 40. *n.* 5. Sanè Princeps & Dominus territorii contra contumaces, ac Edicto non parentes, mandata ſua variis pœnis & coercitionibus defendit, Myler, *dict. cap* 40. *num.* 10.

## *In* II. *Parte de Conſtitutionibus, quæ directò, ſed motu alieno fiunt, agitur.*

### §. 5.

Motu alieno, ſed ità directò, ut jus ſit, conſtituit Princeps, cùm de jure dubio conſulentibus magiſtratibus reſpondet. Hæc propriè *Reſcripta* vocantur, *t. t. Cod. Theod. & Juſtin. de Reſcript.* Hæc fiebant reſcribendo, cùm Imperator conſultationi Præſidum vel Judicum reſponderet, vel ad *relationem*, vel *appellationem*, vel *ſuggeſtionem*. Myler. *d. cap.* 40. *num.* 7. Relatio fiebat à Judicibus, poſtquàm partes allegationibus renunciarunt ante ſententiam, ambigente, quid ſtatui oporteat, magiſtratu, *l.* 9. *C. de Judic. l.* 11. *§.* 2. *ff. de minor.* Bachov. *part.* 1. *ff. ab init. tractat. de Conſtit. Princip. num.* 4. vel etiam poſt ſententiam, apellatione interpoſitâ nec receptâ, *l. pen. Codic. Theodoſ. de Relat.* Ab his conſultationibus Imperator vocatur conſultiſſimus, *l. fin. §. ſin autem libert.* 1. *C. de teſtam. manum.* Conſultiſſima Lex. *l.* 8. *C. qui teſt. fac. poſs.* Conſultiſſima Conſtitutio *l.* 9. *C. de repud.* Appellantur etiam talia *Reſcripta*, Epiſtolæ, de quibus *paulo inferiùs.* §. 8. & ſacra oracula. *§. illud proprium. Inſtit. de adopt. l.* 5. *C. ſi contra jus vel util. publ.* Affatus ſacri. *l.* 5. *C. de div. reſcript.* Auguſti, *l.* 14. *C. de relig. & ſumt. fun.* divini. *l.* 23. *§.* 1. *C. de nupt.* Principales, *l.* 6. *in fin. de fruct. & lit. expenſ.* Harum relationum exempla plurima in Plinii & Symmachi *Epiſtolis* continentur. Vide hujus *lib.* 10. *epiſt.* 46. 55. 58. 60. 62. Propria *Reſcriptorum* & ſpecies, vide apud Weſemb. *C. de div. reſcript. num.* 3. & Juſt. Meier. *Colleg. Argent. lib.* 1. *ff. tit.* 4. *de Conſtitut. Princip. theſ.* 33. cauſa impulſiva & prima, ſunt preces ſupplicantium, *l.* 3. *C. de LL. & Conſtit. Princ.* vid. Weſemb. *t. t. C. de precib. Imper. offer.* Contrarium autem eſt libello ſupplici, ſi vel contra jus, vel contra utilita-

tem publicam, vel contra veritatem fiat, l. 7. C. de prec. Imper. offer. l. 3. eod. l. fin. C. si contra jus vel util. publ. l. 5. eod. Wesemb. d. t. si contra jus, &c. Rescriptum igitur quanquam aliud quàm justum aut validum non præsumatur, l. 5. C. de divers. rescript. expressam tamen conditionem, veluti herbam Betonicam, annexam semper habet, si preces veritate nitantur, l. 7. Princ. C. d. t. de divers. rescript. Nicol. Myler. delin. de Princip. & Stat. Imp. cap. 40. num. 8. quâ omissâ rescriptum non valet jure civili, d. l. 7. pr. C. d. t. jure verò Can. ea clausula subauditur, ut perinde habeatur, atque si expressa fuisset. cap. 2. extr. de rescript. Simili Diocletianus formulâ utitur: Si vera sunt, quæ precibus complexus es, in l. 13. C. de transact. sic etiam in l. 5. C. ad L. Cornel. de Sicar. legitur; si hoc ità est. Et, quæ si ità sunt, in l. 2. Cod si mat. indemn. Idque in veritate ità esse Præsidi probaveris, l. 2. C. quib. ex caus. major. Si allegationibus tuis fidem adesse perspexerit, l. 3. C. qui morb. se excus. l. ult. C. si adv. fisc. l. 3. C. de fidejuss. probari debere fidem precibus vestris adesse, l. 5. C. de fid. instr. si probare poteris. l. 4. C. ex quib. caus. infam. l. 7. C. de his quæ vi met. si docueris. l. 9. C. ad L. Cornel. de fals. & l. 1. C. de fideic. libert. l. doce. 9. C. de rei vind. l. 1. C. rer. amot. Vide plura apud Brisson. 3. form. 264. Retinent JCtorum nostratium Auditoria, & tribunalia, v. gr. Jenensis JCtorum Auditorii, & ut nunc loquimur, Scabinatus, formulam in responsis; Dafern es eurem Bericht sich allenthalben gemäß verhält. Anton. Fab. Jurisprud. Papin. titul. 2. Princip. 8. illat. 4. pag. 69. Hinc clausula motu proprio, quæ in Rescriptis Principum frequenter inseri solet, omninò non probanda, argum. l. 2. C. d. t. si contra jus, &c. Anton. Faber Jurisprud. Papin. princ. 8. illat. 4. confut. 1. & 3. Institut. de jur. nat. gent. & civil. adde Carol. Tapiam in d. Commentar. ad rubr. ff. de Constit. Princ. cap. 2. num. 23. & seqq. vide tamen, quæ suprà tit. 5. § 4. de hâc clausulâ aliisque annotavimus. Formam Rescripti Principalis elegantem lege in l. 9. ff. de L. Rhod. de iact. add. Dn. & præc. m. Jac. Gothofr. acutissimi JCti p. m. ὑπόμνημα ad dict. leg. 9. ff. de L. Rhod. de iact. capp. 1. 3. 6. & seqq. per tot. Plura de Rescriptis Principum eorumque requisitis legenda sunt apud Job. Christoph. Herpfer. JCt. Noriberg. in inaugural. quâ præcepta juris politica tradidit. tit. de Officio Principis, num. 8. Reinkingk. de reg. sec. & eccl. lib. 2. class. 2. cap. 8. Martin. Vran. ad Decretal. titul. de Rescript. Felin. ad Decretal. eodem tit. Arismin. Tepat. Decis. titul. 54. Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. quæst. cas. 201. & seq. & lib. 7. consil. 630. à num. 3. usque ad num. 7. Alexand. Trentacinq. lib. 1. practic. resolution. rubric. de rescript. Jacob. Ayrer. process. juris historic. part. 1. cap. 3. observat. 1. Mart. Neapolit. tom. 1. Digest. tit. Rescriptum. Anton. Faber in Cod. lib. 1. tit. 12. Just. Meier Colleg. Argent. ad d. lib. 1. ff. tit. 4. de Constitut. Princ. thes. 17. & seqq. Consil. Argentorat. 47. volum. 2. Vigel. meth. jur. controvers. lib. 1. cap. 4. Durand. in specul. lib. 4. part. 1. pag 78. Everhard. Bronchorst. centur. 5. assert. 3.

 ubi

ubi docetur, *Rescripto Principis* posse alicui concedi dilationem temporalem peremptoriam verò exceptionem concedi aut remitti non posse. Hîc sanè quæri potest: *Si pars Rescriptum producat, quod ab adversario tanquam falsis precibus obtentum impugnatur, cuinam onus probandi, an producenti, an verò impugnanti Rescriptum, incumbat?* Producenti onus probandi, quòd fides precibus suis adfuerit, incumbere Dn. Nicol. Mylerus J̃ctus Württemb. *in delineation. de Princip. & Statibus Imperii, cap. 40. num. 9.* censet, secundum rescriptum Imperatoris *Gordiani, in l. cum iniquum. 5.* ibi, *probare debere, fidem vestris precibus adesse, C. de fid. instrum.* quoniam impetrans rescripto producto innititur adeò, ut ejusdem intentio in eo requiescat: meritò igitur narrata in eo probare tenetur. *l. in illa. S. ff. de V. O.* ità Petr. Gregor. Tholos. *de rescript. lib. 2. ad cap. ex parte 2. num. 6.* Gailius verò *lib. 1. observ. 14. num. 2.* dissentire videtur.

## §. 6.

Ad appellationem rescribebatur, quoties à sententia Consulis vel Præfecti urbi, Præfecto Augustali, Comitibus, & iis qui vice Præfectorum cognoscunt, provocabatur. Si à Consulis sententiâ *M. Antoninus* Senatum dedit judicem, Jul. Capitolin. *in M. Antonino Philosopho. cap. 10. pag. 73.* Appellandi enim jus superfuit, si fortè Præses Provinciæ, vel quis alius consuluerit, & ad consultationem ejus fuerit responsum, *l. 1 §. 1. ff. de appell. lib. 8.* Βασιλ. *tit. 1. cap. 2.* Quod si tamen exemplum relationis litigatori editum fuerit, neque refutatoriæ preces ab eo adjunctæ, & posteà contra eum rescriptum fuit, non audiendus est, si dicat, eventum rescripti sacri sustinuisse, id est, expectasse, *l. 3. ff. quando appell. l. interdum. 36. ff. de jud.* Is verò, qui executioni contra se factæ intercedere debuerat, cùm ab eâ perperam appellavit, indiget rescripto Principis, cujus beneficio convertatur appellatio in intercessionem. Sed ea res facere non potest, ut judex superior, qui ex appellatione cognoscere deberet, possit etiam de intercessionis jure cognitionem sibi adrogare, quam alioquin inferior judex pro sua jurisdictione habere deberet, ne in cujusque potestate sit, malè appellando id assequi, ut inferioris judicis autoritas labefactetur, quam ex officio tueri superior quoque debet. Eæ igitur superioris partes erunt, ut conversâ per rescriptum appellatione in intercessionem, causæ cognitionem remittat ad eum judicem, apud quem si appellatum non fuisset, intercessionis suæ causas reddere reus debuisset, *Cod. Fabr. lib. 1. titul. 12. definit. 5.*

§. 7.

## §. 7.

I. Suggeſtio relationis ſpecies eſt, minorum & majorum judicum ad Principem vel Præfectum Prætorio, *l.* 34. *Cod. de appellat.* quando diverſis legibus ex utraque parte prolatis, quæ pugnare videntur, *Imperator* conſulitur, *l.* 5. *Cod. de bon. quæ lib.* vel cum de novo jure, quod inveterato uſu nondum ſtabilitum eſt, dubitatio emergit, *l.* 11. *Codic. de LL. & Conſtitut. Princip.* Præter judices verò etiam ſolebant quandoque Advocati per ſuggeſtionem conſultare. Advocationis Myricianæ ſuggeſtio à *Juſtiniano* memoratur, qui familiæ ſignificationem dubiam illis explicavit, *l.* 5. *C. de V. S.* Sed hæ conſultationes & relationes à *Juſtiniano* ſublatæ, *Novell.* 113. & 125. qui ſanxit ſecundum leges generales ſingulas cauſas finiri. Quia ex relationibus judicum ad Principem nimiæ dilationes & remoræ negotiis afferebantur. Quare compendioſius viſum eſt, amputare relationum moras, ipſosque judices pro ſuo captu judicare jubere, ſalvo parti gravatæ appellationis benecio; videatur *Auth. Novo jure*, & ibi Bartol. & Joh. Faber. *Cod. de relat.*

II. Ad ejusmodi ſuggeſtiones ſecutæ etiam pragmaticæ ſanctiones, quæ ſunt *Reſcripta*, apud Principem in publicis negotiis, cujusque univerſitatis vel provinciæ, ad ſuggeſtionem alicujus corporis, collegii, civitatis vel Provinciæ, quibus conſilio & tractatu adhibito diligentiùs reſpondetur, *l. ult.* §. 1. *C. de diverſ. reſcript. & pragm. ſanct.* Cujac. *in parat. C. d. t. Conſtit. de Juſtinian. Cod. confirm.* § *pen. l.*10 *l.*12. §.1. *l.*16. *C. de SS. Eccleſ.* Juſt. Meier. *Colleg. Argent. lib.* 1. *ff. tit.* 4. *de Conſtit. Princip. theſ.* 36. Rittershuſ. *ad Novell. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 15. Quod confirmat Βασιλ. *lib.* 2. *tit.* 5. *cap.* 25. ibi: πραγματικὸς ὁ θεῖος μὴ ἐκφωνείσθω τύπος πρὸς ἰδικὴν τινὸς ἰδιοτικοῦ πράγματος δέησιν, ἀλλὰ μόνον πρὸς σωματείων, ἢ ἑτέρων σύστημα, ἢ πόλιν ἐπαρχίαν. Differentiam notat Jacobus Gutherius inter pragmaticam ſanctionem, & pragmaticam juſſionem, quarum illa in vetando, hæc in præcipiendo, quæ tamen usque adeò non videtur ſervari. Huc pertinent etiam Annotationes, quando precibus ſubditorum per ſubſcriptionem brevem reſpondetur, *d. l.*10. *C. de SS. Eccleſ. l.* 1. *C. de prec. Imper. offer. l.*12. *C. de vectig. & commiſſ.* Juſt. Meier *Colleg. Argent. d. lib.* 1. *ff. tit.* 4. *de Conſtit. Princ. theſ.* 34.

# *Pars* III. *Conſtitutiones quæ non directò fiunt, Continens.*

## §. 8.

Sequitur altera *Conſtitutionum* ſpecies, quâ quidem *Princeps* non directò agit, ut jus commune faciat; ob ejus tamen dignitatem & auctorita-

tem legis habet vigorem, ità, ut, quod, licet in ſingulari negotio, ſtauit, tamen in aliis quoq; caſibus obſervari velle propter ſummam ſuam in omnes poteſtatem videatur, quod fit, vel cùm privatis conſulentibus reſpondet, quod in ſpecie *Epiſtola* appellatur, *l.* 1. §. 1. *ff. de Conſtit. Princ.* vel cum cognoſcens de causâ privatorum & jus reddens ſententiam fert, quod vocatur *Decretum, l.* 3. *C. de LL. & Conſtit. Princ.* Bachov. *part.* 1. *ff. ab init. tit. de Conſtit. Princ. num.* 4. *&* 5.

I. *Epiſtolam* ità, ut *modò* diximus, ſpecialiter accipimus, quanquam interdum æquè latè atque *Reſcripti* vox pateat, *ſuprà* §. 5. *h. t.* quemadmodum etiam ità à Theophilo in §. 6. *Inſtit. de jur. nat. gent. & civ.* deſcribitur: ἀντιγραφὴ βασιλέως πρὸς ἄρχοντας ἀναφορὰν (vide etiam *l. ult. Codic. de diverſ. reſcript.*) περί τινος ἀμφιβόλου πράγματος γενομένη: *Reſcriptum Principis ad relationem magiſtratus alicujus, de re quapiam dubia emiſſum*: quo ſenſu & ſacræ literæ dicuntur, in inſcriptione *l.* 3. *C. de long. temp. præſcript. quæ pro libertate, &c. Conſtantini & Licinii A. A. ad Dionyſium vicariam præfecturam agentem.* In *l.* 6. *C. de præſcript. long. temp.* 10. *vel* 20. *annor.* pars ex epiſtolâ Dioclet. & Maximiani ad Primoſum Præſidem Syriæ. In *l.* 13. *C. de fidejuſſ. & mandat.* pars ex epiſtolâ Gordiani ad Auxium. Et *in l.* 8. *C. de accuſat. & inſcript.* eſt exemplum ſacrarum literarum Diocletiani & Maximiani A. A. Ut & *in l.* 5. *C. ad L. Cornel. de Sicar. l.* 5. *C. de jur. fiſc. & l.* 10. *C. de muner. patrim.* Et ſanè *Epiſtolarum* frequens *in Digeſt.* fit mentio, Barnab. Briſſon. *in Lexic.* verb. *Epiſtola.* Solebant etiam Imperatores reſcribere ad conſultationes & interrogata Advocatorum, eaque magiſtratibus ſummis mittere, ut eorum autoritate innoteſcerent non tantùm Advocatis, ſed & toti Provinciæ, Juſtus Meier, *Colleg. Argent. dict. lib.* 1. *ff. tit.* 4. *de Conſtit. Princ. theſ.* 35.

II. Erant etiam *Epiſtolæ*, quæ neque ad relationes magiſtratuum, aut preces & deſideria ſupplicantium dabantur; ſed planè ejusmodi, quæ Principis mentem duntaxat aperirent. Quod inſcriptio *legis Honorii & Theodoſii*, nimirum *l. fin. C. de his qui accuſ. non poſſ.* indicat: *Imperatores, Honorius & Theodoſius A. A. Conſulibus, Prætoribus, Tribunuplebis, Senatui S. D.* neq; enim à Conſulibus aut Prætoribus ulla relatio, aut quæſtio ulla. Harum *Epiſtolarum* quædam *Formales* appellabantur, nempe quando eâdem formâ ad plures ſcribebantur, Suet. *in Domit. cap.* 13. & Adrian. Turneb. *lib.* 5. *adverſ. c.* 10. *p.* 141. Jul. Capitolin. *Formas* appellitat, *in Antonin. Pio, c.* 6. *p.* 53. quibus aliquid *Imperator* edicebat, & publicè imperabat, aut publicè ad aliquos ſcribebat, ut ex ejus ſtylo, & formâ, & exemplari, ſimiles ſcriberentur: nam cum habeant eam formam, quam inſtrumenta publica & edicta habent, *formales epiſtolæ* dicuntur, ut Sueton. *in eod. Domitian. cap.* 20. inquit *epiſtolas, orationesque & edicta alieno formabat ingenio*, vide etiam *ſuprà hoc tit.* 6. §. 2. Dicitur aliàs *formula*

*mula* illa norma, quam magistratus præscribit judici, itemque *Princeps* magistratibus, quales apud *Cassiodorum* complures occurrunt. Ab Ammian. Marcellino *lib.14. hist. cap.2. pag 5. lethalis formula*, dicuntur Codicilli mandata cædis continentes, de quibus *suprà* § 4. egimus. Quicquid etiam certâ & conceptâ verborum solennitate constat, *formale* & *formula* dicitur, unde Glossæ veteres: φορμῦλλα, τύπ☉, & τυπικὰ ῥήματα sunt *solennia verba*: & apud Jctos τυπικὰ sunt actionum, contractuum, obligationum, &c. formulæ, Dn. & Præc. m. Bœclerus *Commentar. ad Tac. A. lib.1. cap.7. annot.5.* Sunt autem hæ *Formales Epistolæ* prorsus similes Ecclesiasticarum Encyclicarum, ἐγκυκλίων ἐπισολῶν, à quibus diversæ *Formatæ*, etsi à quibusdam, & Cujacio quoque *ad Novell. 6.* malè confunduntur. *Formatæ* enim dicebantur, quæ adhibitis propriis notis ac signis conciperentur, unde & τετυπομέναι *Græcis*. Has notas ac signa describit Atticus Constantinopolitanus Episcopus *ad finem Chalcedonensis concilii*, quem compilavit Gratianus *dist.73. princ.* & magis observatè explicat Ivo *6. part. decret. cap. 433.*

III. Sed jam ad *Epistolas*, de quibus *init. hujus* §. 8. proponebamus: nempe quæ preces oblatas sequebantur. Privatis enim ad Principem non dabatur aditus, nisi per libellos, inprimis à temporibus *Tiberii*, Tacit. *lib.4. Annal. cap.39. vers.1.* ibique Dn. C. Forstn. *not. pol. pag.* 378. ubi in causas hujus moris inquirit. Tacitus porrò *d. lib.4. An. cap.41. num.3. & eod. lib.4. cap.74. num.4.* ibique iterùm Dn. Forstn. *not. polit. pag* 407. Qui libelli, si quæstionem juris continerent, secundum responsum *Jctorum Imperator* rescribebat: Sic *Alexander Severus Sabinæ, secundum responsum Domitii Ulpiani, amici mei, l.4. Cod. de contr. & committ. stipulat.* Sic *Papinianus in l.17. pr. ff. de quæstion. Extrario quoque accusante, servos in adulterii quæstione contra dominos interrogari placuit, quod Divus Marcus ac posteà Maximus Princeps* (is est Septimius Severus) *judicantes secuti sunt.*

IV. Cœterùm quoad Formale externum, seu (ut Dn. Bœcler. *comm. ad lib.1. Annot. Tacit. cap.7. annot.5. pag* 123. loquitur) τύπον λεκτικὸν, tria adhuc observanda occurrunt. *Primum* quod *Epistolæ* conscribebantur ab *Epistolarum Magistro*: cujus officii nomen ante *Hadriani* tempora non legitur, priores enim *Imper.* libertorum operâ utebantur; Sueton. in *Claud. cap. 28.* Imperatorem *Claudium* habuisse ab *Epistolis Narcissum* testatur, qui libertus ejus. *Vespasiani* patris *Epistolas Titus* dictabat, Sueton. in *Tit. cap.6.* Hoc autem curandarum *Epistolarum Principis* officium magni fuisse momenti ad summa quæque in aulâ consequenda ex Philostrato *in Hermocrate* ostendit Salmasius in *t. A. fol.11. b.* adde Dn. Bernegg. *not. ad Suet. Tit. dict. cap.6. lit. e.* Erant *Epistolarum Magistri* duorum generum: unus *Epistolarum Latinarum*, alter *Græcarum* in partibus Orientis, qui *Epistolas*, quæ *Græcè* solerent emitti,

aut dictabat ipſe, aut *Latinè* dictatas in *Græcum* transferebat, teſtibus *inſcriptionibus veteribus* apud Golzium, *cap.* 12. *pag.* 180. Et de *Beryllo* Joſephus 20. *Antiq.* 7. Sed tandem mos invaluit, ut à *Magiſtris ſcriniorum* ferè *Orationes* & *Epiſtolæ* componerentur. Appellabantur etiam *Epiſtolares Principis, l.* 32. *& l.* 35. *C. de appellat.* Illi in ſacro auditorio acta excipiebant, ut apparet ex *l.* 36. *Cod. eod.* Habebant enim *Imper. ſcrinium ſacrarum epiſtolarum*, ut ex *l.* 3. *C. de tempor. & reparat. appell. &c.* & aliis ex Briſſon. *Lexic.* verb. *Epiſtolares Principis*, & verb. *Scrinia*. *Secundum* eſt, annotatio temporis, & loci, quo *Epiſtola* data, *l.* 4. *Cod. de Leg. & Conſtit. Princ.* cujus variæ habentur formulæ: ut, *data, ſcripta, emiſſa, propoſita, ſubdita, recitata, lecta, regeſta, accepta, allegata.* DATA *Conſtitutionem* generalem notat, *l.* 3. *C. de litigioſ.* SCRIPTA ea notat, quæ notiſſimi juris ſunt, *l.* 26. *C. de transact.* EMISSA ſubſcribebatur *Epiſtolis*, *Principis* mentem, ſine relatione magiſtratus prævià, aut ſupplice libello, declarantibus: talis eſt *Juliani ad Geminianum*, in *l.* 2. *C. de his qui propter met. jud. non appell.* & in *l.* 9. *Cod. Theod. de agent. in reb.* & in *l.* 3. *Cod. Theod. de numer. actuar.* Et familiaris eſt hæc *Jctorum* noſtrorum ῥῆσις, *emittere epiſtolam, l. ſemper.* 5. §. 1. *ff. de jur. immun.* Barnabas Briſſon. & Joh. Calvin. in *Lexic.* verb. *emittere* & *emitti.* PROPOSITA notabat *Reſcripta* ad ea, quæ à privatis proponebantur, quando reſpondetur ſecundum ea, quæ proponuntur. Aliquando occurrit *P. D. S.* cùm jus cum facti quæſtione copulatur, ut in *l.* 2. *C. Ne de ſtat. defunct.* h. e. propoſita, data, ſcripta. SUBDITA habetur in *l.* 5. *Cod. ad Sc. Turpill.* RECITATA notat literas *Principis* aut *Conſtitutiones* novas, in *l.* 1. *C. de bon. matern.* & *l.* 14. *Codic. Theod. lib* 6. *titul.* 1. Interdum etiam reperitur; *Recitata Septimo* vel *Septies, in novo Conſiſtorio Palatii Juſtiniani*, ut in *l.* 30. *C. de fideicomm. l.* 19. *C. de jur. delib. l.* 34. *C. de donat. l.* 30. *C. de jur. dot. l. pen. C. de reb. cred. l. ult. C. de legit. tut. l.* 20. *C. de agric. & cenſit.* quæ formula aliquantò clarior & magis perſpicua extat in *l.* 22. *C. de S S. Eccleſ.* tali modo: *Recitata ſeptimo miliario juris inclytæ civitatis in novo Conſiſtorio Palatii Juſtiniani.* Sed benè hîc *Cujacius* obſervat pro *Septies* ubicunque legendum eſſe, *Septimo*, ſubaudi, *miliario.* Erat enim Palatium in ſuburbio *Conſtantinopoleos*, in quo *Juſtinianus* juri dicundo novum Conſiſtorium extruxerat, dictum *Septimum Miliarium*, vel *Septimiliarium. Novell.* 118. *in fin.* & abſolutè *Septimum*: eadem ratione ità appellatum, qua *Decimum* ſuburbium *Carthaginis*, quod Auctore Procopio *de Ædif. Juſtin.* diſtabat ſtadiis ſeptuaginta, Cujac. 20. *obſerv.* 3. LECTA, ut à *Braxio Pro-conſule* in *l.* 8. & 9. *Codic. Theod. de Prætor. & Quæſtor.* in ſenatu. *l.* 8. *Cod. Theod. de met. & metator.* apud acta *l.* 2. *C. de Epiſc. & Cler. l.* 4. *C. fin. regund.* REGESTA, *id eſt*, ad acta publica repoſita, *l.* 14. *Codic. Theod. de indul. deb.* ACCEPTA, in *l.* 2. *C. de procur. l.* 16. *C. de donat. ante nupt.*

*l.* 1.

*l.1. C. de his qui parent. vel liber. occid. l.1. C. de teſtam. mil.* Hodie noſtratibus, illius loco, *Præſentatum* notatur. *Reſcriptorum* enim dies à tempore acceptorum ſeu præſentationis currere incipit, Bald. *in l. 1. Cod. ut lite pendent. num.2.* Betlich. *deciſ 232. num.3.* ALLEGATA, *in l.5. Cod. Theod. de pact. & transact.* debebant enim *Reſcripta* intra certum tempus allegari. *l. 2. C. de diverſ. reſcr.* *Tertio* ſequitur *loco*, quod *Princeps* aut ſubſcribebat, aut ſignabat, aut ſubnotabat *Epiſtolas.* Subſcribere eſt proprio chirographo annotare, *l. ſingulos. 30. ff. de teſtament.* & *l. 3. C. de diverſ. reſcr.* Subſcriptio fiebat ſacro encauſto, *l.6. C. d. t. de diverſ. reſcr.* quo nemini uti licitum, pœnâ poſt proſcriptionem bonorum omnium capitali ſancitâ, vide Dionyſ. Gothofr. *not. ad d. l.6. litt. m. n. o.* & Calvin. *in Lexic.* verb. *encauſtum.* & Briſſon. *in append. Lexic. d. verb.* Juſt. Meier. *Colleg. Arg. lib 1. ff. tit. 4 theſ. 35.* Theodor. Hœppingk. *tract. de jur. ſigillor. cap. 15.* ubi de ſubſcriptionibus quamplurima: adde Dn. Limn. *annotat. ad Capitul. Ferdin. III. not. final.* Jure Can. & moribus citerioris ſeculi ſigillorum adhibitio deſiderari cœpit, Hœpingk. *dict. tract. de jur. ſigillor. cap.11. num. 14. & paſſim.* ut videre eſt ex pragmatico *Childeberti* Regis apud Aimonium, *lib. 2. de geſt. Franc. cap. 20.* & in *Edicto Caroli M.* de obedientia Epiſcopis præſtanda apud Goldaſtum *tom. 3. de Conſtitut. Imper.* & in donatione *Ludovici Einhardo* conceſſa, quæ præfixa eſt *tomo veterum ſcriptorum à Reubero* collectorum: & in privilegio *Caroli Calvi* apud Aimonium *lib. 5. de geſt. Franc. cap. 34.* & notat Jacob. de Breul. ad *cap.10. lib.2. Aimonii*, quod olim literis ſigilla fuerint adfixa, quæ, ut ipſe loquitur, chartam tenebant amplexam ab utraque parte, cum bona quantitate ceræ: tempore autem *Ludovici Craſſi*, ſub annum Dom. 1110. is primus cœpit appendere ſigilla à corrigiis & filis. Hæc ſigilla *Bullæ* vocabantur, ex eo, quod capſulæ incluſa appenderetur, non ſecus ac Bullæ olim pueris prætextatis, notante M. Frehero Jcto ad *cap.2. Petri de Andlo lib.2.* Hinc *bullare*, pro *ſignare*, & *Doctores Bullati.* Harum erant quadruplices, aurea, argentea, cerea, plumbea, vide Theod. Hœpingk. *dict. tract. de jur. ſigillor. cap. 3. per tot.* Hinc factum, ut ſigilla ſynecdochycè pro *Reſcriptis* ſigillatis legantur, in *LL. Longobardorum, cap.2. tit. 55. lib.2.* Sed & *Conſtantinus Porphyrogenitus* Imperator, *de admin. Imp. cap.49.* Εποίησε καὶ σιγίλλιον λέων, &c. P. Siculus *de hæreſ. pag. 50.* καὶ λαβὼν παρὰ τοῦ βασιλέως σιγίλλιον. Iſaacius Comnenus *in Novell.* ἐν τοῖς σιγιλλίοις τῶν παλαιῶν πρακτικῶν ἀναγράφονται. Adde Legem *Alamannorum tit. 23. §. 4.* &c. Decretum *Taſſilonis* de popularibus legibus §.17. non minus atque *Bullæ* pro literis bullatis. Inde κατ᾽ ἐξοχὴν, *Aurea Bulla Caroli IV.* de qua Freher. *in not. ad Petr. de Andlo.* χρυσόβουλλα *Impp.* Orientalium notiſſima ſunt, quomodo *Edicta* & *Reſcripta*, etſi aureo ſigillo minimè munita appellabantur. *Novella* Comneni, quæ ſtatuit, *Ne quid ab Eccle-*

*ſia Epiſcopo ſuo orbata Quæſtor exigat*, χρυσοβούλλου titulum præfert, etſi cereum ſigillum ei appenſum fuit, vide Joh. Meurſium *in* κυρίβολλον. & Hœpingk. *d. tract. de jur. ſigill. cap.* 3. Subnotare eſt brevibus verbis aliquid ſcribere: talis ſubnotatio eſt in veteri lapide, *Inſcript.* 607. 1. ubi *Antoninus Pius* ſubſcripſit: *Feretrum fieri placet*: infra hanc ſcripturam ſubjiciebat, vel *Quæſtor*, vel *Magiſter ſcrinii*, pro rerum varietate, *Subſcripſi*: vide Guther. *de O. D. A. cap.* 35.

## §. 9.

*Decretum* eſt ſententia *Imperatoris*, quam vel pro tribunali, vel de plano, causâ cognitâ, & utraque parte auditâ, pronunciat. Bachov. *part.* 1. *ff. ab init. tractat. de Conſtit. Princip. num.* 4. *&* 5. vel ut Theophilus *ad* §. 6. *J. de jur. nat.* definit: Ἀπόφασις Βασιλέως μεταξὺ δύο μέρων παρ' αὐτοῦ δικαζομένων ἐκφερομένη: *Sententia Principis inter duas partes, de quarum ipſe causâ cognoſcit, & judicata pronunciat.* Sententia autem *Principis* definitiva tantùm, *l. ult. C. de LL. & Conſtit. Princip.* generale jus facit, quod & verum eſt de præjudiciis Imperialis Cameræ *Receſſ. Imper. Spirenſ. de anno* 1570. §. Alsdann. & §. Do auch. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 1. certis quibusdam caſibus exceptis, de quibus Andr. Knichen *de veſtitur. pact. cap.* 1. *num.* 113. etiamſi de plano ſaltem cauſam cognoverit: *Principes* enim ordine judiciorum exempti, atque etiam de plano ſententiam definitivam ferre poſſunt, *argum. l.* 1. § 1. *ff. de Conſtitut. Princip. & l.* 11 *ff. de juſt. & jur.* Bachov. *dict. p.* 1. *ff. ab init. tract. de jur. num.* 2. Sententia autem interlocutoria jus non facit, *l.* 3. *C. de LL. & Conſtit.* Juſt. Meier *Colleg. Argentor. d. lib.* 1. *ff. tit.* 4. *de Conſtitut. Princip. theſ.* 13. Intelligenda igitur *d. l.* 3. *C. de LL. &c.* de voluntate Principis ſeu interlocutoria propriè ſic dicta: *dict.* verò *l.* 1. § 1. *ff. de Conſtitut. Princip.* de poteſtate Principis, ſeu interlocutoria impropriè ſic dicta, adde Beſoldum *Oeconom. ad lib.* 1. *ff. titt.* 3. 4. *num.* 10. Dn. & Præc. m. Johan. Steinberg. *Colleg. Weſembec. diſput.* 1. *ad lib.* 1. *ff. tit.* 4. *num.* 28. De ſententiis interlocutoriis, vide apud Clariſſ. Carpzov. *in proceſſ. tit.* 16 *artic.* 1. §. 2. plura: qui inſignis *JCtus eodem titulo & artic.* §. 1. quatuor inſignes facit differentias inter ſententiam & decretum, quas lege *ibidem.* adde Beſold. *Oeconom. ad d. lib.* 1. *ff. titt.* 3. 4. *num.* 12. Cœterùm hæc *Decreta* etiam Cognitiones Imperatoriæ vocantur: hoc enim veteres *Impp.* habuerunt in more, ut frequenter jus dicerent: de *C. J. Cæſare* id teſtatur, Sueton. *in Cæſ. cap.* 43. *de Auguſto.* Idem in ejus *vitâ cap.* 33. & de *Claudio* ſimiliter in ejus *vit. cap.* 15. *de Hadriano & Severo* Spartianus, & de *M. Antonino* Capitolinus *in vit. Veri.* Hujusmodi *Decretorum*, ſive Imperialium ſententiarum, in cognitionibus prolatarum, libros tres ſcripſit *Paulus*: teſte Indice Auctorum *Pandectis* præmiſſo, & Legum

quarun-

quarundam inſcriptionibus. Sic in *l.* 25 §. 16. verſ. *quod autem. ff. de hered. petit.* in *l.* 28 *ff. de inoff. teſtam. l.* 11. §. 2. *ff. ad L Falcid. l.* 5. §. 10. *ff. de his quæ ut indign. auf. l.* 1. *ff. de bon. eor. qui ant. ſent. l.* 6. *C. de uſucap. pro emt.* ibi, *Imperator Philippus cum conſilio collocutus dixit, l.* 6. *C. qui bon. ced. poſſ.* ubi innuitur, ſi Princeps apud acta dixiſſet: Acta autem in Conſiſtorio Principis intimo fiunt, *& ſimilibus.* Propriè enim illud *Decretum Principis,* quod ejus in *Conſiſtorio,* adhibito conſilio, pronunciabatur, hîc intelligitur. *Conſiſtorium* iſtud & tribunal, & auditorium comprehendebat: publicorum judiciorum cognitiones, aut nobiliores de re pecuniariâ controverſiæ pro tribunali, privatorum in auditorio expediebantur: imprimis etiam ad tribunal vocabantur de *Chriſtianis* cognitiones, vide Plin. *lib.* 10. *epiſt.* 120. Guther. *de O. D. A. lib.* 1. *cap.* 22. Illuſtrium etiam cauſæ, ſi deliquiſſent, & poſt depoſitam adminiſtrationem accuſarentur, ordinariè in *Conſiſtorio Principis* agitabantur: *Princeps* enim illorum Judex eſt ordinarius, *l. fin. C. ubi Senat. vel Clariſſ.* Præter haſce cauſas aliæ quoque, de quibus *Principi* ſupplicatum, ſi quidem majoris momenti eſſent, à *Principe* cognoſcebantur, ut factum in causâ *Pactumeiæ Magnæ in l. fin. ff. de hered. inſtit.* Præceſſit ergò cognitio *Decretum.* Juſt. Meier *Colleg. Argent. d. lib.* 1. *ff. tit.* 4. *de Conſt. Princ. th.* 10. Hinc cognitionalis ſententia, *Nov. Theod & Val.* 6. & cauſam cognitionaliter examinare, *d. l. fin. C. de LL. & Conſt. Princ.* Hodiernâ obſervantiâ & conſuetudine, Sententia valida non aliter habetur, quàm ſi ad Reſponſum Collegii alicujus Juridici fuerit lata, Carpzov. *proceſſ. d. tit.* 16. *artic.* 3. *& ſeqq.* adde *ſupra tit.* 1. §. 11. Hæc *Decreta* actis publicis componebantur: erant enim acta ὑπομνήματα, ſeu rerum geſtarum commentaria, ex quibus jus Prudentes noſtri petierunt ſubinde, Dn. & præc. m. Bœcler. *in append. diſſertat. Academ. diſſert.* 4. *pag.* 116. e. g. ante *l.* 7. *C. de Epiſc. & Cler.* legitur; *Pars actorum habitorum in Conſiſtorio apud Imperatores Gratianum, Valentinianum & Theodoſium, conſulatu Synagrii & Eucherii Virorum Clariſſimorum, die III Kal. Januarii. Conſtantinopoli in Conſiſtorio.* Et ante *l.* 6. *Cod. qui bon. ced. poſſ. Imp. Theodoſius A. apud acta dixit.* Et ante *l.* 2. *C. de excuſ. mun. Pars actorum Diocletiani & Maximiani A. A. & C. C.* & ante LL. plures in *Cod. Theod.*

## §. 10.

Explicatis quodammodò *Conſtitutionibus Principum*, quæ directò, & quæ non directò fiunt, ad eas quoque (cùm præterire aliquid maximum vitium in dividendo ſit, Cicer. *lib.* 1. *offic. cap.* 3. *pag.* 3.) quas alii ſuperaddunt, deveniendum eſt. Et *primò* quidem ex *l. pen. C. de don. inter vir. & uxor.* & Weſemb. *ff. h. t. de Conſtit. Princip. num.* 2. videtur, *Principis* etiam *contractus* ad ejus *Conſtitutionum* ſpecies pertinere, & vim civilis legis habere; ſed tamen

T 2

men id refutant Bachov. 1. *Disp. Treutler.* 1. *th.* 5. *lit. f. & seqq.* & Vasq. *illustr. controv.* 1. *c.* 3. *n.* 5. *&* 6. quos sequitur. Dn.m. & præc. Wilh Ludvv. *not. ad Wesemb. dict. tit. & num.* Idem Wesemb. *eodem tit. & num.* defendit, *contractus Principis* ex jure naturæ Successores etiam obligare: Ubi tamen Car. Tap. *de Const. Princ. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 12. *& seqq.* Dom Reinking. *de reg. sec. & eccl. lib.* 1. *class.* 3. *c.* 10. Besold. *de success. lib.* 3. *dissert.* 2. Casp. Klock *tom.* 1. *consil.* 7. *sect.* 13. Dn. Joh. Otto Tabor *de obligat. successor. in offic. cap.* 5. Consil. Argent. *vol* 1. *cons.* 34. Carpzov. *ad Leg. Reg. Germ. cap.* 8. *sect.* 4. *num.* 12. aliique, communiter distinguunt inter Successores, qui jure hereditario veniunt & inter eos, qui sanguinis & dignitatis jure vocantur. Qui jure hereditario veniunt, obligantur, per *l.* 149. *ff. de R. I.* nisi contractus omninò esset intolerabilis. Qui verò jure sanguinis vocantur, per contractum prædecessoris non obligantur; quod tamen iterum varias patitur limitationes & exceptiones, per *Autores modò allegatos*, quos lege. *Secundò* tantam præ se etiam ferunt formam *Concordata Imperatoris*, cum Pontifice nomine *Germanicæ Nationis* inita, ut non minus inter *Constitutiones Principum* referenda videantur: sed neque ea vim legis civilis habere, neque obligatoria esse, à *Statibus Imperii Augustanæ confessioni* addictis anno 1598. *Ratisbonæ* in Comitiis, *in Replica Catholicis Statibus* opposita, dicitur: Daß die *Compactata Germaniæ* unbündig/ dieweil sie nicht/ vermög deß Herkommens im Reich/ auffgericht/ auch von allen Päbsten anders nicht/ dann darinnen es ihnen zu ihrem Vortheil gedienet/ gehalten/ auch zu deß Reichs und der Stände Unterdruckung *expracticiret* worden. Cæterùm ejusmodi *Concordata Germaniæ* cum *Sede Apostolica*, leguntur apud Dn. Limn. *in annotam. ad Capitulat. Caroli V. Mantiss.* 6. *pag.* 395. nec non *Constitutio Nicolai V. Mantiss.* 7. *pag.* 399. ut & *Concordata Principum Germaniæ cum Pontifice Romano Nicolao V.* Concordante *Friderico III.* Imperatore, *Mantiss.* 8. *pag.* 401. & tandem Supplicatio pro *conservatione Concordatorum*, *Mantiss.* 9. *pag.* 404. Anno M CCCC LV. auditâ morte *Nicolai V.* qui *Fridericum III.* coronaverat, *Germani*, ut refert Carolus Molinæus apud *Goldast. in rational. Constit. Imperial. pag.* 116. miseram sortem suam deflentes, persuadere nixi sunt *Imperatori*, ne *Pontificibus Romanis* amplius obtemperaret, nisi saltem quædam ad Pragmaticam tendentia prius ab eis impetrasset, &c. Dn. Limn. *annotam. ad Capitul. Caroli V. artic.* 16. *num.* 15. Gravamina *Germanicæ Nationis & Sacri Romani Imperii*, cum remediis & avisamentis ad *Cæsaream Majestatem*, vide apud Goldast. *tom.* 2. *Constit. Imp. p.* 119. und in alten Reichs-Abschieden zu Amberg 1607. gedruckt/ *num.* 7. 9. *& seqq.* Hinc articulus *decimus sextus* in Capitulatione *Caroli V.* & reliquis Capitulationibus, qui in *Capitulatione Leopoldina* articulus *decimus nonus* est, originem traxit: *Quia Romæ multa fiunt adversus pacta quondam inita cum Pontificibus,*

*cibus,*

*ficibus, det operam apud Pontificem, ne qua fraus privilegiis fiat & Imperii libertati.* adde Carpzov. *comm. ad L. Reg. Germ. cap. 2. sect. 4. & seqq. Recess. Imper. August.* 1530. §. Als auch Teutscher *Nation* Beschwerde. *pag.* 197. *b.* Sprenger. *in jurispr. publ. c.* 7. *p.* 201. Coronidis loco quærere libet: *An rectè, & ex usu Reipubl. factum, quod Principes tantam in jure tot modis & formarum speciebus condendo potestatem obtinuerint?* Negaret fortè quispiam: esse enim periculosum, deinde impossibile, ut unus homo tantam intelligentiam juris habuerit, ut non sæpè iniqua decreverit, quæ pro legibus observari nefas sit: multos fuisse ex *Imperatoribus* improbos, aliquos etiam fatuos: ideò *Macrinum* Imperatorem statuisse, *omnia Rescripta veterum Principum tollere, ut Jure, non Rescriptis ageretur*, Jul. Capitolinus *in vit. Opil. Macrini. pag.* 277. Sed pro *Principibus* facilis est responsio atque defensio: vel enim omnes doctissimi fuêre, summique *JCti*, vel à *JCtis* ipsis, quos multos circa se habebant, summæque Reipubl. gubernaculis præponebant, jus discere vel mutuari potuêre: nam & doctissimi *Imperatores*, ut *Marcus, Severus, Alexander, Aliiq;* complures, nihil ferè sine *JCtorum* consilio, & quidem probatissimorum, quorum nunc etiam sententias pro legibus, orbis terræ observat, agendum vel decernendum sibi putabant. Improbitas autem quorundam, ut cæteras partes Reipubl. labefactavit, sic hanc Juris non magnoperè attigit; neq; causam habebant, cùm ex generali civibus descripto jure nihil ad ipsos redundaret. Quare etiam sceleratissimorum *Principum*, ut *Neronis, Caracallæ, Heliogabali, Constitutiones* sapientissimas atque optimas retinemus. Ipse etiam *D. Nerva*, quo nemo melior *Imperatorum* fuit, prædecessoris sui *Domitiani*, quo nemo tetrior, tamen & *Beneficia*, & *Rescripta*, aliasque *Constitutiones* conservavit, *Edictoque* etiam confirmavit, quod ostendit nobis Plinii Cæcilii *liber decimus Epistolarum*. De *Opilio Macrino*, homine planè barbaro, nil aliud respondendum, nisi suo eum sensu usum fuisse; præsertim cum *Xiphilinus* scribat, eum Jura non tàm accuratè novisse, quàm fideliter tractasse.

Atque hæc de generalibus *Principum Constitutionibus* earumque speciebus, sufficiant: Particulares autem, sive Personales (quia propriè Jura non sunt, sed privilegia, *fac. l.* 8. *ff. de LL.* Gell. 10. *Noct. Attic.* 20.) singulari titulo, scil. *decimo sexto infra*, destinavimus & reservavimus.

# TITVLVS VII.
## DE INTERPRETATIONE CONſtitutionum.

### *Pars I. Cujus ſit interpretari Conſtitutiones : & de modis interpretationum, & Regulis quibusdam generalibus.*

§. I.



Uid *Conſtitutiones*, quarumque ſint ſpecierum, ex hactenus dictis, certum manifeſtumq; eſſe ſperamus. Quomodo autem ſingulas ſpecies, hanc nimirum vel illam intelligere, earumque, vim ſenſumque aſſequi & interpretari debeamus, nunc docendum explicandumque erit. Propter enim & orationis verborumque inopiam, & rerum infinitam ac multiplicem varietatem, nulla *Conſtitutio* unquam ita apertè, nulla tam accuratè ac præcisè ferri vel determinari poteſt, ut non interpretationem aliquam & dilucidationem ſubinde requirat, ut docet *l. neq; leges.*10. *& ibid. gloß. cum* LL. *ſeqq. ff. de* LL. *l. adigere.* §. *quamvis. & ibi gloß. ff. de jur. patron. l.*26. §. *fin. & l.*27. *ff. de fideicomm. libertat. l. libert.* 2. *ff. de offic. Adſeß. l. quæſitum.* 13. *ff. de teſtib. l. ſed etſi.* 17. *ff. de pecun. conſt. l.*12. §.1. *C. de* LL. *& Conſtit. Princ. l.* 2. *C. de bon. quæ liber.* Antonius Fab. *Jurispr. Papin. ad Inſt. tit. de iur. nat. gent. & civil. princ.* 8. *illat.* 3. Vigel. *Dialect. jur. lib.*2. loc. *de argumentat. pag.* 93. *& ſeq.* Reinkingk. *de regim. ſec. & eccl. lib.*2. *claß.*2. *cap.*11. Herpffer *diſputat. inaug. in quâ præcepta jur. polit.* rubric. *de legislat. & legib. num.* 4. Jacob. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. jud. quæſt. caſ.*199. Johannes Althuſius *lib.* 1. *dicæolog. capp.* 16. 17. Johannes Coraſius *de arte iuris, part.*4. *per tot.* Joach. Hopper. *de arte jur. lib.*1. rubric. *de rogat. interpretat. &c. pag.*380. *& libr.* 2. *per tot.* Herpfer. *d. diſp inaug.* rubr. *adjuncta legum.* H. Grotius *de jur. bell. ac pac. lib.*2. *cap.*16. Giphan. *diſput. de princ. jur. à theſ.*69. *& ſeqq.* Arismin. Tepat. *deciſ tit.*41. *cap.*9. *& tit.* 65. *&* 342. Beſold. *Oecon. ad π. lib.*1. *titt.* 3. 4. *num.* 13. Vigel. *method. jur. civ. lib.* 1. *cap.* 2. *& lib.* 2. *cap.* 24. *& in method. jur. controv. in ration. cum judicio legend. & lib.* 1. *cap.*1. *& cap.*3. *pag.*35. Dn. Jacob. Gothofr. *diſcurſ. hiſtor. ad l. quisquis.* C. *ad* L. *Jul.*

*Jul. Majest. capp* 1. 3. 12. 13. 14. 15. 16. Multa enim, quamvis non excipiantur, intelliguntur: & ſcriptum *Conſtitutionis* anguſtum eſt, interpretatio diffuſa, ut Seneca ait, *in controverſ. lib.9. contr.4.* unde ſcire *Conſtitutionem* non id eſſe, ut verba ejus teneas, ſed ut vim ac poteſtatem, monet *l.17. ff. de LL. & Conſtitutionem* utilem Reipubl. interpretatione adjuvare, ſuadet *l. hoc modo. 64. §.1. ff. de condit. & demonſtr.* nam ut *Imperator in* Novell. 74. *præfat. init.* ait, *nulla Lex, neque Conſtitutio prolata in Republ. Romanorum videtur ad omnia ſufficienter ab initio promulgata, ſed multâ indigere correctione, ut ad naturæ varietatem & ejus machinationes ſufficiat:* quod confirmat etiam *l.2. §. ſed quia. 18.* ibi, *non deſperamus quædam poſteà emergere negotia, quæ adhuc legum laqueis non ſunt innodata*, C. *de vet. jur. enucl. l.2. ff. unde cognati. l. jus autem. 7. ff. de Juſt. & jur.* & Nov. 7. Cauſa defectus hujus illa eſt, quod *Conſtitutiones* non de his, quæ rarò, ſed de his, quæ ut plurimum accidunt, nec in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituuntur, *l.3. & ll. ſeqq. ff. d. t. de juſt. & jur.* adde *ſuprà tit. 2. §. 7. n. 3.* quomodo & Ariſtoteles *lib. 5. Ethic. ad Nicom.* ὁ μὲν νόμος, inquit, καθόλου πᾶς, & mox, ἐν οἷς οὖν ἀνάγκη μὲν εἰπεῖν καθόλου μὴ οἷόν τε δὲ ὀρθῶς, τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πόλεον λαμβάνει ὁ νόμος, οὐκ ἀγνοῶν τὸ ἁμαρτανόμενον. καὶ ἔστιν οὐδὲν ἧττον ὀρθῶς. τὸ γὰρ ἁμάρτημα οὐκ ἐν τῷ νόμῳ οὐδ' ἐν τῷ νομοθέτῃ, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τοῦ πράγματός ἐστιν: magna eſt enim naturæ & caſuum humanorum varietas, nihilque inter homines adeò ſtabile, ut nullam patiatur mutationem, *dict. Nov. 7. cap. 2.* Unde inevitabili neceſſitate ſequitur, nō omnes, quamvis accuratiſſimè latis *Conſtitutionibus*, caſus comprehendi, περὶ ἐνίων δὲ οὐκ οἷόν τε ὀρθῶς εἰπεῖν καθόλου, ait, Ariſtoteles *ibid.* & probè *in l. ſed etſi. 26. §. item. 9. ff. ex quib. cauſ. major. &c.* *Item (inquit Prætor) ſi qua alia juſta cauſa mihi videbitur, in integrum reſtituam*: Hæc clauſula *Edicto* inſerta eſt neceſſariò; multi enim caſus evenire potuerunt, qui deferrent reſtitutionis auxilium, nec ſingulatim enumerari potuerunt; & quotiens æquitas reſtitutionem ſuggerit, ad hanc clauſulam erit deſcendendum. Nec univerſaliores tantùm, ſed & duriores æquo aliquando ſunt *Conſtitutiones*, *Novell. 18. cap. 3.* acerbiores, *Nov. 23. præfat.* ſtrictæ nimis, *l. ſunt perſonæ, 43. ff. de relig. & ſumt. fun. l. non ſolum. 67. §. 2. ff. de rit. nupt.* & rigidæ, *l. cum hic. 32. in princ. ff. de don. inter. vir. & ux.* hoc eſt, ut apud Livium *lib. 2. cap. 3. verſ. 2.* appellantur, ſurdæ, inexorabiles, nihil laxamenti neque veniæ habentes: Joh. Althuſ. *dict. lib. 1. dicæolog. cap. 16. n. 16.* ſeveritate item nimiâ, *l. ult. C. ad SCt. Vellei.* aut ſubtilitate, *l. ſi fundus. 16. ff. de pignor. l. 6. C. de inſtit. & ſubſt.* laborant: aut dolis occaſionem, niſi temperentur, ſubminiſtrant, *l. 1. §. 1. ff. de dol. mal. & met. exc.* adde Celſ. Bargal. *lib. 3. de dolo, capp. 12. 13.* Quare ut jure ſuo, quoad ejus fieri poteſt, unuſquiſque potiatur, neve inde injuriarum naſcatur occaſio, unde jura naſcuntur, *l. 6. C. unde vi. l. 1. §. pen. ff. de aq.* quo-

*quotid. & æstiv.* necessarium planè æquumque est, vitia hujusmodi, si non penitus, aliquatenus tamen sanari, & quod *Constitutionibus* omissum est, non omitti religione judicantium, *l. quæsitum.* 13. *ff. de testib.* Modò igitur supplendæ sunt, *d. l. jus autem.* 7. *ff. de just. & jur.* & *gloss. in l. sicut.* 21. *ff. de re judic.* modò exceptionibus aliove remedio adjuvandæ, *d. Nov.* 7. *cap.* 2. *& d. Novell.* 23. *in præf. & Novell* 108. & corrigendæ, *d. l. jus autem.* 7. *de just. & jur. d. Nov.* 74. *præfat.* nunc rigor laxandus, *d. l. cum hic.* 32. *in princ. ff. de don. int. vir. & ux.* nunc severitas mollienda, *d. l. ult. C. ad Sct. Velleian. fac. l. sed & hæ personæ.* 35. §. 2. *ff. de procurat.* subtilitas, aut stricta nimis ratio omittenda, *d. l. sunt personæ.* 43. *ff. de relig. & sumt. fun. d. l. si fund.* 16. *ff. de pignor. d. l. non solum.* 67. §. 2. *ff. de rit. nupt.* *Non erubescimus* (inquit Imperator *Justinianus* Nov. 22. *præfat. in fin.*) *si quid melius horum, quæ ipsi diximus, adinveniamus, hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctionem, nec expectare ab aliis corrigi legem.* Et in *l. pen. in f. C. de reb. cred.* habetur: *non ut aliquid derogetur antiquioribus legibus hæc prolata sunt, sed ut si quid deesse eis videatur, hoc repleatur.* Propter hoc sanè *Principibus* imperium Deus imposuit, ut emergentia & *Constitutionum* egentia *Constitutione* definiant, & humanæ naturæ incertum repleant, *d. l.* 2. §. 18. *C. de vet. jur. enucl.* novi enim casus novis remediis opus habent, *l.* 1. *in princ. ff. de inspic. ventre. l. de ætate.* 11. §. *ex causa ff. de interrog. l. filiusfamil.* 8. §. *fin. ff. de procur. l. si post datum* 14. *in f. ff. eod. l. si ab arbitr.* 10. *in f. ff. qui satisd. cog.* §. *sciendum. Inst. de her. qual. & differ. & Nov.* 2. *præf.* & pluribus aliis LL. quas allegat *gloss. in d. l. de ætate.* 11. § *ex causâ. ff. de interrog.* & in *l. si merces.* 25. §. *vis major.* 6 *ff. locati*; & in *l. cum post mortem.* 43. verb. *emergente. ff. de admin. seu peric. tut.* & in *l. ex facto.* 43. verb. *auferret. ff. de vulg. & pup. subst.* & in *l.* 3. *ff. de condict. indeb.* Quoties igitur cunque *Princeps Constitutionem* dictorum aliquo vitiorum laborare cernit, illam protinus adjuvare, supplere, corrigere debet; quo modo ipse *Princeps*, *Lator Constitutionis*, si vel scivisset casum illum, vel includere potuisset, Constitutionem ac jus universale fecisset, ut *dicto loco*, suadet Aristoteles: & *glossa* quoque in *l. scire oportet.* §. *aliud. ff. de excus.* ità *Claudium Cæsarem* scribit Sueton. *in ejus vit. cap.* 14. *non semper præscripta legum secutum, duritiam lenitatemvè multarum ex æquo & bono, perinde ut afficeretur, moderatum esse: nam & iis, qui apud privatos judices plus petendo formulâ excidissent, restituisse actiones, & in majore fraude convictos, legitimam pœnam supergressum, ad bestias condemnasse.* Nam ut in obligatione generali non veniunt ea, quæ quis non verisimiliter fuisset etiam in specie obligaturus, *l.* 6. *ff. de pignor. l. cum Aquiliana.* 5. *ff. de transact. l. qui cum.* 9. §. 1. & 3. *l. non est ferendus.* 12. *ff. d. t. de transact. l.* 46. *ff. de pecul.* ità in *Constitutione* quoque generali non intelliguntur singulares casus, quo *Princeps* si scivisset, verisimiliter ipse quoque excepisset,

pisset,

pisset. Antequam autem ad singularum specierum interpretationem deveniamus, generalia quædam & omnibus *Constitutionibus* communia præmittere placuit.

## §. 2.

Sequitur ergò primùm nunc, ut cujus sit interpretari *Constitutiones*, prospiciamus. Duplex autem interpretatio esse solet: alia perpetua, generalis, necessaria: alia temporanea, particularis, probabilis ad certum tantummodò tempus, certumque negotium pertinens.

I. Prius interpetationum genus ei convenit, cui condere *Constitutiones* licet, *l. 1. & l 10. cum seqq. ff. de LL. l. 26. §. f. & l. 27. ff. de fideicomm. libert. l. 9. & ult. C. de LL. & Constit. Pr. l. 1. C. de sent. paß. & restit. c. cum venissent. de jud. c ult. de Constit.* & per Autores *suprà* §. 1. *h. t.* allegatos. Cui condere liceat, *cap. seq.* 8. pleniùs dicetur: unde jus prodit, inde interpretatio quoque procedat. ait *cap. inter alia. de sentent. excomm.* Ut igitur generalem *Constitutionem*, quæ nimirum ubique, & per totum valeat Imperium, solus condit *Imperator*: Sic interpretationem quoque perpetuam, generalem, & in scriptum redigendam, solus tradit *Imperator*, ut docet *gloß. in l. 1.* verb. *Jusque. C. de LL. & Const. Pr.* & in *l. neque leges. & l. seq. ff. eod. tit. de LL.* & confirmant *l. Neratius.* 191. *ff. de Reg. Jur. l. ex facto.* 43. *in pr. ff. de vulg. & pup. subst. l. 10. ff. ad municipal. l. licet.* 74. *in fin. ff. de leg. 1. l. 1. l. leges. 9. d. l. ult. C. de LL. & Const. l. 9. C. de oper. publ.* Menoch. *de retin. poß. remed. 3. num. 775.* Dicitur aliàs hæc interpretatio, *Authentica*, Reinkingk. *de reg. sec. & eccl. d. lib. 2. claß. 2. cap. 11. num. 3.* Just. Meier. *Colleg. Argent. Jur. ad ff. lib. 1. tit. 3. de LL. &c. th. 10.* Giphan. *ad l. 1. Cod. de LL. & Const. Princ.* Benincas. *de Constit. quæst. 7.* Giphan. *disput. de princip. juris, à thes. 69. & seqq.* Besold. *Syn. Polit. lib. 1. cap. 2. thes. 32.* Æn. Sylv. *de ortu & autorit. S. Rom. Imp. cap. 20.* Quod hîc de interpretatione summo *Principi* competente dictum, non aliter, nisi cum consensu & approbatione Statuum Imperii, intelligendũ esse scribit, Dn. Limn. *in annotam. ad Capitulat. Caroli V. art. 2.* verb. Bessern/ *pag. 138. num. 2 3. 4 5.* quamvis dissentire videantur, Joh. Henr. Stamler. *de reservat. Imperatoris.* §. 30. *& seqq.* & loca quædam ex *Receß. Imp.* à Dn. Limn. *dict. Capitul. art. & verb. num. 6.* citata, quibus tamen respondet Dn. Limn. *ibid. num. 7. & 8. & ad eand. Capitul. Caroli V. artic. 32.* verb. durch Uns. *num. 19. & 20. pag. 362.* Eitelii Friderici ab Herden Grundfeste deß H. Reichs. *part. 3. cap. 1. pag. 192.* Dn. Bœcler. *disp. Argent. 1659. Resp. Ott. Grot. de Legislat. Germ. cap. 2.*

II. Alterum interpretationis genus temporaneum & particulare diximus esse, certo nimirum & definito tempore, certoque in negotio vim tantummodò habens. Id judicibus quibuscunque licet neque *Legem*, neque

*Constitutionem* ferre possint, dummodò jurisdictionem habeant, convenit.
Casuum enim & rerum humanarum indomita varietas, inferioribus quo-
que aliquando judicibus *Constitutiones*, æquitate (sed hanc urgentem esse
atque evidentem oportet, ut notant **Dd.** *in c.* 1. *de Constit.* & verba *Constitu-
tionis* nonnihil obscura; alioquin cum *Ulpiano* dicendum. *quod quidem per-
quam durum est sed ita lex scripta est. l. prospexit.* 12. *ff. qui & à quib. manumiss.*)
suadente, moderari, corrigere, supplere permittit, *l.* 2. *ff. de re judic. l. quod si
Ephesi.* 4. ibi: *in summa æquitatem quoque ante oculos habere debet judex, qui
huic actione addictus est, ff. de eo quod certo loco. l. in fundo.* 38. ibi: *bonus judex va-
riè ex personis causisq; constituet. ff. de rei vindic. l. non sine ratione, C. de bon. quæ
lib. l. fin. ff. de petit. hered. c. Abbate, de re judic. lib.* 6. *fac. optimè, l. sed hæc.* 13. *ff.
de procur. & l. si reus.* 73. *in f. ff. d. t. de procur. l. Pomponius.* 15. *in fin. ff. de ne-
got. gest.* & quod *Constitutionibus* omissum est, non obmitti religione judi-
cantium, præcipit sæpè *d. l. quæsitum.* 13. *ff. de testib.* Unde & in *l. ult. C. de
appell.* definimus (*inquit Imperator*) & omnem eis damus facultatem, si hoc
ità fuerit subsecutum, licere eis & ampliorem summam præfatâ quantitate,
in quâ dati sunt Judices, excedere, & non ad modum suæ rationis, sed ad
veritatis indaginem ferre sententiam, ne tanti judices quasi vinculis præpe-
diti non possint *Constitutionum* veritati & judiciali vigori per omnia satisfa-
cere: adde *l. famosi.* 7. § 3. *ff. ad L. Jul. Majest. l. voluntat.* 7. *cum gloss. C. de fidei-
comm. l. si quis.* 5. *ubi gloss. C. de aquæduct. l. nam ut ait. ff. de LL. d. l. quæsitum.*
13. *ff. de testib. Novell.* 24. *cap.* 3. *Gloss. in l.* 1. verb. *Jusq;* & in *l. pen. Cod. de LL.
& Constit. Princ.* & in *l.* 2. verb. *Sententiam. C. si contra jus vel utilit. publ.* Me-
noch. *lib.* 1. *de arbitr. jud. quæst. lib.* 1. *quæst.* 15. *num.* 8. Talis autem *Constitu-
tionum* interpretatio, ut in illo casu & negotio, quo jus dicitur, vim necessa-
riam & convenientem habet, sic ad alias causas aliaque tempora minimè
protenditur. Judex enim, quoad causam coram eo versantem, potest *Con-
stitutiones* interpretari: non tamen ejus interpretatio facit jus quoad alias
causas, ut loquitur Abbas, *in c. cum speciali, de appellat.* & consentiunt *Felinus*
& cœteri, quos hic refert, *in rubr. de rescript. col.* 1. nam quod à *JCtis* & *Docto-
ribus* (quos ideò *Interpretes Juris* appellitant,) interpretationem *Constitutio-
num* sumere jubent, *d. gloss. in l.* 1. *C. de LL. & Constit. Princ. & l. neq; leges. &
l. seq. & l. si de interpretatione. ff. de LL.* Abbas *in c.* 1. *de decimis,* & alii plures,
scito, illorum interpretationes docere tantum & erudire judicaturum, nihil
verò penitus decernere, vel definire. Auctoritas enim *Doctorum* probabilis
est tantùm, non necessaria, *l.* 1. § *nostrum.* ibi: *nullo ex interpretat. eorum vitio
oriun. C. de vet. jur. enucl. & supr. tit.* 1. § 11. Itaque nec *glossæ* juris, nec *Doctori*
quantæcunque auctoritatis, credere debemus, nisi sententiam suam probet
Lege aliquâ aut ratione firmâ: ut docet Bald. *in l.* 4. *C. ex quib. caus. major.*
Archi-

Archidiacon. *in cap. nolite.* 11. *quæſt.*3. Jaſon *in l. illum.* 19. *C. de collation.* Erubeſcere enim debet *JCtus*, cum ſine lege loquitur, *arg. Nov.* 18. *cap.* 5. Unde opiniones quoque eorum ſemper ſecundum leges & textus, quos allegant, accipiendæ, tantumque eis credendum, quantum probant; ut probè Bartolus *in l. non ſolum.* 8. §. *ſi verba. num.*7. *ff. de liber. leg. & in l. cum quidam.* 12. *ff. de his quib. ut indign.* Roman. *conſil.*76. *& conſil.*211. *col. ult.* Abbas *in c.*1. *de decimis, & in cap* 1. *in* 6. *col. de poſtul. præfat.* & confirmat *l.* 1. §. *ſed neq; C. de vet. jur. enucl.* Hîc obiter notandum occurrit, quod valdè iniquus & ingratus in *Leges Legumq; Doctores & Interpretes* exiſtat Hippolitus à Lapide, *de rat. ſtat. præfat. ad Lector.* ſed maſculè refutatus à Georg. Melchior. Thilone *in ſuâ inaugural. Argent.* 1649. *de definitione & neceßitate Juriſconſulti*, adde Beſold. *Syn. Polit. lib.*2. *cap.*4. *theſ.* 12. *pag.* 226. *& ſeq.* Hug. Grot. *de jur. bell. ac pac. lib.* 2. *cap.* 16. de abuſu interpretat. lege Vigel. *meth. jur. controv. princ. de rat. legend.* Hæc verò interpretatio altera, de quâ hactenus egimus à Reinkingk. *de reg. ſec. & eccl. lib.*2. *claß.* 2. *dict. cap.* 11. *num.* 9. appellitatur *Doctrinalis.*

III. Quibus idem Reinkingk. *dict. tract. lib. claß. & cap. num.* 6. tertiam, ſcilicet *Uſualem*, ſuperaddit, quæ ex uſu, obſervantiâ, & conſuetudine Legum deſumitur, quia conſuetudo optima Legum interpres, *l. ſi de interpretatione.* 37. *ff. de LL. gloß. in l.* 1. verb. *jusq;* & *l. pen. Cod. eod. cap. cum dilectus. extr. de conſuetud.* Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 66. *num.* 7. Weſemb. *conſil.* 46. *n.* 4. & communis obſervantia in interpretatione *Conſtitutionis* non poſtremas partes ſibi vendicat, *l. minimè ff. de LL.* Jaſon. *in l. certi condictio.* §. *ſi nummos. ff. ſi cert. petat.* actus namq; conſuetudinarii ſunt actus practici, ut idem Reinkingk. *dict. lib.*2. *& claß* 2. *cap.*8. *per tot.* monuit: & vera interpretatio à practicâ ſumitur, à quâ non eſt facilè recedendum, *l. illud. ff. de excuſ. tut.* Bald. *in cap.*1. *in princ. de feud. ſine culp. non amitt.* Gail. 2. *obſervat.* 52. *num.*19. Enenckel. *de privileg. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 2. *& ſeqq. & infr.* §. 4. *num.*1. Cæterùm Althuſius (quod obiter ſolummodò hîc annectendum cenſemus) in *dicæolog. lib.* 1. *cap.* 16. alias adhuc ſpecies interpretationum refert, ſcil. quòd alia ſit naturalis, alia civilis. Naturalem ſubdividit in juris communis & juris proprii interpretationem: hanc poſteriorem iterum in alias ſectiones, quas vide *ibidem.* Civilis verò interpretatio ab eodem Althuſio *dict. lib.* 1. *cap.* 17. rectius in verosimilem & fictam ſubdividitur, & hæ iterum in alias. Sed in quantum, cum incomparabili *JCto Huberto Giphanio*, abhorreamus innumerabilem diſtinctionum ac diviſionum multitudinem, in πειτ. noſtr. *titulor. jur. publ. tit.* 2. *de fideicommiß. famil. nobil. part.*9. §. 36. digito quodammodò monſtravimus. Plato certè admonet, magnum eſſe vitium in dividendo τὸ λεπτουργεῖν, ſive minutiſſima quæque ſecare velle: ſic enim ait *in Politico*:

ἀλλὰ γὰρ ὦ φίλε λεπτουργεῖν οὐκ ἀσφαλές: de quo λεπτομερείας vitio & Quintilianus *lib.2. cap. ult.* *Vitanda*, inquit, *est maximè concisa nimium, & veluti articulosa partitio: quia auctoritati plurimum detrahunt minuta illa, non membra sed frusta.* Cicero quoque *in lib.2. de finib.* hos λεπτολέχας ait, res non dividere, sed frangere, κακοῦ μαγείρου τρόπῳ, ut *in Phædr.* loquitur Plato, sive *mali coqui instar.* Eodem modo Paurmeister. *lib.1. de jurisdict. Imp. Rom. cap.* 15. plurimas falsas jurisdictionis divisiones perstringit. Nostrum *in hoc* § 2. unicum erat studium, monstrare, solummodò, cujus sit interpretari *Constitutiones*, non verò dividere harum interpretationes. Igitur ad modos potius interpretandi *Constitutiones* properemus.

## §. 3.

Quatuor autem modos interpretandi, *Declarationem, Correctionem, Restrictionem, Extensionem*, Glossographi tradunt, *in l.1. §. qui operas. 6.* verb. *Interpretatio. ff. ad Sct. Tertull. & in l.* 1. verb. *Interpretationem. ff. de origin. jur.* Bartol. *in l. omnes populi. 9. num.53. ff. de Justit. & jur* Nicol. Everhard. *in loc. top. à ratione legis largâ ad extensionem ipsius Legis.*

I. Est autem *Declaratio*, cum verbum, oratio, sententia *Constitutionis*, obscura, vel ambigua, apertius ac dilucidius exprimuntur: ut definiunt *gloss. & Dd. ad l.9. Cod. de LL. & Const. Princ.* Benincas. *de Const. quæst.2. n.27. & num.32.* Hugo Grot. *de jur. bell. ac pac. lib.2. cap.23.* Arismin. Tepat. *decis. tit.342.* Vigel. *meth. jur. civil. lib.2. cap.24.* Exemplum est *in l.203. ff. de verbor signif.* & passim *alibi.* Hunc autem solum modum proprio sensu vocabuli interpretationis notari, reliquos tres impropriè & largâ ratione, ait *d. gloss. in l.1. ff. de origin. jur.* Nos verò etiam reliquos ad interpretationem omninò pertinere asserimus. Nam qui *Constitutionem* in casu, quo iniqua est, aut absurda, corrigit; & qui eam, quatenus largior est æquo, restringit; & qui angustiam ejus amplificat ac dilatat: omnes nobis *Constitutionis* veram sententiam ac voluntatem interpretantur, declarant, atque exponunt. *Constitutionum* enim intentioni sensuique nihil reverà addunt, aut demunt, sed apertius solùm & dilucidius exprimunt, quæ *Constitutio*, vel ob verborum inopiam, vel ingenii humani imbecillitatem, vel rerum ac casuum varietatem, quamvis voluisset, assecuta non est.

II. *Correctio* igitur *Constitutionis* est, cum *Constitutionem* aliquam, quatenus asperior est, durior aut iniquior, humanitatis æquitatisque normâ corrigimus ac moderamur. Exemplum *in l. 1. §. qui operas. 6. ff. ad Sct. Tertullian.* &c. Talis correctio, siquidem ritè fiat, non mutatio est *Constitutionis*, aut abolitio, sed interpretatio, voluntatem ejus, quam verba aut oratio certo in casu labefactabant, defendens atque conservans. Extat apud

Goldast.

Goldast. *tom.* 1. *Constit. Imper.* Imperatoris *Ludovici I. Pii* Constitutio *de pace publica, & divisione regni facienda inter filios*, ubi in *artic.* 14. *pag.* 20. præcipitur, ut si de his statutis atque consensus aliquid casu quolibet vel ignorantiâ inruptum fuerit, quam citissimè secundum justitiam emendare, corrigere ac moderari studeant, ne quando propter dilationem majus damnum possit adcrescere.

III. *Restrictio* seu arctatio *Constitutionis* est, cum verba ejus, sententiam nimis generalem præ se ferentia, eoq; jus & æquitatem certo casu lædentia, interpretatione æquâ & conveniente restringimus & moderamur: ut fit *in l. verbis.* 120. *ff. de verbor. signif.* Hic quoq; maximè necessarius & utilis *Constitutiones* interpretandi mod[us] est. Nam licet generaliter delicta generaliter sint accipienda, *l.* 1. §. 1 *ff. de legat. præstand. l.* 4. *ff. de in jus vocand. l.* 2. §. *homines.* 4. *ff. de vi bonorum. rapt. l. item apud.* 15. §. *generaliter.* 27. *ff. de injur. l.* 2. §. *exercitium. ff. de his, qui notantur infam.* & ubi *Constitutio* non distinguit, nec nos distinguere debeamus, *l. de precio.* 8. & ibid. *gloss. ff. de publician.* nec à verbis *Constitutionis* sit recedendum, quamvis ea perquam dura sit, *l. prospexit. ff. qui & à quib. manum.* id tamen cum hâc exceptione tenendum, nisi vel expressa, vel tacita ratio diversum sequi & observare evidenter cogat; ut pulchrè docet Baldus *in l. si quis servo. C. de furt.* & pluribus Everhard. *in loc. top. à ratione legis stricta ad restrictionem ipsius legis.* Quantumcunque igitur generalis sit concessio, vel obligatio, semper tamen excipiuntur ea, de quibus proferentem non cogitasse certis rationibus argumentisque probatur, *l. qui peculii.* 46. *ff. de peculio. l.* 6. *ff. de pignor. l. filiusfamilias. ff. de donat. l. si pater. ff. quæ in fraud. cred. l. cum Aquiliana.* 5. *l. qui cum.* 9. §. 1. *&* 3. *l. non est ferendus.* 12. *ff. de transact. l. si de certa.* 31. *Cod. eod. l.* 1. *Cod. quæ res pign. oblig. non poss. l. ult. C. de non num. pec. cap. in generali. de reg. jur. in* 6. *c. si Episc. de pœnit. ibid.* Althus. *Dicæol. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 29.

IV. Quartus modus interpretandi *Constitutiones*, est *Extensio*, quam & prorogationem, *Glossa* appellat: cum ad alias pluresvè personas, vel negotia, &c. Carol. Tap. *de Constit. Princip. part.* 1. *per tot.* quàm quæ verba *Constitutionis* designant, aut designare videntur, vis *Constitutionis*, ratione aliquâ & causâ probabili suadente, extenditur. Regulas quasdam ejusmodi extensionum tradit Enenckel. *de privileg. lib.* 2. *cap.* 4. *à num.* 22. *& seqq.* Althusius *Dicæolog. lib.* 1. *d. cap.* 16. *n.* 30. Dn. Bœcler. *disp. Argent.* 1659. *Respond.* Otto Grot. *de Legislat. Germ. cap.* 2.

## §. 4.

Modos, quibus *Constitutiones* interpretemur, hactenus audivimus. Verum enim verò, ne, quibus interpretandi auctoritatem dedimus, hi liberam sibi

ſibi hac in parte voluntatem atque licentiam, quomodocunque detorquendi & circumcidendi *Constitutiones*, datam putent: ſciant, legitimè interim, prudenter & ſecundum Legum præſcripta, eis hoc loco verſandum. Igitur ut unusquisque, quid in *Constitutionum* interpretatione ſequi, quid vitare debeat, ſcire poſſit, præcepta, quædam huc conferentia & regulas *in hoc* §.4. trademus.

I. Primò igitur, ſi de interpretatione *Constitutionis* cujuscunque obſcuritate, ambiguitate, aut alia difficultate laborantis quæritur: id maximè, ſi quæ prius conſuetudine & rebus judicatis interpretatio recepta fuerit, circumſpiciedum eſt: & ea, ſi qua inveniatur, ante omnia amplectenda, *fac. l. ſi ſervus.* 50. §. *ult. ff. de legat.* 1. Bartol. *in l. neq; ff. de LL. gloſſ. in l.* 1. *& l. pen. C. de LL. & Conſt. Princ. l. miſſi.* 7. ibi, *conſuetudine ſervatâ regionum. C. de exactorib. tribut.* pluribus Everhard. *in loc. top. ab uſitato.* Optima eſt enim *Constitutionũ* interpres conſuetudo, *l ſi de interp.* 37. *ff. de LL. ſupr.* § 2. *n.* 3. & maxima rerum judicatarum auctoritas, *l. ſeq. ibid.* nam pro veritate habentur, *l. res judicata.* 207. *ff. de reg. jur.* & ideò minimè ſunt mutanda, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt. *l. minimè.* 23. *ff. de LL.* & in obſcuris, quod plerunque fieri ſolet, inſpicitur. *l. in obſcuris.* 114. *ff. de regul. jur.* quod tunc maximè ſervandum, cum ab eo interpretatio profecta eſt, qui & condendi & interpretandi *Constitutionem* jus habet, *l. ult. C. de LL. & Conſt. Princ.* Abbas. *in c. in cauſſis. de ſentent. & re judic. ſupr. d.* §. 2. *n.* 1. nam reliquorum interpretationes & res judicatæ, auctoritatem quidem aliquam, non verò neceſſitatem (Legibus enim, non exemplis, hoc caſu judicandum ait Abbas *in dict. cap. in cauſſis. arg. l. nemo. C. de ſent.*) imponunt, *ſupr. d.* §. 2. *num.* 2. niſi cum perpetuò ſimiliter judicata res conſuetudine certam interpretationem introduxit, *d. l. in ambiguitatibus.* 38. *ff. de LL.* Parum enim intereſt, Lege ſuâ & ſuffragio, an reipsâ & facto, voluntatem ſuam *Princeps* declaret, *l. nuper.* 11. *C. de natur. liber.* Conſuetudinem tamen iſtam ex ratione ortam eſſe oportet; quod enim non ratione introductum eſt, ſed errore primùm, dein conſuetudine obtentum, in aliis ſimilibus non obtinet. *l. antepen. ff de LL.* Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 199. *num.* 11. Althuſ. *Dicæolog. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 9.

II. Voluntatem, propoſitum, intentionem ejus, qui *Constitutionem* tulit, conſiderare, & ex his, ſi fieri poſſit, ambiguitates & difficultates *Constitutionis* explicare debemus. *l. in ambiguis.* 96. *ff. de reg. jur. l. alien.* 28 §. 1. *l. verbum.* 123. *ff. de verb. ſign. gloſſ. in cap. ex multiplic.* 1. *de decimis.* Jo. Andr. *in quæſt. Mercur.* 27. *num.* 10. ejus enim eſt *Constitutionem* interpretari, cujus condere, *l.* 1. *Cod. de ſentent. paſſ. cap. ult. de Conſtit. c. cum veniſſent, de judic.* neque aliud magis curandum, quam ut voluntas conditoris conſervetur. *l. beni-*

*l. benignius.* 18. *ff. de LL.* etsi fortè verba diversum sonent, *l. 3. ff. de reb. dub. l. scire.* 13. §. 2. *ff. de excus. l. si quis.* 4 *ff. de legat.* 1. *l. non aliter.* 69. *ff. de legat.* 3. mens enim potius & voluntas, quàm verba spectanda sunt, *dd. ll. & l.* 3. §. 9. *ff. de adimend. vel transfer. legat. l. in conditionibus.* 19. *ff. de cond. & demonstr. l. sed si possessori.* 11. *ff. de jurejur. l. promittendo.* 41. §. 1. *ff. de jur. dot. l. in conventionibus.* 219. *ff. de V. S. l.* 3. ubi Jason. C. *de liber. præter. l. ult.* ibi: *justum voluntates contrahentium magis, quàm verborum conceptionem inspicere.* C. *quæ res pign. oblig. non poss. l.* 2. §. *pen.* C. *de const. pec. l. quoniam.* 15. C. *de test. l.* 3. C. *ad L. Jul. de adult. c. quanto amplius. de privileg.* intentioni namque verba, & non verbis intentio deservire debent, *c. hum.* 22. *quæst.* 5. id quod copiosè atque accuratè *in oratione pro Cæcinna* M. Tullius Cicero defendit, *pag.* 295. ubi illa præcipuè ratio notanda: *si tacitis nobis voluntas intelligi posset, verbis omninò non uteremur: quia non potest, verba reperta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem*: hæc servanda etiam, cum valdè à sensu diversa sunt verba, imò penitus contraria, *fac. l. verb. test.* 6. *ff. de testam.* quamvis enim hoc casu & verba & sententiam rejicienda judicet Angel. Aret. per *l. si quis in fundo.* 4. *ff. de leg.* 1. hanc tamen cum similibus de eo solùm casu loqui certum est, quo mens legantis dubia est & obscura. Dum igitur de mente conditoris *Constitutionis* certi sumus, qualitercunque verba sint comparata, sententiam ejus & voluntatem amplecti debemus; fides enim veritatis verborum adminicula non desiderat, *l.* 1. C. *si min. ab hered. se abstin.* & de vocabulis disputatio pertinacibus est relinquenda, ut ait Innocent. *in cap. quia verosimile. de præsum.* refer Abbat. *in cap.* 3. *de probat.* Unde *Æbutio in dict. orat. pag.* 294. exprobrat Cicero, *quod callidè verbis controversias, non æquitate dijudicet, & jura, non utilitate communi, sed literis exprimat. Seipsum quoq; ex campo æquitatis ad verborum angustias, & ad omnes literarum angulos revocatum esse.* Idem Cicero conqueritur, *dict. orat. pag* 301. atque hæc in isto præsertim genere valere debent, quo non privati alicujus, sed superioris voluntas spectanda est; quæ etiam omissis solennitatibus auctoritatem haber, ut Enenkel. *de privileg. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 6. ostendit. Certam igitur & manifestam esse *Legislatoris* mentem esse oportet, ut sententiam verbis anteferamus: nam cum dubia est, nec certis indiciis atque argumentis explorari potest, verbis potius & scripturæ inhærendum, *l.* 1. §. 20. *ff. de exerc. act. l. si alii fun.* 19. *ff. de usu & usufr. leg. d. l. non aliter.* 69. *ff. de legat.* 3. *l. prospexit. ff. qui & à quib. manum.* verba enim sine magnâ necessitate impropriè non esse sumenda, ait Abbas, *in cap. ad audien. not.* 2. per illum text. *de decim. Principem* quippe, si aliter sensisset, vocabulum aliud & accommodatius positurum fuisse: plura hujus generis invenies apud Menoch. *lib.* 1. *de præsumpt. quæst.* 26. & *de arbitrar. jud. quæst. lib.* 2. *cas.* 199. *n.* 7.

III. Nec

III. Nec minus ſecundum qualitatem negotii, quod præ manibus eſt, *Conſtitutiones* interpretari debemus. *l. ex militar.* 11. & ibidem Bartol. & Bald. *ff. de teſtam. mil. l. plenum.* 12. §. *equitii. ff. de uſu & habitat. l. ſi ſervus.* 50. §. *ult. ff. de legat.* 1. *gloß. in l. ſi quando.* 35. verb. *teſtam. fact. C. de inoff. teſtam.* Dyn. *in c. ea quæ. de reg. jur. in* 6. Felin. *in cap. cauſſamq́ᵹ.* verb. *interpret. privileg. de Reſcriptis.* Sic enim & aliàs ſententia, jusjurandum, & omnes quæſtiones ſecundum naturam illius actus, in quo interponuntur, capiunt interpretationem, *l. ſed ſi poſſeſſori.* 11. §. *item ſi. ff. de jurejur. l. miles.* 6. §. 10. & ibi Bartol. Jaſ. & Dd. *ff. de re judic.* & tam generales, quàm ſpeciales *Conſtitutiones* à loci conſuetudine ſumere interpretationem, ait Abbas *in cap. certificari. de ſepult. arg. l. cum de lanionis.* §. *aſinam. ff. de fund. inſtr. & l. quod Labeo. ff. de ſuppell. leg. & cap. ex literis. de ſponſal.* Innocent. *in c. olim. de verb. ſignif.* Bartol. *in l. omnes populi.* verb. *finiſt. ff. de juſtit. & jur.* Sic cum de lata culpa quæritur, an dolo ſit æquanda, nec ne? res ſubjecta, cui talis intervenit culpa, ſpectari debet: universè enim quidem pro dolo accipitur. *l. quod Nerva.* 32. *ff. depoſiti. l.* 226. *ff. de verb. ſignif.* in corporalibus tamen non accipitur. *l. in lege.* 7. ubi Bartol. *ff. ad L. Cornel. de ſicar.* in eo item, qui circa propria ſolet eſſe diligens, culpa æſtimatur, quod alteri in ſuis negligenti non imputatur, *d. l. quod Nerva.* 32. *ff. depoſiti.* Ità ſi Clericus oſculatur mulierem, præſumitur causâ benedictionis hoc facere, ut cenſet *gloß. in cap. abſit.* 11. *quæſt.* 3. quam memorans Angel. de Aretio ſubjicit: *à tali benedictione Clericorum liberet nos Deus.* Huc pertinet, quod *Imperatore* concedente juriſdictionem in quodam caſtro, conceſſio illa in dubio caſtro facta videtur, ſecundum Bartol. *in l. pater.* 6. *ff. de ſervit. legatâ.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. jud. quæſt. caſ.* 199. *n.* 2. & 3.

IV. De ſimilibus ad ſimilia, ut loquuntur, ut & de veriſimilibus, procedendum, atque inde interpretatio eruenda. *l. non poſſunt.* 12. *ff. de LL. l. ult. & gloß. in l. pen. Cod. eod. l. non ſolùm.* 10. §. *ſimiliter. ff de excuſat.* Juſt. Meier. *Colleg. Arg. tit. ff. de LL. theſ.* 10. de ſimilibus enim idem eſt judicium. *l. nam ut ait. ff. de LL. l. illud.* 32. *ff. ad L. Aquil. l. ult. C. de Conſtit. pecun.* ita ex alia parte, ut teſtamenti, ſic *Conſtitutionis*, alia explicatur: præſumitur enim mens conditoris in hac parte eadem fuiſſe, quæ in illa, Bartol. *in l. centurio. col.* 9. verſ. *vel quid ſi: de vulg. & pupill. ſubſtit.* quem ſequuntur communiter *Dd.* ut dicit Socin. jun. *in conſil.* 101. *n.* 7. *lib.* 1. Unde ſi verbum dubium aliquod, vel obſcurum occurrit, ſic illud accipere & intelligere debemus, quomodò clarius poſitum alibi invenitur, Bartol. *ibid.* Sequentia item aut præcedentia ſpectanda. *l. ſi ſerv.* 50. §. 3. *de legat.* 1. Interim tamen totus *Conſtitutionis* contextus non negligendus; incivile enim eſt, niſi totâ lege perſpecta, ex una aliqua ejus particula propoſita judicare. *l.* 24. *ff. de LL.* adde *l. in*

*obſcu-*

obſcuris. 114. ff. de reg. jur. l. obligat. 6. ff. de pign. l. ult. in f. C. de uſufr. & habit. l. ſi quis. 15. ff. C. de contrah. & committ. ſtipul. §. idemq; juris eſt. 2. Inſtit. quib. ex cauſ. manum non lic. gloß. in l. tale pactum. 40. §. f. ff. de pact. & in l. pen. verb. voluntas. ff. de leg. 1. Vigel. Dialect. jur. lib. 2. pag. 116. Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. quæſt. dict. caſ. 199. n. 3. & 10. vide tamen etiam Enenckel. lib. 2. de privileg. cap. 4. n. 29. & ſeqq. ubi ſimilitudine nihil fallacius eſſe ait.

V. Super omnia autem, & in omnibus, æquitatem ante oculos habere debet Conſtitutionum Interpres. l. 4. in f. ff. de eo quod certo loco. l. 8. C. de judiciis. l. non ſine. 5. C. de bonis quæ liber. &c. Giphan. ad l. 1. Cod. de LL. & Conſt. Princ. nam, ut ſuprà tit. 2. §. 7. n. 6. inculcatum eſt, æquitas proprium, & regula quaſi Lesbia eſt Conſtitutionum, ad quam, & ſecundum quam penitus dirigi & comparari omnia debent. Menoch. dict. lib. 2. de arbitr. judic. quæſt. dict. caſ. 199. n. 4. & 6. & 17. Althuſ. Dicæolog. dict. lib. 1. c. 17. n. 12.

VI. In interpretatione Conſtitutionum honeſtas quoque & mores boni reſpiciendi, l. hæ demum. 38. ff. de operis libert. l. filius. 15. ff. de condit. inſtit. l. 1. §. 7. ff. depoſiti. l. ſi quis inquilinos. 112. §. pen. & ult. ff. de leg. 1. l. legatum. 16. ff. de uſu & uſufr. l. ſtipulatio. 61. ff. de verbor. oblig. l. ex damni. 40. ff. de damn. infect. l. 9. C. de teſtib. l. ult. C. de inceſt. nupt. Auth. res. C. commun. de leg. l. 3. C. de adminiſtr. tutor. l. 6. C. de pact. l. 4. C. de inutil. ſtipul. gloß. in l. ſi navis. 62. verb. potuerit. ff. de rei vind. l. 4. ff. de in jus vocand. Nicol. Vigel. Dialect. jur. lib. 2. loc. à qualitate ſententiæ vel propoſitionis. regul. 10. pag. 126. & regul. 5. pag. 122.

VII. Semper in re dubia, ſenſuque ambiguo benigniorem & humaniorem interpretationem pro duriore ſequi, & juſtius, & tutius eſſe ait, l. proxime. 3. ubi gloß. verb. benigniorem. ff. de his quæ in teſtam. delentur. l. hoc articulo. 29. l. ſi ſervo. 84. in princ. ff. de hered. inſtit. l. ſemper. 56. ff. de reg. jur. l. 11. & l. ult. ff. de pœn. l. majorem. 8. ff. de pact. l. 13. ff. de probat. l. cum inter. 14. C. de fideicommiß. libert. l. non ſine. 5. C. de bonis quæ liber. l. ult. in f. C. de comm. ſerv. manum. Hippolyt. de Marſil. ſingul. 15. &c. Semper enim quicquid dubium eſt, humanitas inclinat in melius, ut Seneca ait, lib. 11. epiſt. 82. Humanior autem ſententia eſt, quæ pro eo, de cujus incommodo agitur, facit, l. ult. Cod. qui bon. ced. poß. l. id eſt. 88. ff. de cond. & dem. gloß. in d. l. majorem. 8. ff. de pact. & in l. ſi mater. 3. verb. prohibetur. C. de inoff. teſtam. Sic quotiens dubia eſt libertatis interpretatio, ſecundum libertatem reſpondendum, monet l. 20. ff. de reg. jur. l. quod traditum eſt. 87. ff. de condit. inſtit. gloß. in l. proinde. 7. §. 1. ff. de ſtipul. ſervor. & in re obſcura melius eſt favere repetitioni, quam adventitio lucro. l. non debet. 41. ff. de reg. jur. ità gloß. in cap. Clericus. diſtinct. 81. magis affirmat, credi teſtibus laicis, teſtantibus me non deliquiſſe, clericis id affirmantibus: licet alioquin digniores laicis, cle-

rici habeantur. cap. duo ſunt. 12. quæſt. 1. adde Menoch. d. lib. 2. d. caſ. 199 n. 6. Althuſ. dicæolog. dict. lib. 1. dict. cap. 17. n. 12. Vigel. Dialect. jur. dict. lib. 2, loc. à qualitate ſententiæ, vel propoſitionis. regul. 3. pag. 117.

VIII. Utique tamen ſic intelligere atque interpretari Conſtitutiones oportet, ut non fiant eluſoriæ, ſed effectum habeant, & aliquid operentur, c. in his quæ. de privilegiis. l. un. C. de theſauris. l. ult. §. f. C. de uſur. rei jud. l. 1. ibi, quo nos veteranos factos, ſi nullam indulgentiam habeamus. C. de veteran. l. 12. ff. ſi quis cautionibus. l. 1. §. 2. ff. quod quisq; juris in alterum, &c. l. 1. ff. ad municipal. l. ſi quando. 109. ff de legat. 1. l. penult. ff. de uſ. & habit. l. pen. §. 2. ff. ne quis eum, qui in jus voc. vi exim. l. ſi ſtipulat. 4. ff. de uſur. & fruct. c. paſtoralis, & ibi Abbas, de appellat. gloſſ. in l. ſi quando. 35. princip C. de inoff. teſtam. Menoch. d. lib. 2. de arbitr. jud. quæſt. d. caſ. 199. n. 8. & 19. Vigel. dialect. jur. lib. 2. loc. à qualitate ſententiæ vel propoſitionis. reg. 7. & 8. pag. 124. & ſeq.

IX. Poſſumus etiam atque adeò debemus ex jure communi Conſtitutiones interpretari. l. ex facto. 43. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. tria onera. §. ſi duas. ff. de excuſ. tutor. l. ut gradatim. 11 § 1. ff. de muner. l. ſi à milite. 29. §. edictum. ff. de teſtam. milit. l. 2. & ibi Bartol. Bald. Salicet. & Dd. C. de noxal. act. c. cum dilectus. & ibi Abbas & Dd. de conſuetud. c. ad audientiam. c. cum dilectus. de cleric. non reſidentib. Menoch. de arb. jud. quæſt. d. caſ. 199. n. 9.

X. Illud denique cavendum, ne interpretationi noſtræ abſurdum aliquid objici poſſit. l. ſi à domino. 36. §. ſi prædo. 3. ff. de hered. petit. l. 3. C. de uſur. rei jud. l. fin. §. 1. C. de ſentent. paſſ. plurib. Everhard. in loc. top. ab abſurdo. Menoch. d. caſ. 199. d. n. 8. Auguſtin. Barboſ. theſ. locor. comm. verb. de abſurdo. aut contrarietas. l. ubi pugnantia. 148. ff. de reg. jur. Menoch. d. caſ. 199. num. 23. Bartol. in l. Stichus. 67. §. idem quæſivit. ff. de condict. indeb. aut nimia ſubtilitas. l. poſthumus. 12. pr. l. filio. 17. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſt. l. ſi fidejuſſor. 29. §. 4. ff. mandati. l. ita vulneratus. §. ult ff. ad L. Aquil. l. 1. C. de form. ſubl. l. ult. C. de his qui ven. ætat. Vigel. dialect. jur. dict. lib. 2. d. loc. à qualitate ſententiæ, &c. regul. 6 pag. 122. ſupervacuum item. l. 1. & ibi gloſſ. ff. ad municipal. (quamvis non ſemper ſcripturas abundantia vitiare ſoleant. l. cum antiquas. 28. C. de teſtam. l. heredes. 21. ff. qui teſtamenta facere poſſint. l. non ſolent. 94. ff. de reg. jur. l. teſtamentum. 17. C. de teſtament. l. ſi pupilli. 6. §. 2. ff. de negot. geſt. Auguſtin. Barboſ. theſaur. locor. commun. verb. de abundanti, &c.) aut ſimile vitium l. in ambigua. 19. ff. de Legib. de quibus Menochius & Vigelius dictis locis.

Atque hæc ferè ſunt, quæ in interpretatione Conſtitutionum in genere ſequi & obſervare tùm utile eſt, tùm neceſſarium.

Parte

## *Parte* II. *ſpecialiter docetur, quomodo Conſtitutionibus, quæ directò, ſive proprio, ſive alieno motu, fiunt, interpretatio certa atque efficax adhibenda?*

§. 5.

Ac primum omnium ſemper plenius illas tibi accipiendas ſcito *Conſtitutiones*, quâ à proprio condentis motu profectæ ſunt, quàm quæ ad preces ſupplicantis dantur. Menoch. *lib. 2. præſumpt.* 13. *n.* 12. Ad genera *Conſtitutionum*, quæ motu proprio fiunt, pertinent *Principum Edicta*, de quibus *ſuprà tit.* 6. § 2. pluribus egimus; adde Paul. Voët. *lib. ſingular. de ſtatut. eorumq́; concurſ. ſect. 2. cap. 2. n. 6.* Motus autem proprius nihil aliud eſt, quàm ultronea, & à ſeipſo, non alio, mota *Principis* voluntas, ſeu inclinatio ad aliquid ſtatuendum, ut docet Bald. *in cap. niſi ſpectabilis. n. 4. de officio legat. l. penult.* ibi, *etſi ultroneé à noſtra liberalitate ius ſibi jactaverit fuiſſe delatum.* C. *de offic. Rector. provinc. l. Imperialis.* 23. §. *ſimiles.* ibi, *etſi non sereniſſimo Principi ſupplicaverint, ſi tamen donationem ante matrimonium meruerunt.* C. *de nupt.* Nov. 103. *in præfat.* ibi, *venit autem nobis in mentem, &c.* Enenckel. *de privileg. lib. 1. cap. 5. n. 13.* Ejusmodi igitur *Edicta* certa ac diuturna eſſe opinamur, tantumque patere, quantum poteſtas *Principis* patet, nec obreptionis, aut ſimili crimine vitiari. *l. 1.* C. *de petit. bon. ſublat. c. ſi motu proprio. de præbend. in 6. gloſ. in Clem. ſi Romanus.* verb. *validam. d. t.* quî enim obreptio locum hîc habeat, quæ ſolius eſt impetrantis? qui tamen hoc loco quieſcit, & beneficium jusvé oblatum ultrò accipit tantum. *fac. l. un.* §. 1. verſ. *ità enim & imperitia, &c.* C. *de rei uxor. act.* Plurimum autem valere *Edicta*, & quàm pleniſſimè interpretanda eſſe docent, Felin. *in cap. cauſſam quæ. col. 4. verſ. generaliter. de teſtib.* Petr. Anchar. *in conſ. pro clariori evidentia.* 290. Anton. poſt Hoſtienſ. *in c. cum cunctis, col. 5. de elect.* Ægid. Bellamer. *in c. item pro alimonia in f.* 12. *q.* 2. Bartol. *in l. univerſi.* per illum text. C. *de legationib.* Exemplum eſt in Sacris, *Luc. cap. 2. verſ. 1.* ubi *Edictum Auguſti* in toto terrarum orbe valuit. Extenſionem tamen iſtam tàm plenam & latam *Edictorum*, Anton. Faber *in Cod. lib. 1. tit. 5. defin. 1.* oppugnat, ſed fruſtrà, ut nobis quidem videtur. Quæritur hîc, *An motus Principis proprius, & preces ſimul ſtare poſſint?* Equidem iſta ſimul ſtare poſſe, Principem rogatum fuiſſe, & tamen motu proprio feciſſe, quaſi inclinatum non vi precum, ſed à ſeipſo, cenſent Felinus *in cap. ſi quando. in fin. de reſcript.* & Bald. *in c. niſi. de offic. leg.* Menoch. *lib. 2. d. præſumpt.* 13. *n.* 2.

Verum ut hæc fieri possint, præsumptio tamen & suspicio quædam semper hæret, nisi de contrario apertissimè constet, ut sentit etiam Socinus Jun. *in consil. 65. n. 13. vol. 2.* negat igitur Enenckel *de privileg. lib. 1. cap. 5. n. 18. & 20.* hanc quæstionem, & dicit, quod omnes istæ clausulæ, *ex certa scientiâ, &c. non obstante, &c.* & similes, &c. *Rescriptis* ad postulationem datis apponi & possint, & soleant, in clausula verò, *motus proprii, &c.* id fieri nequeat, nisi repugnantia & contradictoria in idem subjectum introducere velimus: ad de Trentacinq. *lib. 1. var. resolut. tit. de rescript. resol. 5.*

## §. 6.

Quæ de plenissima *Edictorum* interpretatione modò dicta sunt, eadem de *Mandatorum* etiam interpretatione, ex identitate rationis, intelligenda esse censemus, cum & *Mandata* motu *Principum* proprio fieri soleant. *suprà d. titul. 6. §. 4.* & Paul. Voët. *lib. singular. de statut. & eor. concurs. sect. 2. cap. 2. num. 8. & seqq.* *Mandatorum* autem interpretationem semper à mente *Principis* mandantis desumendam esse Carol. Eman. Vizzanius in nobil. illo *tractat. de mandat. Princip.* seu *offic. eor. qui in provinc. cum imper. mittuntur, cap. 1. thes. 80.* docet; de quâ voluntate ac mente *suprà §. 4. regul. general. 2.* nonnihil etiam actum fuit. Cæterùm latissima hæc *Mandatorum* interpretatio de iis solummodò *Mandatis* intelligenda, quæ in *Corpus Juris* relata sunt, illa enim generaliter & perpetuò valere pro *Constitutionibus*, Imperator *Justinianus* jussit, per allegata à Wesembec. *ad Codic. lib. 1. tit. 15. de mand. Princ. num. 7. in fin.* Pœna non obtemperantium *mandatis Principum* describitur *Esdræ cap. 7. vers. 26.* *Super omni, qui non fecerit mandatum Regis diligenter, judicium erit, sive in mortem, sive in exilium, sive in condemnationem substantiæ ejus, vel certe in carcerem.* Menochius, pœnam erga non obtemperantes *Mandatis Principum*, Judicis arbitrio relinquit, *de arbitrar. judic. quæst. lib. 2. cent. 4. cas. 365. num. 2. 3. 6. & 15.*

## §. 7.

*Rescriptorum*, quæ ad postulationem fiunt (*supr. dict. tit. 6. §. §. 5. 6. & 7.* & Paul. Voët. *lib. singular. de statut. & eor. concurs. sect. 2. cap. 2. n. 12. & seqq.*) longè alia est ratio: Ubi in *Principe* non semper (ut in *Constitutionibus*, quæ motu proprio feruntur) præsumitur justa causa; quia tali casu magis præsumitur *Princeps* ad importunitatem postulantis, quàm propriâ voluntate rescripsisse; ut singulariter notat Ludov. Romanus, & latè firmat Grammaticus *decis. 65. num. 31. & seqq.* Secundum exempla *Sixti IV.* Papæ, *Alfonsi* Regis, *Jul. Cæsaris*, aliorumque, tradita ab Enenckel. *de privil. lib. 1. c. 5. n. 33.*

Imò

Imò de jure canonum preces Simoniam inducere videntur, *cap. per inquisitionem*, ubi *gloſs.* verſ. *ſollicitaſſe de elect. & cap. ſunt nonnulli. & cap. ordinationes. 1. quæſt. 1.* itaq; conſultius ſemper agit, qui ab illicitis abſtinet petitionib⁹, *l. non idcircò. C. de reſcind. vendit.* & contra jus aliquid peti prohibetur, *l. 3. C. de precib. Imp. off.* adeò ut qui ſupplicatione eliciendũ aliquod tentaverit *Reſcriptum*, ut tranſire ei liceat formã ſtatutorum, tertiâ patrimonii parte mulctetur, &c. *l. un. C. de SCtu.* videat ergò quiſq;, ut, quod concedere licet, & ab eo cui concedere licet, impetrare conetur. *l. 1. C. de operib. publ. Clem. 1. de teſtibus.* ad hæc, modus quoque conveniens, & via accedat, oportet: propter enim importunitatem petentium quandoque non concedenda ſtatuit *Princeps* & ordinat, quæ poſteà revocare ſolet, & poteſt; ut docet Joh. de Platea, *in l. 1. Cod. de petit. bonor. ſublat. & fac. cap. execrabilis. de præb. & dignitat. in extravag.* nam quod ſine juſta causâ factum eſt, iterum ſine cauſa aufertur. *l. in fraudem 15. §. 1. ff. de teſtament. milit. l. ult. §. ait lex. ff. de divort. gloſs. in l. pen. ff. de decret. ab ordin. fac.* Trentacinq. *lib. 1. var. reſol. dict. tit. de reſcript. reſol. 6.* meritò igitur *Conſtitutiones*, ex proprio motu latæ, majorem vim, ſtabilitatem, & largiorem interpretationem habent, quam illæ, quæ ad poſtulationem conduntur; Paul. Voët. *de ſtatut. dict. ſect. & cap. num. 22.* quæ ſæpius conditionatæ ſunt, irritæ fiunt, & annihilantur, ut monet Bartol. *in l. 1. num. 16. C. de petit. bonor. ſublat.* ſæpè enim *Principum Reſcripta* ob ſolennitates, aut formulas neglectas reſpuuntur; quod ideò maximè fit, quòd eo caſu, de voluntate *Principum* dubitetur, quam talium omiſſione, ut & pugnantibus cum ſenſu verbis, multùm argui fatendum eſt. Circa interpretationem *Reſcriptorum* notandum hîc etiam occurrit, quod clauſula, *ſi preces veritate nitantur*, omiſſa ſubintelligatur; Trentacinq. *dict. lib. 1. var. reſol. d. tit. de reſcript. reſol. 7.* adde, quæ *ſuprà tit. 6. §. 5.* notavimus. Cæterum in dubio quoque ex ſupplicatione & precibus petentis interpretationem accipere debemus, *l. ſi ſine. 9. §. qui interrog. ff. de interrog. in jur. fac.* Jaſon. & *gloſs. in l. ſi libello. 1. C. de diverſ. reſcript.* Bald. & Felin. *in c. inter dilectos. de fid. inſtrum.* Bartol. *in l. 1. §. 4. quæro. ff. ad L. Jul. Majeſt.* Abbas *in c. ult. de treuga & pace, & in c. cum dilectus. de ſucceſs. ab inteſtat.* Matth. Brun. *de ceſs. bon. quæſt. 8. princ.* Qui *ibidem*: & illam quæſtionem agitat; *An Princeps reſcribens, nullo verbo in precibus cancellato, omnia in eis contenta concedere videatur?* Item explicationem clauſulæ illius in *Reſcripti* frequenter poni ſolitæ, *prout petitur, &c.* de quâ videas etiam Angel. Aretinum ad §. *præterea. num. 1. Inſtit. de inutilib. ſtipulat.* Hunc autem ex ſupplicatione & precibus petentis interpretandi modum, in dubio tantùm, & cum obſcura eſt voluntas concedentis, ſequendum ſcito: nam ſi claris atque expreſſis verbis excedatur, aut reſtringatur forma petitionis, aliud ſtatuendum monent,

Felin. *in d. c. inter dilectos.* & Abbas *ibid. & in cap. 2. de treuga & pace.* Besold. *tom. 5. consil. 199. num. 27. 35. & seqq.* De *Rescriptorum* interpretatione legatur Fabius de Anna *consil. 63.* & Consil. Argent. *vol. 2. consil. 47.* De utroque *Constitutionum* genere, quæ scilicet tùm proprio, tùm alieno fiunt motu, ità loquitur *Imperator* in *l. 1. C. de petit. bonor. sublat.* *Quoniam plerumque ità in nonnullis causis inverecunda petentium inhiatione constringimur, ut etiam non concedenda tribuamus: nec Rescripto nostro quidem adversus formam latæ Legis loci aliquid relinquatur. Si quid autem ex bonis talibus nostro judicio, nullo tamen desiderante atque poscente* (nota differentiam) *concedi cuiquam voluerimus, hujusmodi tantum valeat liberalitas.*

## *Pars* III. *De specialibus interpretandi modis earum Constitutionum, quæ non directò fiunt.*

### §. 8.

*Epistolas* quoque strictissimè interpretandas valdèque moderandas & limitandas esse, ex *suprà* traditis aliquo modo colligi potest, cùm præsertim aliæ in sensu lato & generali, aliæ in sensu speciali accipiantur, per ea, quæ *suprà tit. 6. §. 3.* copiosè protulimus. Maximè autem ex consuetudine, re judicatâ, voluntate & intentione scribentis, qualitate negotii, æquitate, honestate, & cæteris *superiùs* §. 4. *h. t.* adductis præceptis & regulis generalibus, intellectum & explicationem recipere possunt, & debent. *Principis* autem *Epistola* (quod cum Doctore Marta Neapolitano in *Digest. noviss. tom. 3.* titul. *Epistola.* probè observandum) tum demum vim Legis habet, quando consistorialiter emanat, & in materia indifferenti, sed in una particulari causa secus est, nam interlocutoriæ vim habet, idcircò recognoscenda atque justificanda est. Quæritur hîc: *An Epistola Pontificis Maximi, Regis vel alterius Principis, probet etiam contra tertium:* Affirmat Mascardus *de probat. volum. 2. conclus. 628. num. 20. & 21. & conclus. 630.* eam ob rationem, quod scripta ab habentibus potestatem legis condendæ, habeat vim legis, ex Bald. *in l. exemplo. col. fin.* vers. *quæritur hic. num. 4. Cod. de probation.* & Ruin. *consil. 121. num. 11. volum. 4.* nec non ex Jason. *in cons. 148. num. 3. vol. 4.* cum allatis; Limitat tamen hanc conclusionem Decius *in cap. post cessionem. num. 48. de probation.* dum modò ità res sese habeat de consuetudine, ut indistinctè literis hujusmodi credatur, & hoc dilucidè voluit. *context. in c. cum dilectus. in f. extra de fid. instrum.*

§. 9.

## §. 9.

De *sententiarum & decretorum Principalium* vi & auctoritate, etiam *suprà tit.* 6. §. 9. nonnulla egimus, quæ hîc ulterioris interpretationis gratiâ cum & repetita, tum & pauca sequentia annexa esse volumus. Auctores fuisse Senatui aliquid censendi *Imperatores*, scribit Dn. Bernegg. p. m. *in not. ad Sueton. August. cap.* 36. *num.* 1. *lit. a.* cum in eorum sententiam, quam Oratione in Senatu habitâ & recitatâ expresserant, aliquid decernebatur. Sic idem Sueton. *in Otton. cap.* 8. *num.* 1. *Auctor Senatui fuit mittendæ legationis. & in Vespas. cap.* 11. *num.* 1. *Auctor Senatui fuit decernendi, ut, &c.* nam ex quo tempore Resp. Rom. in unius potestatem concessit, ex illius nutu Senatus omnia agere consuevit, nec quicquam majoris momenti (nam in minutulis species aliqua libertatis relicta, ut *sæpius* inculcatum) nisi auctoribus vel assentientibus illis decernere potuit; vide Paulum Voët. *in lib. singular. de statut. & eor. concurs. sect.* 1. *cap.* 4. *num.* 7. *& sect.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. *& eod. cap.* 2. *num.* 15. Quando igitur *Princeps* ipse supremus suâ aliquâ in dispositione, utputâ Lege nova, epistolâ, decreto, sententiâ, aliâve simili, mentionem juris simpliciter facit, ut si in decreto, vel sententiâ definitivâ ponit; quòd secundum jus causæ definiatur: hoc sanè casu intelligitur secundum Leges & jus à se conditum pronunciasse. Ità sanè *Justinianus in* §. *sed jus quidem civile.* 2. ibi, *sed quoties non addimus nomen, cujus sit civitatis, nostrum jus significamus, Instit. de jur. nat. gent. & civil.* id est, quoties fit mentio juris, intelligitur de ipso jure *Romanorum*, quod dicitur ab ipso *Romano Imperatore* conditum: & in specie sic interpretando *dict.* §. scripsit Petrus Modernus *Hispan.* quem recenset Ludovic Gomez. *comment. ad tit. Institut. de action. princ. num.* 42. vers. *tamen iste. & ibid. in fine.* Et simile est, quando Rex mentionem juris fecit, præsumitur censisse de jure suo regio, ut scribunt Bald. *in c. cum venissent. de eo qui mitt. in poss. causâ rei reserv.* Jason. *in l. stipulatio ista habere licere.* §. *ii quoque. in* 6. *notab. ff. de verbor. obligat.* Decius *in l. & in militibus. num.* 4. C. *de testam. milit.* Ludovic. Gomez. *in dict. loc.* Cravett. *consil.* 45. *num.* 7. *lib.* 3. *fac. text. & gloss. in cap.* 1. *in fin. ut lite non contest.* ubi si Princeps, in rescripto, vel decreto, se refert ad jus, intelligitur ad jus suum speciale & proprium, non autem ad aliud jus: & illo textu adducti sic scripserunt Abbas, *in rubr. de consuetud.* Jason. *in l. omnes populi. num.* 24. *ff. de iust. & jur.* & simile respondit Ancharan. *consil.* 17. *in quæst. quæ vertitur.* cum dixit: quod si Episcopus jubet aliquid fieri secundum formam juris, intelligitur de statutis, & jure à se decreto: & sequitur Socin. sen. *consil.* 81. *col.* 3. vers. *ad hoc etiam adduco, lib.* 1. ità etiam Bald. *consil.* 371. *in volum.* 5. *col.* 2.

respon-

respondit: si pacto conventum est inter Dominum civitatis & subditos, quòd in successionibus observentur jura, intelligitur, de juribus municipalibus, ab ipso Domino latis: & hujus sententiæ ea est ratio, quia verba intelligi debent secundum qualitatem & conditionem personæ loquentis. *l. similes unum. ff. de testam. mil.* & prætereà, quia non præsumitur, Principem ipsum nolle Leges suas, decreta, & sententias non observari, *argum. l. Arriani. C. de hæret.* Statuta item & decreta *Principis* dicuntur jus commune civitatis, Menoch. *lib. 2. præsumpt. 6 num. 14.* quorum decretorum aliqua magni, aliqua levis momenti sunt, Menoch. *dict. lib. 2. præsumpt. 75. num. 1.* ubi in *dict. præsumpt. 75. à num. 4. usque ad num. 12.* hanc instituit quæstionem: *An magis præsumatur pro sententia, quàm pro decreto?* Illorum opinio, qui pro sententia magis præsumi defendunt ipsi magis placere videtur. Porrò de præsumptione, quæ versatur circa ipsum *Decretum* duo capita constituit. Idem Menochius *in dict. præsumpt. 75.* quorum unum est, quando agitur de præsumptione, quæ versatur circa solennitates, quæ requiruntur antequam Decretum ipsum interponatur, *à num. 12. usque ad num. 48. & lib. 2. de arbitr. judic. quæst. cas. 171.* secundum caput est, quando agitur de præsumptione, quæ versatur circa rectitudinem atque justitiam ipsius Decreti, an scilicet justè fuerit interpositum, *à num. 48. usque ad finem.* Coronidis loco, Benevolos Lectores ad Georgii Draudii *Bibliothecam Classicam* in libb. *de utroque jure*: rubr. *Legum aliquot interpretationes*, remittimus, ubi quamplurimi Autores & Interpretes præcipuarum quarundam *Constitutionum*, specialiter reperiuntur.

TITV-

# TITVLO VIII.
## QUIBUS ROGARE CONSTITUTIO-nes fas sit, ostenditur.

### *Pars I. In qua, quis sit Imperator Romanus, & quot habeat nomina, proponitur.*

§. 1.



Bsolutam Definitionem & Divisionem, cum modis & speciebus interpretandi (quibus instrumentis cujusque doctrinæ omnem nervum absolvi *suprà tit. 2. §. 2. diximus*) causa sequitur efficiens, quæ est Legislator; ut olim, quoad Leges, *Populus Romanus*, §. 4. *Instit. de jur. nat. gent. & civil.* nam ità *Julianus in l. 32. §. 1. ff. de LL. Ipsæ Leges* (inquit) *nullâ aliâ ex causâ nos tenent, quàm quod judicio populi receptæ sunt*: sic hodiè quoad *Constitutiones Principum* in specie, summus in Imperio Romano *Princeps*: §. 6. *Instit. de jur. nat. &c.* qui, juxta Theophilum ad *d. §. 6. Instit. de jur. natur gent. & civil.* est, qui potestatem imperandi à populo accepit, seu, juxta verba *Legis Regiæ*, cui & in quem vices populi datæ sunt, quem nos hodiè *Imperatorem appellamus*. Qui hodiernus, (juxta Limnæum nostrum *lib. 2. de jur. publ. cap. 2. num. 1.*) est, *persona habilis ad capessenda Imperii Regimenta, ex illustri familia Germanica orta, ab Electoribus secundum. LL. Imperii fundamentales electa, ut Reipublicæ Romano-Germanicæ tanquam caput & administrator legitimè præsit*, Besold. *in tractat. posthum. jur. publ. part. 2. cap. 2.* Limn. *ad Capit. Carol. V. art. 1.* verb. Königl. Würden. Barbos. Bechtold. Speidel. aliique, *in syllogis seu Indicibus suis*, verb. *Imperator*: Rittershus. *comment. ad Novell. Justin. part. 2. cap. 2. num. 2. & 3.* Vigel. *method. jur. controv. lib. 1. cap. 5. regul. 89. & seqq.* Carpzov. *in omnibus Indic.* verb. *Imperator*. Non enim qualescunque & à quibusvis, sed legitimà viâ ac ratione *Constitutiones* introductas intelligimus: via verò ac ratio legitima illa est, ut ab his sint introductæ, qui potestatem & auctoritatem habent, ut illud dederint, cujus dandi potestas fuit, ut illi, quibus collatum est, ritè debitoque modo consecuti sint, ut denique solita & conveniente forma propositum sit: sic enim & circa tutorem quatuor considerare jubet

*l. naturali.7. § 1. ff. de confirm. tut.* an ſcil. hic det, qui dare poteſt, & is detur,
cujus dandi facultas erit, & ille acceperit, cui fuerat dandus, & pro tribunali
decretum interpoſitum. Verum enimverò, ut quid conſtituendum, proti-
nus intelligas, ſcire debes, univerſalia quidem, & quæ omnes teneant, per-
que totum æquam vim habeant Imperium jura, ſolum nobis præſcribere
*Principem* Reipubl. Romanæ *l. 1. & l. ult. C. de LL. & Conſt. l. 1. §. idque à Prin-
cipe. ff de aq. quot & æſtiv. l 3 §. Divus.* ibi, *oportet Imperialia ſtatuta ſuam
vim obtinere, & in omni loco valere. ff. de ſepulchr. viol. gloſ. in l. non ambigitur.
9. ff. de LL.* Bartol. *in l. 3. num. 8. ff. de juriſdict.* Huic enim ipſas *Deus* Leges
ſubjecit, Legem ipſum animatam terris conſtituit. *Novell. 105. cap. 2. in fin.*
Carpzov. *Jurispr. Eccleſ. lib. 2. tit 9 defin. 163. num. 6 & 7.* Itaque quod *Prin-
cipi* placuit, Legis habet vigorem. *d. §. 6. Inſtitut. de jur. nat. &c.* conſtituto
quippe *Principe*, datum eſt ei jus, ut quod conſtituiſſet, ratum eſſet, *l. 2. §. no-
viſſimè. 11 ff. de orig. jur. d. l. ult. in princ. C de LL. & Conſt.* Imò ſoli *Imperatori*
Leges condere, ſoli Legislatorem eſſe conceſſum eſt, *d. l. ult. §. 1. C. de LL. &
Conſt.* adeò quidem, ut non ſui tantùm temporis hominibus, ſed & in omne
ævum valituras Leges ferre poſſit, *Nov. 1. cap. 1. in fin.* Enenckel. *lib. 1. de pri-
vileg. cap. 4. num. 20. & 21.* Ænæ. Sylv. *de ortu & autoritat. S. Rom. Imp. c. 20.*
Coraſ. *de art. jur. part. 2. cap. 14.* Paurmeiſt. *de juriſdict. Imperii Rom. lib. 1.
cap. 19. n. 7.* Vult. *comment. in Inſtit. jur. procem. num. 4.* Paul. Voët *lib. ſingu-
lar. de ſtatut. eorumque concurſ. ſect. 2. cap. 1. num. 1.* Joh. Chriſtoph. Herpfer.
*in inaugur. Baſil. 1615.* ubi *pracept. juris politic. rubr. de Legislat. num. 1.* Cyria-
cus Lentul. *in Auguſt. pag. 145. & ſeqq.* Scip. Gentil. *orat. 3. de Lege Reg pag. 51.*
Petr. Faber *commentar. ad lib. 1. tit. 2. ff. de orig. jur. pag. 91. init.* Lanſ. *diſput.
inaugur. Tubing. 1602. de Leg. Reg. theſ. 34.* Gudelin. *de jure noviſſ. lib. 5. cap. 2.*
Arismin. Tepat. *Deciſ. tit. 41. cap. 10.* Chriſt. Forſtner. *hypomn. Polit. 70. pag.
235.* Primus quidem & potiſſimus, qui Legem tulit, occurrit Dominus no-
ſter & Creator *Deus, ſupr. tit. 1. § 7.* Item *Natura, l. ſcire. 13 § 7. ff. de excuſ.
tut. l. ſi in emptione. 34. §. 1. ff. de contrab. empt. l. 4. in princ. l. ſcientiam. 45 §. 4.
ff. ad Leg. Aquil.* verùm hæc omnia, *Deus* inquam, & *Natura*, ad præſentem
conſiderationem non pertinent: non negamus equidem, *Deum*, ut omnis
boni, ità juris quoque omnis auctorem ac regulam eſſe, ideò in omni oratio-
ne ac doctrina illum ſemper, ut primam rerum omnium cauſam, præſumi-
mus: hîc verò de ſecundis & proximis cauſis loquimur, quæ ut à *Deo* depen-
dent, ità cognitu ſunt maximè neceſſariæ. Itaque nec *Natura* proximum
eſt *Conſtitutionum* principium ac cauſa: nam licet pleræque, imò omnes
*Conſtitutiones* ex *Naturâ* habeant originem, naturalique juſtitiâ, quam æqui-
tatem vocant, *ſuprà tit. 2. §. 7. num. 6.* firmentur, ut loquuntur. *d. l. ſcire. 13.
§. 7. ff. de excuſ. tut. l. cum ratio naturalis. 7. in princ. ff. de bonis damn.* & ſimi-
les;

les; illa tamen nec pro jure æstimantur, nec in considerationem jurisperitorum veniunt, nisi quatenus *Principum* auctoritas & approbatio accedit, *l. unic.* & ibid. *gloß. C. de colon. palæst.* Consuetudine verò inveteratâ *Constitutiones* induci, vetustatemque Legis vicem obtinere, præsertim tacito *Principis* consensu, minus dubium est, ut docent, *l. de quibus. 32. cum seqq. ff. de LL. l. 1. §. ult. l. 2. pr. §. Caßius. ff. de aqua & aq. pluv. arc. l. hoc jure. 3. §. ductus. ff. de aqua quot. & æstiv. l. antepen. ff. de pollicit.* §. 1. ibi, *ne aliter judicet, &c. Instit. de offic. jud.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 124. num. 2.* Joh. Wachman. *de jur. civil. non scripto, disp. inaug. Basil.* 1637. *l. 4. §. ingressurum. l. si in alium. 7. ff. de offic. proconf. l. omnia privilegia. 35. in pr. C. de Episcop. in c. quia per ambitiones. dist. 64. c. conquestus. 9. quæst. 3.* Bartol. *in proœm. ff. §. hac autem tria. n. 3. §. 1.* & ibi *gloß.* verb. *majorib. Inst. d. t. de offic. iud. gloß. in l. 3. § Divus.* verb. *sepeliri. ff. de sepulchr. viol. c. super quibusdam. §. præterea. de verbor. signif.* Abbas *in c. 1. ut lit. pend. nihil innovetur.* Bald. *in l. sed & reprobari. ff. de excus. tutor.* pluribus Felinus *in c. accedentes. col. 4. & seqq. de præscript. & in c. cum contingat. num. 4. de foro compet.* Innocent. *ibid.* & in *c. novit. de judic.* Rochus de Curte *in repet. c. ult. de consuet.* Dn. Bœcler. *disput. Argent.* 1659. *Resp. Otto Grot. de Legul. German. cap. 3.* diximus *modò*, tacito Principis consensu; cum nihil intersit, suffragio ille suo voluntatem declaret, an rebus ipsis & factis, *l. nuper. 11. C. de natur. liber.* Inter eas igitur causas, quæ *Constitutiones*, quæ sunt nostri subjecti, efficere queunt, prima est & præcipua (ut diximus, & *paßim* in Goldasti *Constitutionibus Imperialibus* videre est) Reipubl. Romanæ *Princeps*: eâ tamen cum restrictione, quam quoad hodiernum Imperii Statum, *suprà tit. 3. § 9. num. 1. circa fin.* indicavimus: quòd scilicet in ordinationibus & Constitutionibus faciendis consensus & approbatio Statuum Imperii necessariò requiratur, Dn. Limn. *de jur. publ. lib. 1. cap. 10. num. 32. & lib. 9. cap. 1. num. 170. & seqq. & annotam. Capitulat. Caroli V. artic. 2.* verb. Bessern. *pag. 138. & eâd. Capitul. art. 32.* verb. Durch Uns. *pag. 360.* ubi tàm Imperatoris, quàm Statuum, partes circa hoc negotium expenduntur. *Instrum. Pac. 1648. artic. 8. §. gaudeant*, Eitelii Friderici ab Herden Grundfeste deß H. Reichs. *part. 3. cap. 1. pag. 192.* Stamler. *de reservat. Imper. §. 30. & 31. & 65.* Carpzov. *pract. crim. part. 1. quæst. 41. num. 81.* Dn. Bœcler. *disp. Argent.* 1659. *Respond. Otto Grot. de Legulat. Germ. cap. 1.* *Carolus Magnus* (inquit Vulteius *in comment. ad titt. Cod. de jurisd. epistol. dedicat.*) magistratus à se creatos in Imperii quodammodò consortium admisit, adsignatis ipsis provinciis, quas jure fermè eodem haberent, quo Imperator haberet eas, quas sibi retinuerat, & universum ipsum. Idem ferè de *Alexandro Severo* testatur Ælius Lampridius *in ejus vitâ, pag. 342. & seq.* adde porrò, Lampad. *in Republ. Rom. Germ. capp. 13. 14. 15.* Reinkingk. *lib. 1. de reg. sec. & eccles. 2. claß. 2.*

*cap.2. num.* 106. *& seqq. & lib. 2. cl. 2. cap. 5. num.* 36. *&* 45. Paurmeister. *lib.* 1. *de jurisdict. cap.* 19. *num.* 8. *& lib.* 2. *cap.* 2. Cornelius Benincas. *de constitut. quæst.* 7.

## §. 2.

I. Summum in Republ. Rom. *Principem*, Constitutionum Conditorem, hodiè *Imperatorem* appellari, *superiori* §. *ab initio* diximus. Quod nomen respectu modernæ dignitatis, quam exprimit, exile habuit principium, Menoch. *consil.* 302. *num.* 47. & triplici potissimùm significatu claruit. *Uno*, quo unusquisque exercitus Dux, qui suis auspiciis rem gerebat, & qui jus belligerandi habebat *Imperator* appellatur, *h. e.* qui non *ductum* solùm, sed & *auspicia* quoque habebat, Dn. Limn. *lib.* 2. *de jur. publ. cap.* 1. *num.* 3. *& seqq. & de notit. Regn Franc. lib.* 2. *cap.* 1. *lit. aa.* Wo man den Grund deß Nahmens ansehen wil/ so hat das Wort Imperator, welches wir vor einen Keyser verteutschen/ bey den alten Römern nichts anders als einen Feld-Obersten bedeutet. Seldius in seinem Rathschlag/ so er Ferdinando I. gegeben anno 1558. im dritten Punct. §. So wissen unsere. apud Goldast. in Reichshandlungen/ *part.* 5. *tit.* 3. *pag.* 194. distincta autem esse, *ductum & auspicia*, Idem Dn. Limn. *dict. lib. & cap. num.* 4. ex Sueton. *in August. cap.* 21. docet, & *ductu*, cum ipse, interfuit, *auspiciis*, vero cum per legatos adesset, explicat, adde Dn. Bernegg. *not. ad Sueton. August. dict. cap.* 21. *num.* 1. *lit. a.* *Auspicium Regium* appellitatur à celeberrimo Bœclero nostro *libro singulari*, quem de *Auspicio Regio* singulari industriâ conscripsit, ubi *cap.* 2. *Auspicium* illud *Regium* sic describit: quod sit *concessa regiæ majestati & a DEO adjuncta vis, quæ omni regio actui munerique suam quandam fortunam, efficaciam, sanctitatem & vigorem, largitur ac dispensat*: cujus descriptionis explicatio, *dict. cap.* 2. *ibid.* ab iis legi potest, quibus volupe est: nam actum agere nolo, hoc est, ea quæ jam pridem alii eruditione & prudentiâ longè Clariores Viri edidêre, hûc exscribere: esset enim hoc nihil aliud, quàm cramben bis coctam apponere, quod hominis insulsi est: quin potius, quoad hoc, ad ipsum laudatum *modò* Dn. & Præcept. nostr. Bœclerum, sicut & in aliis, ad alios, benevolos lectores remittimus. *Alterum* hujus nominis (*Imperatoris*) significatum est, quando hostibus magno prælio fusis ac profligatis, eo nomine militum acclamatione afficiebantur: Dn. Limn. *d. lib. & cap. num.* 10. Rittershus. *comment. ad Instit. procem. pag.* 5. *Tertium* hujus nominis significatum in venerabilissimo gradu consistit, in Europâ enim Christiana major pars nomen *Imperatoris* Regio præfert: non, quasi potestas major *Imperatoris*, quàm Regis, sed quod venerabilis adhuc Imperii Romani memoria supersit in illo, qui nunc *Imperator Romano-Germanicus* appellatur; Limn. *de notit. Regn. Franc. dict. lib. & cap. lit. cc.* nec

non

non *ad Aur. Bull. cap* 27. *observ.* 2. Sunt tamen nonnulli, qui nomen *Regium Imperatorio* præstare scribunt, contra quos Dn. Limn. non solum *in tom.* 4. *jur. publ. ad lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 43. *pag.* 197 *& seqq.* sed etiam *in dict. lib.* 2. *de notit. Regn. Franc. cap.* 1. *lit. x. & lit cc.* pugnat. Sunt etiam quidam, qui titulum *Imperatoris Galliæ Regibus* privativè, & potius quàm *Germanorum*, deberi contendunt, quibus iterùm Dn. Limn. cùm *in dict. tom.* 4. *iur. publ. ibid. pag.* 200. *& seqq.* tùm *in dict. lib. & cap. de notit. Regn. Franc. litt. h. i. k. l. & m.* masculè contradicit. Steph. *de jurisd. lib.* 2. *part* 1. *cap.* 1. In Monarchia Romana primus C. *Julius Cæsar*, decreto Senatus, hoc nomen in prænomen vertit, scribendo, *Imperator Cajus Julius Cæsar* (cum priores isti hoc modo, *Lucius Appius Imperator* : in veteribus enim Inscriptionibus *Imperatoris* nomen, cum singulare illud ac summum Imperium significat, præponitur: cum victoriâ partum est, subjungitur, hoc modo: *Imperator Cæsar Augustus*, & contra, *Julius Blæsus Imperator*) quem posteà reliqui *Principes* secuti. Datum verò C. *Jul. Cæsari* hoc nomen à Senatu (quod etiam cupidè accepit) metuente, ne ipse victoriâ elatus crudele quid in se statueret, Limn. *dict. lib.* 2. *de jur. publ. cap.* 1. *num.* 11. *& in tom.* 5. *ad dict. lib. & cap. num.* 12. *pag.* 1. ubi ex *Xiphilino* quædam. Videndus etiam Appianus *in proœm. histortar.* ubi ait: C. *Cæsar* cæteris ætatis suæ potentior, ubi Principatum suum stabilivit, speciem quidem Reipubl. nomenque reliquit, sibi tamen imperium in omnes usurpavit: & sic in hodiernum uni parent omnia, quem non *Regem* dicunt, propter religionem opinor jurisjurandi veteris (expulsis enim *Regibus* obstricti fuerant jurejurando *Romani*, neminem *Regem* se passuros) sed *Imperatorem* nominant: sed reverà omninò *Reges* sunt, adde eundem Appian. *lib.* 2. *de bell. civil. in historiâ* C. *Cæsaris cæsi, & funerati, & in Divos relati*, seu ἀποθεωθέντος.

II. Ex quinque dissidentibus opinionibus, quas inter cæteros Ælius Spartianus *in Ælio Vero, pag.* 38. & Dn. Limn. *dict. lib. & cap. num.* 12. *& seqq.* recensent, variorum, qui *Cæsaris* appellationem à variis deducunt originibus, illam ante cæteras arripimus, quæ C. *Julium Cæsarem*, primum Romanorum *Imperatorem*, à cæso matris utero dictum tradit, quanquam sint, qui dissentiunt, inter quos est Fulv. Pacianus, qui *lib.* 2. *de probat. cap.* 9. *num.* 24. scribit, quod mater ejus *Aurelia*, quando pontificatum maximum petiit, adhuc erat in vivis, cui osculanti, cum ad comitia descenderet, prædixisse fertur, domum se nisi Pontificem non reversurum, Suet. *in Cæs. c.* 13. eoq; tempore dicitur esse mortua, quo in *Gallia* bellum gerebat, idem Sueton. *in Cæsar. cap.* 26. indeque concludit, falsam esse opinionem eorum qui putaverunt, *Julium Cæsarem*, à quo cæteri Imperatores *Cæsares* appellati sunt, à cæso matris utero fuisse *Cæsarem* nuncupatum: sed Dn. Limn. *dict. lib. & cap.* num.

*num.* 18. *Fulv. Pacianum* erroris arguit, plures, inquiens, mulieres vixisse annos multos, imò concepisse ac peperisse, cæso illarum utero. Inter eos, qui *Jul. Cæsarem* à cæso matris utero dictum non credere volunt, est etiam Louys Guyon *tom.* 3. *des diverses leçons, liv.* 2. *chap.* 10. *p.* 276. ubi dicit: *que toutes les raisons du nom de Cesar ne sont recevables, il se cognoit en ce que le Pere de ce grand Dictateur & Empereur C. Jules Cesar, avoit außi nom Cesar, qui mourut à Pise, il se lit de deux autres Cesars plus vieux, dont l' un fut un Poete tragiq, & l' autre un grand Orateur, dont Ciceron faict mention. Il y eut un autre Cesar, oncle de L. M. Antoine Triumvir, lequel auoit suivi aux guerres civiles parti le Pompée, lequel fut mis entre les proscripts, & condamné par Octavius, & masacré. Il y eut un autre Cesar, qui aux guerres civiles suivit le parti de Sylla, homicidé par le commandement de Marius. Il faut doncq conclure, que cest Empereur n' a pas esté le premier qui a porté le nom de Cesar.* h. e. Sic omnes derivationes hujus nominis esse rejiciendas, idque inde constare, cum pater magni illius Dictatoris & Imperatoris C. Julii Cæsaris, etiam habuerit nomen Cæsaris, qui Pisæ mortuus. Fuerunt etiam duo alii anteriori tempore ejusdem nominis, quorum unus fuit Poëta tragicus, alter egregius Orator, ut apud Ciceronem legimus. Fuit etiam hujus nominis cognatus L. M. Antonii Triumviri, qui secutus fuerat in bello civili partes Pompei, & propterea deinceps proscriptus, condemnatus ab Octavio, & neci datus. Denique adhuc alius, qui in bello civili steterat à parte Syllæ, & jussu Marii fuit occisus: unde sequitur, Julium Cæsarem non fuisse primum hujus nominis. *Certè* (inquit Ælius Spartianus *in Ælio Vero, dict. pag* 38.) *quæcunq, illa sit, felix necessitas fuit, unde tam clarum & duraturum cum æternitate mundi nomen effloruit. C. Julium Cæsarem* enim, nomen *Cæsaris* ad successores transmisisse, & sic deinceps ad *Germanos* (apud quos *Cæsar* & Keyser circa derivationem benè conveniunt) certò certius est ex Dn. Limn. *dict. lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 22. *& seqq. Cæsares* perpetuo quodam epitheto, quemadmodum *Ægyptii* olim *Reges Pharaones*, & posteà *Ptolomæi* nuncupabantur, ut ex Josepho videre est, *lib.* 8. *Antiquit. cap.* 8. & latius testimoniis *B. Hieronymi, Ambrosii, & Augustini*, probat Jan. Drusius 2. *Miscell. cap.* 92. adde Jacob. Lampad. *de Republ. Romano-German. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. *pag.* 70. & Reinking. *lib.* 1. *de reg. sec. & eccl. claß.* 3. *c.* 14. *num.* 3. *& seqq.* Qui autem, *Cæsarem* à cæso matris utero dictum, nobiscum sentiunt, sunt, Bald. *in proœm. Digest. num.* 26. vers. *secundò quæro. col.* 2. & Jason *in l. quod dicitur. in princ. ff. de liber. & posthum.* & Cæpoll. *in consil.* 50. *num.* 4. vers. *nec repugnat. col. pen.* Plin. *natur. histor. lib.* 7. *cap.* 9. *pag.* 359. aliique à Dn. Limn. *dict. lib.* 2. *de jur. publ. cap.* 1. *num.* 16. citati. Cæterum de filiis à secto matris utero extractis, agit non solùm modò dict. Fulv. Pacian. *dict. lib.* 2. *de probat. dict. cap.* 9. verum etiam Limn. noster *dict. lib. & cap.*

*num.*

*num.*19. *&* 20. qui *ibid. num. seq.* *Cæsaris* nomen cædem secum ferre ex *Galeolto Martio* probat, &, quoad applicationem, ex *Plinio* refert, à *C. Julio Cæsare*, præter victorias civiles, undecies centum & nonaginta duo millia hominum prœliis occisa esse. Quæritur hîc non immeritò, *An Cæsaris titulus & nomen, Imperatoriæ dignitati, quæ apud nos claret, adeò proprium sit, ut alii nulli competere possit?* Besold. *in discurs. Polit. de Monarchia. num.* 2. affirmativæ adhæret, & Magnum *Moscoviæ* Ducem ridiculum esse tradit, *quod Cæsaris* nomen sibi adscribat, Dn. Limn. *tom.* 5. *de jur. publ. ad dict. lib.* 2. *cap.* 1 *post. num.* 24. *pag.* 3. *&* 4. Idem autem sæpius laudatus Dn. Limn. noster, *tom.* 4. *de jur. publ. ad d. lib. & cap. post d. num.* 24. *pag.* 195. hîc ità distinguit: *Cæsaris* appellatio aut pro dignitatis titulo, aut pro nascendi sorte accipitur: priori significatione nulli hodiè jure competit, nisi illi, qui *Cæsaribus* in dignitate successit; qui enim succedit in jus & dignitatem, succedit etiam meritò in dignitatis nomen & titulum: nascendi verò sortem hîc dupliciter considerat; aut enim ex familiâ *Cæsaris*, qui primus hoc nomine claruit, quis natus est; aut cæso ipso matris utero in lucem prodiit: uterque horum, si *Cæsaris* nomine utatur, notam haud incurrit: Hinc, si verum est, quod Legatus *Moschi* ad *Imperatorem* tunc temporis nostrum *anno* 1613. dixit, referente Mercure François *tom.* 3. *pag.* 263. *Moscoviæ* Magnum *Cæsarem*, *Michaelem Federvits*, natum ex familia antiqua *Cæsarum*, censuram *Besoldi* facilè effugiet: sed vera dixisse Legatum, *Moscho* & illis, qui eum hâc parte defendere voluerint, probandi incumbet onus, quod hîc perquàm difficile *Limnæo ibid.* videtur. *Le Roy Henry d'Angleterre, ayant faict declarer le mariage de Catharine d'Espagne illegitime, espousa Jeanne de Semer, laquelle fut depuis incisée par le costé pour avoir son enfant, dons elle mourut: & pour ceste cause l'enfant fut appellé Edouard Cesar.* Castelnau, *liv.* 2. *de ses memoires. pag.* 58.

## §. 3.

Ad nomen *Regis* nunc deveniendum est. Quod etiamsi antiquissimum, & *ante Imperatorium*, Dn. Limn. *lib.* 2. *de jur. publ. c.* 1. *n.* 37. *& ad lib.* 2. *c.* 1. *lit. y. de notit. Regn. Franc.* & *Regalè* potestatem primam fuisse, hinc liceat intelligere, quod apud *Historicos*, antiquissimos populorum Reges legimus, ut *Babylonicorum, Syriorum, Argivorum, Medorum atque Persarum*, Limn. *dict. lib.* 2. *de jur. publ. d. cap.* 1. *num.* 42. Christoph. Adam. Rupert. *in enchirid. Pompon. de orig. jur. lib.* 1. *cap.* 2. & Æn. Sylv. *lib. de ortu Imperii Rom. cap.* 3. *&* 4. etiamsi quoque nomen *Regium* apud *Romanos*, exactis *Regibus*. *l.* 2. §. 3. *ff. de orig. jur.* (quod factum 7. *Calend. Mart.* qui dies *Regifugium* dicebatur, & quotannis *Romæ* celebrabatur, Dn. Freinshem. p. m. *in not.* ad Luc. An. Flori *lib.* 1. *cap.* 7. *lit.*

*lit. y.*) adeò invisum, ut vix uno aut altero loco excepto, ejus nominis tam apud *Corn. Tacitum*, quàm *in jure* nostro mentio fiat. Dn. Limn. *dict. lib. 2. de jur. publ. cap. 1. num. 38. & d. lib. 2. c. 1. lit. a de notit. Regn. Franc.* Dn. Bœcler. *Comment. ad Tacit. An. lib. 1. cap. 9. annot. polit. 7.* Scip. Gentil. *in Orat. de Leg. Reg. pag. 45.* Rupert. *in d. enchirid. Pompon lib. 1. cap. 12. pag. 145. & seq.* Rittersh. *comment. ad Institut. procem. pag. 5.* ubi ex *suprà cit. Appiano* quædam de inviso hoc nomine: vide etiam Thom. Lansii *dict. disp. inaug. Tubing. 1602. de Leg. Reg. thes. 43.* *Imperator* tamen noster sæpè etiam, & quidem non inconvenienter, *Rex* appellitatur, *lib. 1. Feudor. tit. 26. princ. & lib. 2. Feud. tit. 54.* & passim in Sachsen- und Schwaben-Spiegel. & in Goldasti *Constitut. Imperial.* Limn. *dict. lib. 2. de jur. publ. cap. 1. num. 29. & 36. & tom. 4. de jur. publ. ad d. num. 29.* Reinkingk. *de reg sec. & eccl. lib 1. class. 2. cap. 7. num. 64.* adde Barbos. Bechtold. & Speidel. *in Syllog.* verb. *Rex*, & *Regnum*. & Molin. *tract. 2. de Just. & Jur. disp. 21. 22. & mult. seqq.* Multi enim titulo *Ducis Principis vel Regis* contenti, nihil in vocabulo interesse arbitrantur dummodò eodem jure & imperio rerum potestatem teneant, Dn. Limn. *ad dict. lib. 2. de notit. Regn. Franc. dict. cap. 1. lit. dd & tom. 4 jur. publ. pag. 200.* Derivationes nominis *Regii* lege ap. eundem. *tom. 1. lib. 2. cap. 1. n. 39. & seqq. & tom. 4. ibid.* Quæritur hîc, repetendo ea, quæ ex Limnæo *suprà* §. 2. *num. 1.* adducta, *An nomen Regium Imperatorio postponendum?* quod affirmatur à *Dn Limn.* per ea, quæ *ibidem locis cit.* leguntur, ubi dicitur, *Imperatoris* titulum *Regio* hodiè venerabiliorem esse. De *Regum* ingeniis legatur Sprengeri *Tacit. axiomat. lib. 1. cap. 46. pag. 176. & cap. 49. pag. 178.*

## §. 4.

Non *Regis* tamen, sed *Principis* nomine constitutam esse *Romanorum* secundam Monarchiam, & ab interitû quasi renovatam, atq; denuò compositam ordinatamq; laudant Prudentes. Tacit. *lib. 1. An. cap. 9. v. 5. Augustus enim cuncta discordiis civilibus fessa, nomine Principis sub imperium accepit*, Tacit. *dict. lib. 1. An. cap. 1. num. 3.* Quod *Principis* nomen non solùm *Imperatori*, sed etiam omnibus Regibus, Civitatibus liberis, aliisq; superiorem non recognoscentibus competit; Carol. Tap. *ad rubr. ff. de Constit. Princ. cap. 1. num. 9.* Ungepaur. *disp. de Principe. Resp. Georg. Laurent.* Parßmayer. *Altorff.* 1631. Carpzov. *in omnibus Indic.* verb. *Princeps.* Rectè autem sensit Clapmar. *6. Arcan. 6.* quod hanc artem *Augusti* in eodem censu arcanorum & simulacrorum Aristocraticorum posuit, in quem Dn. & Præc. m. Johann. Henric. Bœcler. (quem in nostr. *h. diatribâ* sæpius quidem citamus, nunquam autem pro merito dignè satis laudare valemus) retulit illa, *in comm.*

*ad*

*ad Tac. lib.1. An. cap.2. annot. polit.8. & cap.3. annot.8. & cap.7. annot.3.* Nihil enim aliud quæsitum est, quàm ut sub civili & citra libertatis præjudicium semper usurpatâ appellatione, mutatio Reipubl. minus invidiosa esset apud *Senatum populumq;*, imò ut sub imagine veteris status, nova imperii forma lateret. Usitatum quippe erat in libera Republ. *Principis* nomen, de eminentia & excellentia virtutis, meritorum, nobilitatis, dignitatis, opulentiæ: ità ut *Principes* sui ordinis, suæ civitatis, Reipubl. dicerentur, qui illis nominibus antestarent. Præsertim autem *Princeps Senatus* dicebatur, qui primus in *Senatum* lectus erat. Hic cæteros omnes, etiam extraordinarios magistratus, anteibat dignitate, non potestate aliqua: idque per arcanum Aristocraticæ auctoritatis. προέφερε τῶν ἄλλων ἀξιώματι, ου μὴν καὶ δυνάμει ἐχρῆτο τινὶ, verba sunt Zonaræ *tom.7. annal.pag. 29.* vide *suprà tit.* 1. § 9. & plura apud Dn. Bœcler. *dict. comment. ad Tacit. An. dict. lib.1. cap.9. dict. annot.7. pag.*159. Petr. Anton. de Petra *in tract. de potestat. Princip.* eam duplicem facit, Ordinariam, de quâ *cap.2.* & nos *supr. tit.3.* §. 9. & extraordinariam, seu, absolutam, de quâ *cap.3.* & nos *dict. tit. 3.* §. 10. de potestate *Principis* in genere, scripsimus etiam *suprà titul.5.* §. 2. adde Arismin. Tepat. *decis. tit.* 48. & Carol. Tap. *de Constit. Princip. cap.1.* Nominis *Principis* in Jure nostro sæpè fit mentio, *l.3. C. de LL. & Constit. Princ. l. 1. ff. de Constit. Princ.* § *6. Instit. de jur. nat. gent. & civ. l.31. ff. de LL. l.43. princ. ff. de vulg & pup. subst. l.7. Cod. de his qui à non domin. manum.* & aliis centum in locis: ut & in *Aur. Bull. Carol. IV. cap. 29. in princ.* atque hunc titulum *Principis* adhuc hodiè, inter reliquos Imperatoris titulos, ut mox § *seq.* videbimus, in usu esse certo certius est, Limn. *lib.4. de jur. publ. c. 2. per tot.* adde Barbos. Bechtold. & Speidel. *Syllog.* verb. *Princeps.* Bernegger. *de Princip.* Resp. Joh. Bapt. Schvvopio. 1630. & Resp. Samuel. Iselino. 1631. De *Turcæ, Moschi, Tartari, Marocci, &c.* titulis agit Dn. Limn. *in jur. publ. tom. 4. pag.* 198. *& seqq. & tom. 5. lib. 2. cap. 1. pag. 3. & seq.* & in *notit. Regn. Franc. lib.2 cap.1.*

§. 5.

Sed & *Imperatores* nostri aliis insuper titulis votivis & cognominibus, quæ honoris & boni ominis causâ illis in inaugurationibus acclamantur ac attribuuntur, condecorari solent, Dn. Locamer. p. m. *not. ad proœm. Instit. in inscription. lit. d.* Borcholten, *comment. ad Instit. rubric. ante proœm. n. 3.* Rittershus. *comment. ad Instit. proœm. pag.5.* in quæ, *præsenti* modò *paragrapho*, superficialiter tantum, digitum intendere animus est. Quoniam verò nostrum hodiè *Augustum* LEOPOLDUM, titulo *Serenissimi, Potentissimi, Invictissimiq; Principis ac Domini, Domini* LEOPOLDI *I. Romanorum Imperatoris semper Augusti, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ ac Sclavoniæ, &c.*

*Regis, Archiducis Austriæ, Ducis Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Wirtenbergæ, &c. Comitis Tirolis, &c. Domini nostri supremi atq; clementissimi, &c.* devenerari solemus, quo certè honoris ac devotionis titulo, & prædicato, & si quid amplius, nostro quidem simplici judicio, suo & Majorum suorum optimo in patriam merito ipsum dignissimum esse censemus: ideò elogiorum ejus ordo talis esto.

I. Primò, *Serenissimus & Nobilissimus, Inclytus & gloriosus*, appellatur. Sereni dicti *Imperatores*, & serenitas *Augustorum*, Symmach. *epist. 3. in auct.* Serenitati vestræ gratias agam, *epist. 22.* ad comitatum vestræ serenitatis, *l. imperialis. 23. §. similes. 4.* ibi, *etsi non Serenissimi Principi supplicaverint. C. de nupt.* Nobilissimus vocatur, *in l. 3. ff. de natal. rest.* ex eo enim omnis nobilitas fluit, & in eundem refluit, tanquam flumina de mari & in mare, Bald. *in c. un. §. judices. de pac. juram. firm.* Præpos. *in c. un. quæ sint Regal.* Besold. *Synops. Pol. lib. 1. cap. 2. thes. 63. & cap. 16. thes. 7.* Reinkingk. *de reg. sec. & eccl. lib. 1. class. 5. cap. 6. num. 75. & 76.* Carpzov. *comment. ad L. Reg. German. cap. 3. sect. 13. n. 3.* Inclytus, *in inscript. ad proœm. Instit.* Gloriosus, *Novell. 134. in inscript.* Gloriosissimns; ità eum appellat Pontifex, *in inscript. l. inter claras. C. de summ. Trinit.*

II. Vocatur secundò, *Felix, Potens, Victor seu Invictissimus, Triumphator.* Prosper. Aquitan. *in lib. de Provident.*

*Felices dici mos est, quos blanda potestas,*
*In summas apices summorum evexit honorum.*

videatur *inscript. ad d. proœm. Instit.* nec non *inscript. ad dict. Novell. 134.* ut & *inscript. ad l. 1. C. de offic. præfect. Prætor. Afric. & inscript. ad l. 3. C. de vet. jur. enucl. & inscript. ad Constit. de Justin. Cod. confirm.* Suetonius *in Tiber. cap. 17.* scribit: Tiberium invictum à Senatu cognominatum fuisse: cui titulo Cuspinianus *in Austria pag. 16.* reponit; Cùm solus sit Deus invictus, homines tantæ fragilitati obnoxios ac debiles, cupere invictissimos appellari. Quid autem sit *triumphare*, ostendit Borcholten *comment. ad Instit. Rubric. num. 3. pag. 4.*

III. Appellatur tertiò, *Dominus*, & quidem optimo maximo jure, juxta *l. pen. ff. ad L. Rhod. de iactu. & l. 3. ff. de his. quæ in testam. del.* idque nomen sibi primus *Caligula* (diademate, quæ candida fascia erat, Alexand. ab Alexandro *lib. 1. genial. dier. cap. 38.* capiti imposito) vindicasse dicitur, Sext. Aurel. Victor. *in Caligul. pag. 601. Imperator Octav. Augustus* verò, ut maledictum & opprobrium semper exhorruit, Sueton. *in Aug. cap. 53.* nec non *Tiberius*, à quodam *Dominus* indigitatus, rogavit, ne se contumeliæ causâ ulteriùs ità appellaret, Sueton. *in Tiber. cap.* & Tacitus *Annal. 2, 87, 2. Alexander* Seve-

*Severus* quoque, *Dominum* appellari ſe vetuit, Lamprid. *in Alexandro Sever. pag.* 331. *Carolus M.* gubernatorem ſe duntaxat appellavit, Münſterus *lib.* 3. *Cosmogr. ſub tit. de Germania, fol.* 749. *cap. Oſnabrugi.* *An verò Imperator Dominus Mundi ſit?* Trita eſt quæſtio: ad quam à ſequentibus *JCtis & Politicis* (Paurmeiſter, quem Hippolithus à Lapide hominem *Imperatoris* Majeſtati in omnibus deditiſſimum appellitat, *lib.* 2. *de Jurisd. Imperii Rom. cap.* 1. *n.* 20. Matth. Stephan. *lib.* 2. *de jurisdict. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 48. *& ſeqq.* Reinkingk. *de reg. ſec. & eccl. lib.* 1. *claß.* 3. *cap.* 13. Limn. *lib.* 2. *de jur. publ. cap.* 8. Beſold. *de jurisdict. Imperii Roman. cap.* 6. Bacchov. *ad Treutler. vol.* 1. *diſp.* 3. *theſ.* 7. *lit. c. pag.* 121. *& vol.* 2. *diſp.* 32. *theſ.* 1. *lit. b. pag.* 1223. Jacob. Gothofr. ὑπόμνημ. *ad l.* Ἀξίωσις, ſeu *l. deprecatio.* 9. *ff. de L. Rhod. de jact. cap.* 7. *pag.* 32. Carpzov. *ad L. Reg. Germ. cap.* 7. *ſect.* 4.) abundantes congeſtæ ſunt reſponſiones; quorum quidam ſimpliciter affirmant, ut *Paurmeiſterus & Stephani*; quidam in negativam abeunt, ut *Beſoldus & Bachovius*; reliqui verò, ut *Reinkingk, Limnæus, Jac. Gothofredus & Carpzovius*, in diſtinctionem & reſtrictionem quandam inclinant. Omnes autem ſuos habent aſſeclas.

(1.) Affirmantes ſua fundamenta ponunt, *in d. l. pen. ff. ad L. Rhod. de jact. Conſtit. de Juſtin. Cod. confirm. princ. Nov.* 105. *cap.* 2. *in f. l. benè à Zenone. verſ. qui enim. C. de quadrien. præſcript. l. ſed Divus.* 6. § *eſt autem*, ibi, *univerſo orbi. ff. de excuſat. l.* 1. *pr. C. de rapt. virgin. §. ſed noſtra Conſtitutio.* 3. *Inſt, de ſucceß. libertor. l.* 13. *pr. Cod. de judic.* adde Jaſon. *in l.* 1. *num.* 6. *C. de ſumm. Trinit.* Hinc Bartol. *in l. hoſtes. ff. de captiv. & poſtlimin. reverſ.* dicit, contrarium dicentem hæreticum eſſe, propter dictum illud *Luc. cap.* 2. *verſ.* 1. & hoc qui negat, peccat mortaliter, Hoſtienſ. *in c. venerabilem. extr. de electione.* Limn. *dict. lib.* 2. *de jur. publ. cap.* 8. *num.* 2. *&* 3. infinita veterum & noſtrorum teſtimonia adducit: adde porrò Daniel. Otton. *differt. de jur. publ. Imper. cap.* 6. *pag.* 108. Carpzov. *comment. ad L. R. Germ. d. cap.* 7. *ſect.* 4. *num.* 10. *& ſeqq.* Joach. Cluten, *Syllog. rer. quotid. theſ.* 1. 3. 9. 10. Myler. *delin. de Princ. & Stat. Imper. cap.* 6. *num.* 6. *&c.* Anton. Gabriel. Roman. *commun. opin. lib.* 5. *tit. de acquir. rer. domin. concl.* 3. Jac. Gothofredus *d.* ὑπόμνημ. *ad l.* Ἀξίωσις, ſeu *l. deprecatio.* 9. *ff. ad L. Rhod. de jact. capp.* 5. 6. 12. *&* 13. extendit hoc Orbis dominium tàm ad continentem, quàm ad mare. Hinc etiam inter ſacra Imperii κειμήλια globus præfulget aureus, veluti teſſera, *Imperatorem* noſtrum mundi *Dominum* olim fuiſſe, hodieque ipſo jure eſſe, Petr. de Andlo *lib.* 2. *de Imperio Rom. cap.* 6. *pag.* 77. ibique Marquard. Freher. *not. pag.* 183. de quo pomo ità ſcribit Godefredus Viterbienſis:

*Aureus ille globus, pomum vel palla vocatur,*
*Unde figuratum mundum geſtare putatur,*

*Quando coronatur, palla ferenda datur.*
*Significat mundum forma perhibere rotundum,*
*Intus habet plenum terrestre pondere fundum,*
*Quem tenet arcanum palla ferenda manus.*
*Hæc fuit ex terris mundi collecta quaternis,*
*Ut foret Imperii manibus gestanda supernis,*
*Hâc tulit Imperium Julius arte suum.*
*Taliter hunc mundum gestat manus una rotundum,*
*Regius includit sic omnia climata pugnus,*
*Taliter omne quod est regia pompa tenet.*

(2.) Inter negantes Besoldus, agmen ducit, qui *in dict. discurs. de jurisdict. Imperii Rom. dict. cap. 6.* eas provincias, quæ nunquam in potestatem *Romanorum* pervenerunt, ipso jure ad eos pertinuisse unquam, dictu absonum videri scribit. Jure gentium enim introductum est, ut gentes sint discretæ, & plura existant regna, *arg. l. 5. ff. de just. & jur.* Ut unum universaleque Imperium sit in mundo, juri naturæ repugnat. Humanum superat captum, unum hominem universum regere orbem. *Deus* quidem *Opt. Max.* singulari providentiâ uni interdum Imperio multa subjicit regna, illoque Imperio magno utitur veluti flagello; sed *Deum* voluisse, ut regno semper uni se subjiciat Orbis universus, nemo probare posse videtur. Absonum dici quoque videtur, quicquid hic vel alter orbis complectitur, *Romani* quondam *Imperii* fasces fuisse complexum. Sed nec eæ gentes, quæ *Romanis* olim paruerunt, adhuc hodiè omnes *Imperatorem Roman.* de jure pro *Domino* ac superiori recognoscere debent: *Deus* enim transfert regna de gente in gentem, etiam interdum contra regulas juris humani. *Deus Opt. Max. Cananæos* olim vicinasque gentes prædæ *Judæorum* exposuit, judicio justo: hoc eodem jure *Gothi* aliiqui *Barbari* partem *Imperii Romani* maximam occupaverunt: nec arma *Romana* semper justa fuerunt: neque ideò ægrè ferre debent iidem, si vel gentes ab iis devictæ recuperent libertatem, vel aliæ gentes liberæ adimant *Imperio Romano* provincias jure belli. Cùm naturale sit, aliquid eo jure dissolvi, quo est colligatum, & ità ferat conditio rerum humanarum, ut non sint in uno eodemque statu semper, sed perpetuæ commutationi obnoxiæ existant, ut crescant & decrescant, nunc stent, nunc cadant. Insuper etiam hoc subjungit Besold. *ibid.* eas nationes, quæ ab immemoriali tempore sibi libertatem adversus *Imperium Romanum* asseruerunt, nunc eam jure opt. max. possidere: quamvis enim contra Rempubl. & jus publicum, nullam præscriptionem locum habere dicant nostri

JCti,

*JCti.* per *l. 6. C. de præscript. 30. annor.* & per *cap. 12. de præscript.* id tamen locum non habet in Reipubl. conversione, & ubi quis se pro exemplo, omni ex parte gerit, &c. Cum quibus *Besoldianis* consentit Bachov. ad Treutler. *vol.1. disp.3. thes.7. lit.c. pag.121. & vol.2. disp.32. thes.1. lit. b. pag. 1223.* nec non Hermann. Conring. in *libro* elegantiss. & doctiss. de *Germanor. Imperio Roman. cap. 5.* quo, jura recuperandi provincias amissas *Occidentalis Imperii*, non superfuisse *Romanis*, eo tempore, quo *Carolum M. Cæsarem* dixerunt, demonstrat. Plures negativæ rationes traduntur à Reinkingk. *dict. lib.1. cl.3. cap.13. à num.9.* &c. Limn. *d. lib.2. cap.8. num.7. & seqq.* Carpzov. *dict. cap.7. sect.4. num. 19. &c. & n. 27. &c.* quibus adde Chassan. *in catalog. glor. mund. part. 5. consider.28. per tot.* Hippolith. à Lapid. *de ration. Stat. Imperii Romani Germ. per tot.* Daniel. Otton. *de jur. publ. Imperii, d. cap.6. pag.110.* Aliquam *Italiæ* partem, *Germaniæ* verò pleraque, *Imperii Romani* nomine hodiè usurpari, quique Summus est sive *Princeps*, sive *Rex Germaniæ* atque *Italiæ*, eundem & *Cæsarem* audire, nemo est qui nesciat, id quod etiam hâc *primâ* hujus tituli *parte* nonnihil demonstratum putamus. Cùm enim *Imperio Romano* totum terrarum orbem nunquam fuisse comprehensum, ex modò dictis appareat, insuperq; ex Herman. Conring. *d. libro de Germanor. Imperio Romano cap.2.* planius id & clarius reddatur, *tertio* quoq; *capite ibid.* demonstretur; nullo olim jure ad *Romanos* Imperium totius orbis pertinuisse: ideò multò minus hodiè *Augustus* noster dominium sibi totius mundi, ut proprium, attribuere poterit, quoniam *Romanum Imperium*, exiguâ *Italiæ* parte exceptâ, possessione totius penè Occidentis, antequam dignitas ejus ad *Carolum Magnum* est delatâ, excidisse; præterq; illud modò adstructum Dominium, aliud nullum ad *Francos* cum Cæsareo titulo, & aliis quibusdam dignitatibus, devenisse: ac ab Imperio *Caroli M.* usq; ad *Ottonis M.* Imperium, ne quidem *Italiam Longobardicam*, aut *Germaniam*, multò minus alias *provincias Transalpinas*, fuisse partes *Imperii Romani* habitas: sed in *Ottone M.* per Cæsareum titulum *Germaniam* accepisse Imperium aliquod summum ac perpetuum in urbem *Romam*, *Papam*, ac *Patrimonium Ecclesiæ Romanæ*: præterq; illud Imperium, & qui hinc sequitur primatum, nihil neq; dominii, neq; juris à *Romanis Germaniam* accepisse, ex eodem Conringio *dict. lib. capp. 4. 8. 9. 10. 11.* liquidum est. Maxima quidem *Germaniæ* pars, ut diximus, actu adhuc hodiè Imperio subjecta est, sed non tota, *Borussia* actu ad Imperium non pertinet, non *Belgium*, non *Helvetia*, *&c. Gallia Celtica*, prout à Cluverio describitur, *Introduct. Geograph. lib.1. cap.11.* tota *Regi Galliæ* paret. *Italiæ* verò vix decima pars, ac ne vix quidem ea, actu imperio subjecta est. Leonh. Wurfbain. *in relation. histor. 3. part. 5. 6. 7. 8. & 9.* Nicol. Myler. *in delin. de Princ. Stat. Imp. capp. 7. 8.*

(3.) Qui rem diſtinctione expedivêre, atque generalitatem illam ad Orbem Romanum, h. e. qui Romano ſubeſt Imperio, reſtrinxêre, & univerſales iſtas locutiones non ſimpliciter, ſed ſynecdochicè (ità, ut *totus mundus*, & ſimiles dictiones, pro majore *mundi* parte, non quidem per ſe, ſed contemplatione Rerumpubl. & Regnorum aliorum, intelligantur) explicavêre, mediam & tutiſſimam amplexi ſunt viam: Sunt autem iſti: Reinkingk. *de regim. ſecul. & eccl. d. lib.* 1. *claß.* 3. *cap.* 13. *à num.* 14. *& ſeqq.* Limn. *dict. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 21. *&c. & tom.* 4. *de jur. publ. pag.* 242. nec non ad *Aur. Bull. cap.* 2. §. 3. *obſerv.* 4. *&* 5. *pag.* 221. Jac. Gothofr. *ad d. l. pen. ff. de L. Rhod. de jact. cap.* 7. *pag.* 32. Carpzov. *ad L. Reg. Germ. cap.* 7. *ſect.* 4. *num.* 30. *& ſeqq.* quibus & nos cum Molina, *tract. de Juſtit. & Jur. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 30. & Georgio Theodor. Dieterich *in not. ad Aur. Bull. cap.* 2. §. *præſtito. pag.* 27. & Jac. Lampad. *de Republ. Romano. German. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 4. *pag.* 156. & Otton. *diſſert. de jur. publ. Imperii. cap.* 6. *pag.* 111. aliisq; *ibid.* allegatis adſtipulamur. Perſuaſum enim omninò habemus, *Antoninum, in d. l.* Ἀξίωσις. 9. *ff. ad L. Rhod. de jact. Dominum Mundi* ſeſe vocare, non hyperbole quâdam, neque orbem terrarum, totus quantus is eſt, hîc accipiendum, quæ alioquin affaniæ ſunt & intemperiæ quorundam *Interpretum*; verùm propriè & limitatè ad Orbem Romanum per Synecdochen integri. Quomodo & in *S. S. Scripturâ* paſſim *Mundi* appellatio latitudine quâdam Oeconomicâ effertur: quia ſcil. *Rom. Imperium* latiſſimè diffuſum, *Mundi*, & *Orbis*, & οἰκουμένης, i. e. *terræ habitabilis* appellatione Veteres deſignavêre, utpote quòd *Imperium Romanum* ambitu ſuo Orbem illum complectebatur. Perperam verò, imò ſtolidè, id hodiè traheretur ad eas Provincias Regnaque, quæ vel *Imperii Romani* nunquam fuerunt, vel certè, extincto jam veteri *Imperio Romano*, in propria Regna Ditionesq; abierunt ſeu conſurrexerunt. In quâ alioquin quæſtione verſantur, ut inani labore, ità pravâ ambitione aliquam multi, ex eâ tamen hæc reſultat quæſtio hiſtorica: *Quorum in poteſtate fuerint, ante Imperium Carolinum, Occidentalis Imperii reliquiæ?* Utiliſſima ſanè quæſtio, & jucunda pariter & Cardinalitio nomine digna; verùm cùm de eâdem Conringius *dict. libro de German. Imper. Rom. cap.* 6. latè; ideò (ne furtum feciſſe videamur) Benevolos Lectores ad laudatum modò Autorem hujus quæſtionis remittimus, &, quia Hiſtorica ſunt meta, ex ſequentibus partim titulis, quantum ad ſcopum noſtrum, nonnulla poterunt inveniri: ubi tamen hoc ἐπιφώνημα, quo Herman. Conring. *dict. cap.* 6. claudit, haud prætereundum: *Minus* (ait) *liquet, an non omni ejus temporis intervallo* (à rebellione ſcilicet illâ ſolenni adverſus *Leonem Iſaurum*, usque ad *Carolum M.*) *ſaltem comis quadam reverentia Cæſarum Romæ remanſerit. Certè ſigna ſubjectionis in hiſtoriis antiquis nulla comparent. Reverentiâ tamen quâdam inductos*

*abſti-*

*abstinuisse Romanos ab Imperatore creando est verosimile. Verum huic ut incerto pro se quisque vel adhibeat, vel adimat fidem.* De quo temporis intervallo, præter *Conringium*, legantur etiam Carpzov. *in comment in L. Reg. Germ. cap.* 1. *sect.* 8. *num.* 24. *& seqq. & cap.* 7. *sect.* 6. Christoph. Adam. Rupert. *in observat. ad Besold. Synops. Histor. minor. cap.* 15. *pag.* 591. Joh. Cluver. *in Histor. epitom. pag.* 425. *& seqq.* & Leonhard. Wurfbain, *in dict. relat. histor.* 3. *part.* 2. *pag.* 7. *& seqq. &c.* Quomodo verò *Carolus M. ab anno* 750. *& seqq.* & post eum alii *Imperatores* deficiens Occidentale Imperium recuperaverint, multæque posteà provinciæ & totæ regiones rursum ab eo defecerint, & quæ tandem remanserint reliquiæ; latè docet & enarrat modò nominatus cum laude Leonh. Wurfbain. *in dict. relat. histor.* 3. *per tot.* Utut verò hæc ità sese habeant, & quamvis *Imperator* non integræ Europæ, multò minus Asiæ, Africæ & Americæ, minimè autem totius terrarum Orbis *Dominus* propriè sit, titulo tamen *Domini* nihilominus eum dignissimum esse meritò judicamus: jam enim diu est, cùm κυρίε seu *Domini* appellatio, olim quidem, ut diximus, odiosa & ab *Imperatoribus* nonnullis spreta, his hoc tempore tribui cœpit, non quasi index παμβασιλείας, solutæque potestatis omnibus Legum repagulis, verùm ceu titulus dominationis & imperii, Dn. Jac. Gothofred. *ad d. l. pen. ff. de L. Rhod. de jact. cap.* 13. *pag.* 60. indignante licet Hippolitho à Lapide, nomenque *Domini* invido premente calamo, qui *part.* 1. *de rat. stat. cap.* 18. periniquè & malevolè scribit: *Domini nomen adhuc Imperatori tribuitur, cum tamen reipsâ, nihil minus, quàm Dominus sit, mansitque Imperatori hoc vestigium, & quasi umbra quædam antiquæ potestatis:* Item *nominetenus Imperator Dominus est, sed reverà eundem esse Dominum multi negant:* Et porrò, *caput quoque Imperii rectè dicitur Imperator, non ejusmodi verò caput, cujus cerebrum, pro arbitrio suo, reliqua corporis membra gubernare queat, sed quia primus ac præcipuus in Imperio Princeps est, &c.* add. *supr. tit.* 4. §. 4. *in f.*

IV. Nominatur etiam *Romanorum Imperator*, & *Romano-Germanus*, Conring. *dict. libro, de German. Imperio Roman. cap.* 12. *& capp.* 7. *&* 10. Limn. *lib.* 1. *de jur. publ. cap.* 4. *& cap.* 7. *num.* 10. *& lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 7. *& annotam. ad proœm. Capitul. Caroli V.* verb. Ertzhertzog zu Oesterreich. *pag.* 66. & verb. Römischen Reichs. *pag.* 100. Reinkingk. *de reg. sec. & eccl. lib.* 1. *class.* 2. *cap.* 3. Besold. *de jurisd. Imperii Rom. capp.* 2. 3. 4. 5. Quemadmodum enim Hermann. Conring. *dict. cap.* 7. per Imperatorium titulum *Carolo M.* collatum, Dominium *Romæ* & omnis Patrimonii *S. Petri* hereditarium esse, ac *dict. cap.* 10. *& cap.* 13. in *Ottone Magno* per Cæsareum titulum *Germaniam* accepisse Imperium aliquod summum perpetuum in Orbem *Romam*, Papam, ac Patrimonium Ecclesiæ Romanæ, illaque jura etiamnum hodiè ad *Germaniam* pertinere, egregiâ industriâ demonstravit; Ità à Dn. Limn. *ad dict.*

*proœm.* verb. Römischen Reichs. *à num.* 44. *& seq. Francos* Imperium in urbem *Romam à Populo Romano* accepisse, per distincta quædam capita probatum, Grotiumque (qui *lib.* 2. *de jur. bell. ac pac. cap.* 9. *num.* 11. translationem & surrogationem Imperii *Germanorum* in *Romanorum* locum, quod mirari liceat, planè negat) masculè refutatum legimus, *ibidem à num.* 90. *& seqq.* Reinkingk. verò *dict. cap.* 3. sex relevantes adducit rationes. (1.) à duratione quartæ Monarchiæ. (2) à denominatione. (3.) ab insigniis. (4.) ab origine. (5.) & (6.) à translatione. Besoldus tandem *dict. discurs. de jurisdict. Imperii Romani. cap.* 2. Imperium Romanum quartam Monarchiam esse, & *cap.* 3. Monarchiam Romano-Germanicam usque ad extremum diem duraturam, & *cap.* 4. Aquilam Imperii Romani signum adhuc hodiè esse, & *cap.* 5. Imperium Romanum non sub, vel à Papâ esse, clarè demonstrat. *Imperium Romanum* verò quartam Monarchiam esse negat, ut omnia alia ad ejus dignitatem & splendorem facientia, Hippolith. à Lapid. *de rat. stat. part.* 1. *cap.* 18.

V. Maximè, porrò, *Semper-Augustus, Sacer, Pius & Pater Patriæ* vocatur, de quibus nominibus *suprà tit.* 3. §. 5. *num.* 2. ibi, *septimò*, ex *Dione* quædam annotavimus: &, quòd nomen *Augusti Octavianus* (secundus Imperator) à *Senatu Romano* Primus obtinuerit, attestatur Limnæus etiam noster, *lib.* 2. *de jur. publ. cap.* 1. *num.* 32. cujus nominis mentionem quoque facit S. S. Scriptura apud Evangelist. *Luc cap.* 2. *vers.* 1. ubi *glossa Vinmariens.* expresse secundum *Romanorum* Imperatorem denotat. Significationem hujus nominis præbet etiam Limnæus noster *dict. lib. & cap. num.* 33. ex Dion. *lib.* 53. *pag.* 507. *&* §. *fin. Institut. de Usucap* ubi *Augustus venerabilis*, & Novell. 134. *in inscription.* ubi *colendus Augustus* dicitur, quasi diceretur venerabilis, venerabilis, & colendus venerabilis. Laurent. Valla *de donatione Constantini apud Schardi: in Syntagm. tr. de Imper. jurisdict. pag.* 423. *a.* scribit: *Augustus* est quasi sacer, ab auctu, vel ab avium gestu gustuque dictus, quæ in auspiciis adhibentur: quod confirmat etiam Suetonius *in August. cap.* 7. ibique Dn. Bernegger. *not. à lit. m. & seqq. usque ad lit. s. Alexander Severus* (referente Ælio Lampridio *in ejus vit pag.* 337.) ait: *Augustus primus est auctor Imperii, & in ejus nomen omnes, velut quâdam adoptione, aut jure hereditario succedimus.* Nos *Germani* (inquit iterum Limn. *ibidem num.* 34.) sequimur opinionem magis communem, sed certè minus veram, quasi *Augustus* sit dictus ab augendo Imperio, quod denotamus verbis: Allezeit Mehrer deß Reichs. imò Bernegger. *in not. ad Sueton. in August. dict. cap.* 7. *lit. q.* veram putat esse hanc opinionem, adde Borcholten *Comment. ad Institut. titulum, num.* 8. & Carpzov. *ad L. Reg. German. cap.* 4. *sect.* 5. *num.* 2. *& seqq.* & Dn. Jac. Gothofr. *ad l. pen. ff. de L. Rhod. de jact. cap.* 6. *pag.* 26. Rittershus.
*comment.*

*Comment. ad Instit. procem. pag. 6.* & Georg. Theodor. Dieterich *not. ad Aur. Bull. prooem.* ibi: *Semper. Augustus, pag. 6.* ubi singulariter observandum, quòd Goldast. *in Rational. Constitut Imper. pag. 65.* vocabulum, τὸ *Semper*, rejiciat, Limn. verò *dict. lib. & cap num. 31.* benè cum nomine *Augusti* illud connectendum arbitretur. Titulo *Sacri, Pii, Sancti, Divi, Religiosi, Christiani, &c.* utitur, non quòd hâc ratione Deo, quod ipsius proprium est, impiè eripere velit, ut pessimè colligit Bodinus *de Republ. lib. 1. cap. ult. num. 113. & lib. 2. cap. 6. num. 125.* sed ut potius seipsum officii sui admoneat *Imperator*, cum Dei minister sit, Dei vicem in terris gerat, *auth. habita C. ne fil. pro patr. l. 1. & 2. in pr. C. de off. Praef. Praetor.* Dn. Limn. *lib. 2. de jur. publ. cap. 6. num. 10. & seqq.* *Imperator* itaque jure atque meritò est, & dici debet *Sanctissimus*, quia *Juris Civilis* conditor atque conservator. Est verò sanctissima civilis sapientia, *l. 1. §. 5. ff. de var. & extraordin. cognit.* hinc *Imperatoris Constitutiones* appellatae, sacra oracula, *l. 5. C. si contr. jus vel utilit. publ.* & sacri affatus. *l. 6. C. de divers. rescr.* ità videtur Goldasto *in Rational. Constit. Imper. pag. 29.* vide *supr. tit. 2. § 4. post med.* Ut verò *Imperator* noster *Augustus* & *Sacer* dicitur: Sic eàdem ratione *Imperium Sacrum* vocatur: Dn. Limn. *lib. 1. de jur. publ. cap. 7. num. 1. & seqq. & annotam. ad Prooem. Capitulat. Caroli V.* verb. Deß Heiligen. De abusu verò hujus nominis *Sancti*, vide eundem Limn. *ad dict. Capitul. Caroli V. art. 1* verb. Heiligkeit. *num. 5. & seqq. pag. 132.* & ad *Aur. Bull. cap. 2 §. 2. observ. 26. pag. 218.* Sicut etiam *Imperator* noster *Semper. Augustus* appellatur, quod in veterum *inscriptionibus litera A.* denotat: ità nonnulli per literas *P P. Patrem Patriae* intelligunt, quod cognomen *Cicero* primus meruit, conjuratione *Catilinariâ* detectâ, & urbe incendio liberatâ, Appian. *lib. 2. de bell. civil. lib. 7. cap. 30.* Posteà hoc cognomen civitas universa *Augusto* detulit, & cùm primùm prae modestiâ id non reciperet, posteà rursus per *Valerium Messalam* cunctis id mandantibus, ei delatum est, Sueton. *in August. cap. 58.* adde *supr. tit. 3. §. 5. n. 2.* adde Rittershus. *dict. comment. ad Inst. prooem. pag. 5.*

VI. Sexto denique & ultimo loco, *Imperatorem* nostrum *Clementem, mansuetum, tranquillum, optimum* (Dn. Limn. *dict. lib. 2. de jur. publ. c. 6. n. 5. & 6.*) ut & *clementissimum* (Reinkingk. *lib. 1. de reg. secul. & eccles. class. 2. cap. 2. num. 82.*) salutamus: quia, qui potestatem superioritatis habent, ejusmodi titulis donantur, *Luc. cap. 22. vers 25.* quod etiam *Recess. Imperii passim* confirmant. Electores in *Regem Romanorum* eligere debent hominem bonum, *Aur. Bull. cap. 2. §. 1.* Caeterùm, cui boni viri encomion competat, docet Dn. Limn. *ad Aur. Bull. dict. cap. & §. observ. 10. pag. 194. & § 2. observat. 14. pag. 212.* Hippolithus à Lapide verò *in saep. dict. dissertat. de ration. stat. part. 1. cap. 3.* ejusmodi nomina vili pendet: *Haec curialia*, dicens: *Si intra verborum termi-*

*terminos maneant, ut manere debent, nihil in effectu aut Imperio detrahunt potestatis, aut Imperatori largiuntur*: Et porrò *dict. part.1. cap.18. sceptra quidem, regale solium, pretiosissimæ vestes, corona, &c. imaginem Regiæ Majestatis habent, rem non habent*: Nec non paulò post *eod. cap.18. ex titulorum splendore de Majestate judicandum non est; nam quò plus alieni servatur honoris, eò plus sæpè adimitur potestatis*: Sed hæc, & ejusmodi plura, personati illius Hippolithi, meram sapiunt ejus invidiam & hostilitatem, de quâ *alibi*.

Coronidem priorem imponendo, ex Hermann. Conring. *dict. lib. de Germanorum Imperio Romano c.12. pag.106.* & Dn. Limn. *annotam. ad procem. Capitul. Caroli V.* verb. Ertzhertzog zu Oesterreich/ *num. 9. & seqq. pag. 67.* observare & annotare hìc liceat, quod, translato Imperio in *Germanos*, non una & constans semper titulorum forma fuerit.

Quibus ex Cyriaci Lentuli *Augusto, supr. tit.3. §. 10. sæpiùs citato*, posterioris coronidis loco, trigam quæstionum adhuc annectere liceat, (1.) *An Romanum Imperium omnium tempore Augusti fuerit eminentissimum? pag. 336.* (2.) *Romani, an Germani, bello superiores fuerint? pag.338.* (3.) *An virtute veteri bellicâ exciderint Germani? pag.340.*

## Parte II. *de Romanorum Rege, ejusq; circa Constitutiones Imperii faciendas potestate, agitur.*

### §. 6.

Quibus hoc *Regis Romanorum* nomen attribuatur, *suprà tit.4. §. 5. ex Limnæo, Reinkingio, & Carpzovio*, parumper ostensum: quibus, ex abundanti, jungantur iterùm Dn. Limn. *d. annot. ad Capitul. Maximil. II. pag. 494. & seqq. & ad Capit. Rudolphi II. art.32. pag.526. & ad A. B. cap.1. §.1. obs. 5. pag.61.* Matth. Steph. *lib. 2. de jurisdict. part. 1. cap. 2.* Besold. *in tract. posth. jur. publ. part.3. cap.2.* Dn. Locamer. p. m. *not. ad Instit. Procem. lit. a.* ubi dicit, quòd, si *Imperator Cæsar* conjunctis nominibus vocatur, idem sit, ac *Imperator* simpliciter; ubi verò *Imperator & Cæsar* sibi invicem opponuntur, *Imperator* sit, qui rerum potitur, *Cæsar* autem is, quem nos hodiè *Romanorum Regem* appellamus. Reinkingk. *lib. 1. de reg. sec. & eccles. class.3. cap.14. num.2.* Carpzov. *comment. ad L. R. Germ. cap.11. sect.4. num. 2. & 3. & num. 13.* Limn. *d. l.2. de jur. publ. cap.15. num.4.* Dan. Otto *in dissert. de jur. publ. Imper. cap.15. pag.517.* Quis autem primùm usus titulo Römischer König/ vide ap. Limn. *dict. lib.2. jur. publ. cap.1. num.29. & dict. cap.15. num.13. & 14.* & quòd vivo

adhuc Imperatori rectè adjungatur, Reinkingk *d. lib. 1. claß. 3. cap. 14. n. 22. & seqq.* Limn. *d. lib. 2. cap. 15. num. 17. & seqq.* Carpzov. *dict. cap. 11. sect. 3. & disput. feudal. 2. quæst. 3.* Besold. *lib. 3. de succeß. regn. dissert. 3.* monstrant. Post latam *Aureæ Bullæ Legem* (licet in illâ totâ ne verbo quidem ullo, *Regis Romanorum*, qui vivente *Imperatore* eligi potest, mentionem fieri, Limn. noster *d. lib. 2. de jur. publ. cap. 15. num. 22. & 23. & in annotam. ad proœm. Capitulat. Ferdinandi I.* verb. mit folgender Genehmhaltung/ *num. 15. & seqq. pag. 429. & seqq. & tom. 5. jur. publ. ad d. lib. 2. cap. 15. num. 23. pag. 77. & seqq. & ad Aur. Bull. cap. 1. §. 1. observ. 3. pag. 59.* Contra Arumæum & Carpzovium, *de Leg. Reg. Germ. cap. 11. sect. 3. num. 19. 20. & 21.* firmiter statuat) *Reges Romanorum Imperatoribus* adjuncti sunt, *Wenceslaus, Maximilianus I. Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus II. Ferdinandus III. Ferdinandus IV.* Cœterùm, nostræ hîc indaginis est, *An Rex Roman. æquè ac Imperator, Constitutiones Imperii generales condere & rogare poßit?* Multi cum Reinkingk. *lib. 1. de reg. sec. & eccl. claß. 3. cap. 14. num. 58.* & Dn. Limn. *dict. lib. 2. cap. 15. num. 38. & seqq. & tom. 4. jur. publ. d. lib. cap. & num. & tom. 5. ibid.* affirmant, eâ moti ratione, quòd ex *Ferdinandi I.* variis rescriptis & declarationibus, compluribusque *Recessuum Imperii* locis constet, ejusmodi verba inserta esse: Und für uns selbst unser gnädiger Befehl: Dn. Limn. *ad art. 2. Capit. Ferdin. I.* verb. Auch für uns selbst. *pag. 471.* adeoque *Regem Romanorum*, non Imperatoriâ solùm, verùm propriâ etiam auctoritate, Imperium regere & Jura Imperatoria exercere. Negantium fundamenta (inter quos sunt Dan. Otto *dissert. de jur. publ. Imperii, dict. cap. 15. pag. 524.* Carpzov. *ad Leg. Reg. Germ. cap. 11. sect. 5. per tot. & disput. feud. 3. quæst. 2.* Stamler. *de reservat. Imperaroris §. fin. num. 3.*) consistunt in *Capitulat. Maximil. II. artic. 15. & Rudolphi II. artic. 32. & Ferdin. III. art. 49. & Ferdin. IV. artic. 47.* quibus tamen Limn. *dict. tom. 5. dict. lib. cap. num. pag. 81. &c.* egregiè & masculè occurrit. Magna quidem est differentia inter *Imperatorem & Regem Romanorum*, ut videre est apud Limn. *d. l. 2. cap. 15. num. 46. & ad proœm. Capitul. Caroli V.* verb. Römischer König/ *pag. 52. & Capitulat. Maximil. II. dict. pag. 494. & seqq. & ad Aur. Bull. d. cap. 1. §. 1. observ. 5.* Reinkingk. *d. lib. 1. claß. 3. cap. 14. num. pen. & ult.* Carpzov. *dict. cap. 11. sect. 4. & disp. feudal. 3. quæst. 1.* eam tamen differentiam non realem, sed nominalem tantùm esse, Limn. *ad Capitul. Caroli V. dict. pag. 52. & ad Aur. Bull. d. cap. 1. §. 1. observat. 5. pag. 61. & cap. 2. pag. 228. & 231.* sæpius demonstrat. Nos affirmantium opinioni accedimus, eâ tamen cum restrictione, quam, quoad hodiernum Imperii statum, *supra tit. 3. § 9. num. 1. circa fin. & supra h. tit. 8. §. 1. circ. fin.* indicavimus: quòd scil. in ordinationibus & Constitutionibus faciendis consensus & approbatio Statuum Imperii, necessariò & de essentiâ requiratur. Benevolos Lectores ad *Recessus*

*Imperii* remittimus, quibus insertæ sunt aliquot *Sanctiones Pragmaticæ*, sive *Constitutiones Imperiales*, quas *Maximilianus I.* sub nomine & titulo *Regis Romanorum*, & Status Imperii communes, publicè observandas proposuêre, ut inter alias der Königliche Land-Fried/ &c. & quas *Ferdinandus I.* ut *Rex Romanorum*, vivo adhuc *Carolo V. Imperatore*, cum Principibus & Statibus Imperii in publicis Comitiis promulgavit, ut sunt *Receß. Imperii, August.* 1555. *Receß. Imperii, Ratubon.* 1557. *& Receß. Imperii, Spir.* 1557.

## *Pars* III. *de Vicariis, eorumque jure & facultate sanctiones condendi Pragmaticas.*

### §. 7.

De Vicariis Imperii (de quibus, præter Reinkingk. *lib.* 1. *claß.* 4. *cap.* 4. Limn. *lib.* 3. *de jur. publ. cap.* 12. *& annotam. ad Capitulat. Caroli V. art.* 3. verb. Pfaltz und Sachsen/ & ad *Aur. Bull. cap.* 1. *&* 2. Carpzov. *comment. ad L. Reg. Germ. cap.* 11 *sect.* 12. *& seqq. & disput. feud. quæst.* 1. *&* 2. Besold. *tract. posth. de jur. publ. part.* 3. *cap.* 1. *& thesaur. pract.* verb. *Vicarii* deß Reichs. *& lib* 3. *de succeß. regn. dissert.* 4. Christoph. Gevvold. *comment. de Elector. c.* 11. *pag.* 768. Dan. Otto *dissert. de jure publ. cap.* 16. Joh. Henr. Stamler. *de reservat. Imper. d. §. ult.* omnes ii Authores, qui in *Auream Caroli IV. Bullam*, & quidem ad *caput ejusdem quintum* commentati sunt; quos Dn. Limn. *ad Aur. Bull. observ. prælim.* 6. *pag.* 21. recenset) majus occurrit dubium. Illos enim *Leges Imperii* universales ferre posse exinde videtur; quod eandem habeant potestatem, omniaque illa possint, quæ ipse *Imperator*, cujus vices gerunt; quòd *Imperator* quædam duntaxat iis prohibuerit, & specialiter sibi reservaverit, reliqua non prohibita, nec reservata, permiserit, cùm prohibitio & exclusio unius inducat permissionem & inclusionem aliorum; Carpzov. *ad Leg. Reg. German. dict. cap.* 11. *sect.* 15. *num.* 26. *& seqq.* Quòd *Imperator* vel *Ordines*, si Vicariis Comitia indicendi, & in iis conclusa, (quæ *Constitutiones Imperiales*, sive *Recessus Imperii* vocari solent) promulgandi concedere noluissent, specialiter id excipere debuissent; Limn. *ad Aur. Bull. cap.* 5. §. 2. *observat.* 13. *num.* 6. *pag.* 284. quòd Vicarius generalis omnia facere possit, quæ Principalis, nisi quæ inveniuntur ei prohibita; & per authoritates & rationes plures, quas vide apud Gerlac. Buxtorff. *dissertat. ad Aur. Bull. cap.* 5. *conclus.* 71. *pag.* 328. Verum contrarium, quod scil. *Constitutiones Imperii* facere Vicariis minimè competat, sequentibus evinci potest rationibus: (1.) quòd, sicut

ſicnt mandatatii poteſtas ex literis mandati, *l. diligenter. 5. ff. mandati.* ità & Vicarii ex literis Vicariatus oritur & dependet, cum nec mandati fines excedere, nec commiſſionem ad alia diverſa extendere liceat. (2.) quòd *in Aur. Bull. cap. 5.* quædam exprimantur, ut, *poteſtas judicia exercendi, &c.* quorundam autem expreſſio & incluſio reliquorum excluſio eſt, *l. maritus.* 19. C. *de procur.* (3.) quòd ſpeciali quorundam conceſſione opus non fuiſſet, ſi Legislator omnia illis indulgere voluiſſet. (4.) quòd nulla generalis commiſſio, vel clauſula (ſub quâ reliqua non expreſſa comprehendi queant) *in Aur. Bull. dict. cap. 5.* ullibi adjecta ſit. (5.) quòd hæc *Aur. Bull. dict. cap. 5.* Conſtitutio ſpecialiſſima ſit, Dn. Limn. *d. lib. 3. de jur. publ. cap. 12. num. 83. & tom. 4. ibid. pag. 367.* nec non *tom. 5. ibid. pag. 226. & ſeqq.* (6.) quòd nulla in *Receß. Imp.* ſub authoritate & nomine Vicariorum *Conſtitutio Imperialis* reperiatur. (7.) quòd jus & facultas *Receſſum Imperii* erigendi, ſive, Legem publicam ſanciendi, ad Reſervata *Imperatoris* generalia pertineat, Stamler. *de reſervat. Imper. §. 27. 28. & plurib. ſeqq.* Vicarii autem ad reſervata Principi generalia manum admovere nequeant, Stamler. *ibidem dict. §. ult. qui eſt §. 65. d. num. 3.* & Gerlac. Buxtorff. *d. diſſertat. ad Aur. Bull. dict. cap. 5. dict. concl. 71. pag. 327. & concl. 72. pag. 330. & concl. 74. pag. 332.* Cæterùm de Vicariorum origine notandum: Eos olim fuiſſe, qui *Imperatorem* eligebant; id quod ex Guntheri *Ligurin. lib. 1. pag. 17.* conſtat;


*Francorum Proceres, quos inclyta robora Regni,*
*Et validas nunquam pudeat dixiſſe columnas,*
*In manibus veſtris Regnum eſt, ea quippe poteſtas*
*Ad vos more ſuo ſemper viduata recurrit.*

De Vicariis particularibus antiquis legantur Limn. *d. lib. 3. de jur. publ. c. 12. num. 7. 8. & 9. & ad A. B. c. 5. §. 2. obſerv. 9. 10. & 11.* & Carpzov. *ad d. Leg. Reg. Germ. cap. 11. ſect. 12. num. 9. 10. 11. & 12.* quo tempore verò hoc jus Vicariatus ad *Palatinum* & *Saxonem* Electores pervenerit, ſatis expeditum non eſt: Limn. *d. lib. 3 cap. 12. num. 30.* Hiſtoricorum hîc notavit deſidiam, quæ in ſcripta relatis levioribus nonnullis, ea, quæ gravioris armaturæ erant immaturo transmiſit ſilentio. Jam ante *Aur. Bull.* Vicariatum ad *Palatinum* pertinuiſſe, ex iis conſtat, quæ Carpzov. *d. cap. 11. ſect. 12. num. 17. & ſeqq.* tradit: adde Limn. *ad A. B. cap. 5. §. 1. obſervat. 6. pag. 267.* *Saxonem* verò *Palatino* in Vicariatu, per *Auream Bullam* demùm, adæquatum fuiſſe, *ibidem d. ſect. 12. num. 26. & ſeqq. ad fin.* docetur; adde iterum Limn. *ad A. B. dict. c. 5. §. 2. obſerv. 2. & 3. pag. 279.*

Porrò in maximam hîc veniunt conſiderationem tria hujus ſeculi Interregna.

In quorum primo, de controversiâ, ratione Vicariatus, inter *Palatinum* & *Bavarum*, sequentia edita sunt scripta. Von deß H. Röm. Reichs Chur-Pfaltz zustehendem Vicariat kurtzer Bericht/ zu Heidelberg in Gotthard Vögelins Truckerey/ 1614. kurtzes Gegenbedencken und Bericht/ von der Churfürstl. Pfaltz Vicariats-Gerechtigkeit/ 1614. Rettung deß Chur-Pfältzischen Vicariats, wider das Bayrische Gegenbedencken und Bericht/ zu Heidelberg in Gotthard Vögelins Truckerey/ 1615. Widerlegung Heidelbergischer Rettung deß Chur-Pfältzischen Vicariats, getruckt zu Ingolstadt in der Ederischen Truckerey/ 1615. ad quæ scripta nos remittimus. Causa hujus controversiæ erat, Interregnum hujus seculi primum, quinq; mensium, à morte scil. *Rudolphi II.* (quæ incidit *in* 10. *Jan.* 1612.) ad Electionem *Matthiæ* (qui 13. *Jun. eod. anno* electus) cujus Interregni & Vicariatus mentio fit, in Johann Ludwig Gottfrids Historischer Chronick/ nach Außtheilung der vier Monarchien/ von Anfang der Welt/ biß auff das Jahr 1619. im achten Theil/ *pag.* 1133. Alterum hujus seculi Interregnum incidit in *ann.* 1619. à *Matthiæ* obitu, usq; ad *Ferdinandi II.* electionem, id est, à 10. *Mart.* usq; ad 18. *August.* itidem quinq; mensium: sed in hoc Interregno, ratione Vicariatus nulla erant diffidia inter *Bavarum* & *Palatinum*, majoribus æmulationibus ea impedientibus: vide Autorem *Epitom. Rer. Germ. anno* 1619. *pag.* 13. In tertio Interregno, controversia, inter ejusdem familiæ prædictas lineas, jam olim sub nata, recrudescens, eò majores discordiarum scintillas evomuit, quò pluribus duraverat mensibus, à mense scil. *Aprili*, 1657. usq; ad mens. *Jul.* 1658. quæ mora hujus Interregni longior, ut assolet, magnis rerum periculis obnoxia fuit; Besold. *lib.* 3. *de success. R. diss.* 4. aliis prætereà maloris momenti accedentibus causis ac fomentis; de quibus judicare insuper sedemus. Cujus quidem rei gratiâ Celeberrimorum *Jctorum, Marquardi Freheri & Christophori Gewoldi*, eruditissima jam olim edita scripta, de *Electoratu Palatino*, ejusq; annexis juribus, multorum desideriis frustrà hactenus expetita, *Norimbergæ*, operâ ac studio *Endterorum*, *anno* 1657. publici rursus juris facta sunt: ad quæ Benevolos Lectores ablegamus. Extra hæc, ab ipsis partibus, quorum interest, sequentia *Monachii* & *Heidelbergæ*, annis abhinc proximis 1657. & 1658. typis impressa & publicata vidimus: Heidelbergischen summarischen Bericht: Chur-Bayrischen Gegenbericht: Chur-Pfältzische Ableinung: Chur-Bayrische fernere Anzeig: Chur-Pfältzische Abfertigung: Endliche Chur-Bayrische Ableinung. Quorum hinc inde rationes tangit parumper Georg. Theodor. Dieterich *in not. ad Aur. Bull. d. tit. vel cap.* 5. ibi, *Palatini privilegii, pag.* 38. 39. 40. Dn. Limn. verò noster, *ad idem cap.* 5. *A. B.* §. 1. *observ.* 5. *pag.* 265. *&c.* & §. 2. *observ.* 12. *pag.* 283. in compendiolum quasi contrahit.

Alii tandem commissâ à *Principe* Legis Constitutione, non nisi ejus authoritate & nomine constituere possunt, *argum. l. 1. & l. fin. Cod. de LL.* Bachov. *ad Treutler. disput. 1. thes. ult. lit. b.* Reinkingk. *lib. 1. class. 2. cap. 2. num. 121.* Enenckel. *lib. 1. de Privileg. cap. 4. num. 22.*




# TITULUS IX.

## DE PRIMA EPOCHA IMPERATORUM.

### *Parte I. Seculum hujus Epochæ primum continetur.*

### §. 1.



ANtequam ad subjectum, objectum, & reliquas *Constitutionum* causas perveniamus, Cæsarum Catalogum, singulorumque præcipuas *Constitutiones*, quas fecêre, recensebimus; quod nî fiat, Lectorem ἐν σκότῳ ῥέμβεσθαι, hoc est, *in tenebris repere* necesse est. Non enim quispiam sinceram earum cognitionem assequi speret, qui non cujusque ævi historiam animo priùs complexus fuerit, causasque (nam ea demum ἐπιστήμη est) ex cujusq; *Constitutionis* momentis collegerit & expenderit: id verò quia haud æquè semper fit, sed veteres aviæ de pulmone revelluntur; hinc illæ jam impolitiæ, quib⁹ solemnium maximè *Constitutionum*, quæ ad jus publicum spectant, interpretationes scatent; hinc inexplicabilium & inenodabilium quæstionum voragines, unde emergere adeò arduum; hinc sententiarũ, velut inter dissidentes, conflictus, è quibus haud facilius sese quisquam, quàm è tricis Tellenis expediat. Econtrà, qui ad singularum *Constitutionum* περιστάσεις, causasq; & origines, ducente historiæ lumine, curâ suâ assurgunt, & ἐξήγησιν πολιτικὴν instituunt, eorum haud brevior modò faciliorque interpretatio est, verum etiam felicior cautiorq; ad usum & praxin propositasq; quæstiones applicatio: quod utiq; per-

necess-

necessarium est; cum enim jus publicum illud sit, quod statum *Rei Romanæ* spectat, singulæq; adeò juris publici *Constitutiones* περιστατικοὶ fermè sint, imò πρόσκαιροι, quas circumstantiarum temporisq; necessitas, statusq; *Rei Romanæ* extorsêre, ideò assiduâ *Constitutionum Romanorum* triturâ (quod à felicissimis quibusdam ingeniis, inter quæ Dn. & Præc. m. Jac. Gothofred. *p. m. in discurs. histor. ad l. quisquis. C. ad L. Jul. Majest.* & alibi, factum) procedendum, ut plerarumque vera fundamenta teneantur, indeque de earum ad casus emergentes applicatione minùs dubitetur, quam modò laudatus Dn. Gothofr. *in dict. discurs. cap. 1. pag.* 4. certissimam Juris Legumque *obrussam* vocat. Eruuntur autem hæ, sive causæ, sive origines historicæ, partim ex *Constitutionum* Inscriptionibus, partim ex earum subscriptionibus: quæ duo subsidia (quorum altero *Imperatoris*, seu *Legislatoris*, altero *temporis locique* notitia rescifcitur) sedulò spectanda nobis veniunt. Ac prima quidem de *Authore* seu *Legislatore* inspectio, non, ut vulgò creditur, nudæ tantum curiositatis est, verùm eò pertinet, ut ex Authoris posteà moribus, Imperiique, cui is præfuit, statu, non inanis conjectura duci possit de causis Historicis & Politicis propositæ alicujus Constitutionis. Contrà, hæc inquisitio insuper habita gravissimos errores parere solet. Ergo Auctorem propositæ alicujus *Constitutionis* teneri probè, plurimùm interest. Quâ quidem parte proclive est, de cujusque *Constitutionis* Auctore judicium, quoties videlicet ea unius tantùm *Imperatoris* nomen præfert: etenim anxius sæpè labor incurrit, ubi duorum pluriumvè *Imperatorum* nomina, *Constitutionum* inscriptionibus indita reperiuntur: moris quippe olim erat, ut cùm plures eodem tempore divisis Imperii partibus imperarent, atque adeò quàmlibet ab uno tantùm *Imperatore* reverà scripta *Constitutio* esset, ex æquo tamen omnium nomina præferret: quem morem, qui sive nesciunt, sive minus attendunt, omnibus eam accepto ferre perperam solent. Quanto denique historicæ veritatis detrimento constet hujus rei ignorantia, testes esse possunt, vel *Valentiniani III. Novellæ*, *Theodosianis* permixtæ, & utriusque nomina præferentes, quas si quis *Theodosio* tribueret, in Historiæ veritatem graviter peccaturus esset, quod jam norunt notaruntque harum rerum periti, maximè autem sæpiùs laudatus Dn. & Præc. m. piæ mem. Jac. Gothofr. *in d. discurs. historic. ad l. quisquis. C. ad L. Jul. Majest. cap. 3.*

Alterum subsidium est *Æra Temporis* seu *Consulatus* subscriptus. Regulariter scilicet omnis Historiæ portio de temporis adnotatione fidem meretur, contrà, de fide nulla non periclitari solet, quæcunque certo temporis characterismo destituitur: deniq; temporis adnotatio est, veluti λύχνος ἐπὶ λυχνίας: κἂν τοῦτο ἀνέλῃς, ἀνεῖλες τὸ φῶς, καὶ πάντα σκότους καὶ πολλῆς ἐνέπλησεν ταραχῆς, quod Chrysostomus *Homil. 2. de Osia, ibi, vidi Dominum, circa finem,*

*tomo*

*tomo Saviliano, 5. pag.*137. dicebat, i. e. *instar candelæ supra candelabrum: quod si tollas, & lumen sustuleris, omniaque tenebrarum & confusionis plena feceris*: & porrò, καθάπερ ὅροι καὶ στῆλαι ἐν τοῖς ἀγροῖς τὰς ἀρούρας οὐκ ἐῶσι συγχεῖσθαι; οὕτως οἱ χρόνοι καὶ οἱ καιροὶ τὰ πράγματα οὐκ ἐῶσιν ἀλλήλοις συμπίπτειν; ἀλλὰ διείργοντες ἀπ' ἀλλήλων αὐτὰ, καὶ κατὰ τὴν προσήκουσαν ἕκαστα διατιθέντες τάξιν, πολλῆ ἀπαλλάττουσιν ἡμᾶς ταραχῆς. id est: *Quemadmodum termini finesque in agris fundos misceri non patiuntur: ità & tempora res invicem confundi non sinunt: verùm ab invicem ea separantia, & secundum debitum ordinem ea disponentia, magnâ confusione nos liberant.* Atque, ut cæteroquin characterismus temporis varium usum habet, in *Constitutionibus* sanè plurimum confert, ad falsas earum causas, quæ afferri possunt, refutandas, vice versa ad veras eruendas. Jac. Gothofr. *dict. cap.* 3. Gaudent. *de Justinian. seculi moribus, præfat. ad Lector.* Nos ergò, quoad subjectam materiam emedullandam, Epochas quatuor secundæ Romanorum Monarchiæ, constituere, & circa quamlibet in cujusque Legislatoris (1.) Chronologia. (2.) Juris & justitiæ administratione, seu Constitutionibus principalioribus, & (3.) Memorabilibus, quæ rationem status quodammodo respiciunt, digito quasi, indicandis, consistere, nec ultrà progredi decrevimus.

## §. 2.

I. Secundæ *Romanorum* Monarchiæ initium ab *Augusto* sumi, non ignoramus, ut patet ex iis, quæ suprà *tit.* 3. §. 1. *num.* 2. & §. 5. *num.* 2. *in fin.* tradidimus. Agmen tamen hîc ducat *Cajus Julius Cæsar* Petr. de Andlo *lib.* 1. *de Imperio Romano-Germ. cap.* 7. ibiq; *Marq. Freheri not.* natus *anno Mundi* 3850. *urbis conditæ* 653. 4. *Id. quintil. C. Mario, & L. Valerio Flacco Coss.* qui mensis post ejus mortem *Lege Antonia Julius* est eâ de causa dictus: à quo *Romani Imperatores* deinceps numerabuntur: accuratè enim loquendo, *de Jul. Cæsare & Augusto* dici potest, quod Justinus de *Philippo Macedone & Alexandro M. lib.* 9. *cap.* 8. *vers.* 21. judicat: *Orbis Imperii fundamenta pater jecit, operis totius gloriam filius consummavit, supr. tit.* 3. §. 5. *num.* 1. *in fin.* Incidit autem illius sive Imperium, sive Dictatura perpetua, sive quodcunque aliud regimen vel potestas, in *annum Mundi* 3902. 13. *Calend. Sextil. Urbis conditæ* 705. *ante Christum natum* 46. Ille verò *anno mundi* 3907. *urbis conditæ* 710. & *ante Christ. nat.* 42. *idibus Martii* in Curiâ *Pompeji* viginti tribus vulneribus Confossus periit. Flor. *lib.* 4. *cap.* 2. *v.* 95. Sueton. *in vit. Cæsar. cap.* 82. Valent. Forster. *histor. jur. lib.* 1. *cap.* 28. *n.* 54.

II. Quas *C. Julius Cæsar Leges & Constitutiones* tulerit, recenset non solum Suetonius Tranquillus *in vit. Cæsar. cap.* 20. & 42. & 43. sed etiam Jac. Labit-

Labittus, aliique *in indic. jur. p.* 500. *& seqq.* nec non Valent. Forster. *d. lib.* 1. *histor. jur. civil. Rom. cap.* 29. appellanturque *Leges Juliæ*, vide *suprà tit.* 1. §. 7. *num.* 3. *in fin.* Sunt autem potissimùm sequentes. *Lex de annona. Lex de sacerdotiis. Lex de fœnore. Lex de libertatibus. Lex agraria. Lex repetundarum. Lex sumtuaria. Lex de vicesima. Lex Caducaria. Lex Theatralis. Lex de veneno. Lex Titia de tutoribus. Lex Plautia de usucapionibus. Lex Majestatis. Lex de adulteriis. Lex de vi publica & privata. Lex peculatus. Lex de ambitu. Lex de residuis. Lex de maritandis ordinibus. Lex de bonis cedendis. Lex de provinciis. Lex judiciaria. Lex de legibus Cæsaris. Lex de calonius*, aliæque, de quibus Brisson. *in Lexic.* verb. *Juliæ Leges*, & Francisc. Hotomann. *de Legib. Roman.* verb. *Julia*.

III. Cæterum de segnitie Patrum, & *C. Julii Cæsaris* prudentiâ, ambitione, calliditate & artibus, quibus ad Imperium grassatus est, præter *Suetonium*, Dionem Cassium *in lib.* 42. 43. 44. & Plutarchum *in tom.* 1. *pag.* 707. legantur etiam Heinsius *in oration.* 17. *p.* 225. *& seqq.* & Dn. & Præcept. m. Johann. Henr. Bœcler. *in dissertat. polit. ad vitam Cæsaris Suetonianam*, ubi in plerisque valdè perstringitur. Laudatur verò plurimùm & maximè defenditur à Christoph. Adamo Ruperto *in observat. ad Besoldi Synops. histor. minor. cap.* 14. *pag.* 272. *& seqq.* Quemadmodum (inquit Heinsius *d. orat.* 17. *pag.* 227.) è pulsa ac venarum Medici momentis, de salute ægri judicare solent; ità de Republ. ejusque valetudine, ex ambitione singulorum judicandum est, quam in isto homine, aut monstro potius, ut *Tullius* de eo loqui solet, maximam fuisse constat. Qui brevius, aut alio instituto *Jul. Cæsarem* vel laudant vel vituperant, eorum nomina nihil attinet huc conducere: cum nulla ætas in hunc diem fuerit, quæ vel in celebrandâ, vel in denigrandâ *Cæsaris* famâ incuriosam se præberet.

*Cæsar, ad Imperium civili sanguine partum*
*Venisti, famulasq; manus fortuna tetendit*
*Ipsa tibi, cessit tellus, & jussibus æquor*
*Paruit omne tuis, verùm invidiosa potestas,*
*Et suspectus honos, adimunt civilibus armis*
*Imperium, vitamq; tibi, formidine regni.*

## §. 3.

I. Natus est *Augustus* (teste Suetonio *in ejus vitâ cap.* 5.) *Cicerone & Antonio Coss.* 9. *Kal. Octobr. anno Mundi* 3900. *urbis conditæ*, 690. *ante Christum natum* 61. regione *Palatii, ad Capita bubula*: ubi nunc *Sacrarium* habet, ali-

quantò

quantò pòst quàm excessit constitutum. In *annotat.* Dn. Bœcleri *ad Vell. Patercul. lib.2. cap. 86. num. 1. & Comment. ad lib. 1. An. Tacit. cap. 2. annot. 9. & cap. 10. annot. 2.* exactissimè initium veræ Monarchiæ *Romanæ* ad *Augustum* refertur, Valent. Forster. *histor. jur. dict. lib.1. cap.32.* idque 4. *Non. Sept. anno Mundi* 3934. *anno urbis conditæ* 724. *ante Christum natum* 27. quo tempore *Actiaca victoria* parta, contigisse, *suprà tit.3 §.5. n.2. in fin.* dictum fuit. Sed è Christoph. Adami Ruperti *observationib. ad histor. univers. Synops. Besold. minor. cap.14. pag.276.* & Dn.Bœcleri *Histor. univers. secul 1. in chronolog.* notabis triplex esse initium *Augusti*: quidem numerant à primo Consulatu, qui ipsi mense *Sextili* (quem è suo cognomine *Augustum* nuncupavit, Dn. Bernegg. *not. ad Suet. August. cap. 31. lit. L.*) *anno urbis cond.* 711. obtigit, Sueton. *in Aug. cap.26.* & Dio *lib.46.* quidam à Triumviratu: quidam à pugnâ *Actiacâ.* Omninò autem (ut diximus) à pugnâ *Actiacâ* numerandi sunt ejus anni. (videatur tamen etiam Hippolith. à Lapid *de rat. stat. in Imper. n. part.1. c.18. pag.312.* qui initium quartæ Monarchiæ à *Judâ Maccabæo* facit,) Auctor ejus Epochæ est *Dio Cassius*, qui tradit, post illam victoriam Rempublicam recidisse in Statum Monarchicum: & post Dionem, judiciosissimus Scriptor, & Dione longè superior, Herodian. *lib. 1. cap. 1.* ibique *not. Bœclerian.* verb. ἐξ ὅτερ ἡ Ῥωμαίων δυναστεία μετέπεσεν εἰς μοναρχίαν. *p.* 363. Secuta quies, magna vereque augusta, & quietis amor, rarum in tanta felicitate bellandi decus, talis Status decebat Imperium, in quo Pacis Princeps *Christus Jesus* nascitu-rus esset, de quâ quiete magnificè admodum loquitur Flor. 4, 12, 64. ubi de *Jano Gemino seu Quirino* adde Sueton. *August. cap.22.* ibique Dn. Bernegg. & Rupert. *observat. ad Besold. Syn. Histor. min. d. cap. 14. pag. 276.* Monarchiæ quippe ab *Augusto* inceptæ maximum adjecit decus NATIVITAS CHRISTI nostri & totius mundi Redemptoris, *Luc. 2. vers. 1.* quæ incidit in *annum urbis conditæ* 750. quo *Christum* natum esse, peritissimorum Historicorum & Chronologorum consensu traditum est, & quo Consulatum gesserunt *L. Cornel. Lentulus, & M. Valerius Messalinus Cotta.* Hîc incipit hodierna, quâ nos, *Dei* beneficio, *Christiani* utimur, Epocha. Obiit in cubiculo eodem, quo pater *Octavius*: duobus *Sextis, Pompeio & Appuleio Coss.* 14. *Cal. Septemb. horâ diei nonâ, anno Mundi* 3976. *urbis conditæ* 766. *Christi nati* 14. *septuagesimo & sexto ætatis anno, diebus quinque & triginta minus*, ut Suetonius *in ejus vitâ cap.*100. Tacit. *lib 1. An. cap. 9. v. 2.* & Dio Cassius *lib. histor. 56. pag.* 590. testantur, adde Dn. & Præc. m. piæ mem. Bernegger. *not. ad Sueton. August. cap.31. v.2. lit. (o.)*

II. Leges retractavit, & quasdam ex integro sanxit: ut *sumtuariam*, & de *adulteriis*, & de *pudicitia*, & de *ambitu*, & de *maritandis ordinibus.* Sueton. *in vit. August. capp. 33. 34.* ibique *Dn. Bernegg. p. m.* ubi *lit. a. cap.* 34. dicit; quòd

quòd inter retractatas, h. e. emendatas, & reductas ab eo Leges *Josephus Scaliger Legem Corneliam de Sicariis* quoque posuerit, quam intelligi volebat hoc Ovidii versu, *Fast.*2.140. ubi est antithesis *Romuli* cum *Augusto*:

*Tu recipis luco: repulit ille nefas.*

Cæterùm Leges ab *Octaviano Cæsare* latæ videantur in Jac. Labitti, Ant. Augustini & Wolffg. Freymonii *Indic. Jur. pag.*508. *& seqq. Augusti* mentionem faciunt *JCti* in *Pandectis*, in Legibus sequentibus, *l.* 9. *ad L. Rhod. l.* 2. *ad SCt. Vellei. l.* 14. *de manumiß. l.* 21. *de manumiß. vindic. l.* 23. *de liberal. caus. l.* 8. *de quæst. l.*1. *de cadaver. punit. l.*12. *de re milit.* §.1. *Inst. quib. non est permiß. fac. testam.* §. 1. *& fin. Inst. de fideicomm. hered.* §.1. *Inst. de Codicill.* §. *antepen. Inst. de adopt.* Sæpius dictus Valentinus Forsterus *histor. jur. civil. Rom. lib* 1. *cap.*31. *à n* 6. *usq, ad n.* 29. non solùm decem Juris Civilis LL. sive *Constitutiones*, verùm & alias decem de maleficiis (*à d. num.* 29. *ad fin. capitis.*) ab eodem quoque latas recenset, adde Dion. Cassium, *lib.* 54. *pag.* 531. Quemadmodum verò C. *Jul. Cæsaris Constitutiones* appellabantur *Leges Juliæ*, §. *præced.* eodem modo & *Augusti-Constitutionibus* nomen *Augustarum-Legum* inditum est, Dio Cass. *dict. lib.*54. *pag.*528. quamvis etiam absque ullo discrimine utriusque LL. *Juliæ* appellitari soleant, Brisson. *in Lexico Juris*, verb. *Juliæ Leges*, utpote de eâdem plerumque materiâ agentes, cum & *Augustus* à C. *Jul. Cæsare* in idem nomen adoptatus fuerit.

III. Cum fortè Excellentissimus *Bœclerus* noster, de incomparabili Heroum triga, *Augusto, Constantino Magno, Carolo Magno*, sermonem instituerет; in horum tempora, *ajebat*, confluere maximarum rerum fata, eventus, consilia, mutationes publicas, imperiorum translationes, deniq; quandam quasi summam, quendam orbem civilis observationis ac prudentiæ, *præfat. ad Joh. Joach. Frantz. historiam Caroli M.* Inter quos Heroes *Augustus* profectò ille est, cui fata tantum nomen de ordinandâ in singularis imperii disciplinam Republicâ decreverant: cujus dotes & gesta si cum *Julio* comparemus, verè illud hic usurpabimus, quod §. *præc.* 2. *& supr. tit.* 3 § 5. *n.*1. *in fin.* ex Justini *lib.*9. *cap.*8. *v.*21. de *Philipp. Macedone* & *Alexandro M.* attigimus; quòd scil. tantis ingenii animique artibus Orbis Imperii fundamenta pater jecerit, operis totius gloriam filius consummaverit. Quæ res eò illustrioris notæ est, quò certiora divinæ cujusdam provisionis indicia prodit. Quis enim dubitet, altiore instinctu, & supra modum humanæ præsagiationis injectum *Cæsari* consilium, ut adoptaret eum, qui cœlesti quâdam fortunâ perfecturus esset, quicquid ipse vel cæperat, vel meditatus erat? Unde non *Alexandri* magis nativitas, quàm *Octavii* adoptio ad divina de condendis summis Imperiis consilia statim ab initio referenda est, Dn. Bœcler, *dissertat.*

*tat. polit. ad Sueton. August. thes.* 1. Quemadmodum autem fatales omnium Imperiorum periodos esse, partim ex Politicorum testimoniis, partim exemplis, tàm divinis quàm profanis corroborat Beatus Berneggerus, *quæst. miscell. ex Tacit. Germ.* 153.

*- - - - - - sic omnia verti*
*Cernimus, atq; alias assumere pondera gentes,*
*Concidere has - - - - - -*

Ovid. *in metam.* 15. 420. Ità *Augusti* tempore (Cyriac. Lentul. *in Augusto, sive Libello ad Tacit. lib.* 1. *An. capp.* 4. *priora, de convertenda in Monarchiam Republ.* per tot.) *Respublica Rom.* singulari fato, in Monarchiam conversa. Cujus, ut & aliorum Imperiorum, conversionis causæ (frustrà enim & non nisi empiricè, remedia tentant, qui causarum sunt ignari) à plurimis indagantur. Quarum causarum una est primaria; scil. Deus. Sanctus ille, sapientiaque divinâ præditus Propheta *Daniel* (quem, cum arcanissima quoque Dei mysteria revelare potuerit, minimè latuit, unde Rerumpubl. dependeat mutatio) *cap.* 2. *v.* 21. sic habet: *Deus transfert regna & constituit*: verba quidem sunt pauca, ast profectò ponderosissima, quibus junge ejusdem verba, *Dan.* 4. *v.* 29. *Is est, qui regna transfert, ut cognoscant viventes, quoniam dominatur excelsus in Regno hominum.* Et *Syrac. cap.* 10. *v.* 4. *Deus est, in cujus manu gubernatio politiarum, & Actor. cap.* 17 *v.* 26. *Ille definit terminos Imperiorum.* Ab ipso quippe veniunt terræ motus, inundationes, incendia, pestes, bella denique, & plurima alia, quæ non tantùm ad immutandas & affligendas, sed funditus atque radicitus etiam tollendas Respubl. satis superque sufficiunt, D Joh. Schmid Theolog. Argent. p. m. *conc.* 2. *&* 4. *ad Psalm.* 127. Besold. *Synops. Polit. lib.* 4. *cap. unic. thes.* 2. *&* 3. ibique *annotat. m.* Forstner. *not. Pol. ad Tac. An. lib.* 3. *pag.* 242. *& seqq.* Besold. πέντ *dissert. Philos. dissert.* 5. ubi *de Angellu Imperiorum.* Philipp. Carolus, Agnatus noster, *in animadvers. noviss. ad Q. Curt. de reb. gest. Alexandri M. lib.* 4. *animadv.* 7. *p.* 82.

Secundariæ mutationum causæ sunt plures, tàm Imperantium quàm subditorum respectu. *Primò* quidem, respectu Imperantium: quando ii nullum VERI DEI habere sensum, sed seipsos pro Diis colendos volunt: varias superstitionum formas pro dominatione inducunt: fidei ac perfidiæ in pactis & fœderibus præstantiam usu discernunt: Parentes regni æmulos, aut æmulationis insimulatas, necant: sævitiâ promiscuâ, sed maximè illustrium, vastitatem faciunt: Stupris, adulteriis, incestu potentiam roborant: pennas ità incidunt, ut renasci nequeant, remque omnem subditorum cum pulvisculo auferunt: Res Imperii abalienant, & quæ sunt publici juris, à corpore abstracta, privatis donant, vel exteris divendunt; Juris deniq; ima-

gine & exercendarum legum, excellentiſſimo cuique ingenio exitium ſtruunt, ut *ſupr. tit.3.* § 10. *num.* 3. quodammodo adumbravimus. Quæ omnia juſti & diuturni Imperii impedimenta, ſeu potius *ἀποῤῥιζόμενα* *Auguſtus* noſter à ſe procul removit, qui novum Imperium, ut novus Monarcha, prudentiſſimè & moderatiſſimè rexit, omnique virtutis & diſciplinæ genere ad firmitatem publicæ ſecuritatis excoluit, quod & ipſum, apud Prudentes, lenivit invidiam invaſionis, effecitque, ut diſtinguerent tempora & titulos: Quæ præter cæteras, potiſſima eſt ratio, quare *Auguſti* noſtri Principatus pro juſto habitus fuerit, Dn. Bœcler. *comment. ad Tacit. lib.*1. *An. cap.*10. *annot. polit.*2. *p.*188.

*Secundò*, reſpectu ſubditorum certum eſt (docente iterum Beato Berneggero *quæſt. miſcell. ex Tacit. Agric.* 212.) & ipſos, vel Principis, vel ſui ipſius reſpectu, Reipubl. converſionis cauſas eſſe: reſpectu Principis, cum rebus ſecundis elati, eum unà cum legibus contemnunt, nec debito honore afficiunt, ſed vel ex juſtis, vel ex levioribus cauſis odio proſequuntur: ſui autem ipſius reſpectu, quando actionum confuſionem & promiſcuam officiorum & perſonarum operationem introducunt, qua de re *Plato* inquit, ſi faber opera coriarii aggrediatur, vel coriarius fabri, vel inſtrumenta inter ſe commutent, aut præmia, aut ſi idem utraque exercere contendat, omniaque talia inter ſe permutentur, non commutationem hanc exiſtimas magnâ quâdam jacturâ afficere civitatem? cum impoſſibile ſit, ejusmodi confuſiones absque ſeditionibus eſſe, ſeditionum verò ac diſcordiarum exitus (uti *Cicero* dicebat) ſolet eſſe inter potentes ac claros viros aut univerſus interitus, aut victoris dominatus ac regimen. Beſold. *Synopſ. Polit. d. lib.* 4. *cap. un. per tot.* Diſcordiâ maximæ res pereunt, *Loc. m. moral.* tit. *diſcordia.* Reinkingk *lib.*1. *de reg. ſec. & eccl. claß.*2. *cap.*10. Huc accedit conſideratio ſtatus temporisque: eſt enim interdum is civitatis ſtatus, ut videatur niſi ſub libero unius imperio ſalvus eſſe non poſſe, quod de *Romana*, qualis erat *Auguſti* ætate, multis prudentibus viſum eſt, Grot. *lib.*1. *de jur. bell. & pac. cap.*3. *n.*8. Heinſ. *Orat.*14. *pag.*186. *& ſeq. & Orat.* 16. *pag.* 214. *& ſeq. & Orat.* 17. *pag.* 227. 229. 235. *& ſupr. tit.*1. §.9. Accuratius rem expendenti, cum unius rei plures poſſint eſſe cauſæ, patet, illam ſententiarum diverſitatem non eſſe tantam, ut non poſſint vel omnes, vel pleræque ſimul eſſe veræ. Cum verò hoc argumento nec difficilius quicquam ſit, nec varietate rerum judiciorumque fæcundius; ideo Lectores ad Beſold. *Synopſ. Polit. dict. lib.* 4. *cap. un.* Conring. *diſſert. Politic. de morbis ac mutationibus Rerumpublicarum*, Reſp. *Erneſto* von Wartensleben 1640. Georg. Braudlacht. *Juriſpr. publ. lib.*8. *c. ult.* Dn. Forſtner. *not. Polit. ad Tacit. Annal. lib.*3. *pag* 242. *& ſeqq. & lib.* 4. *pag.* 368. *& ſeqq. & paßim.* Mayer. *in delineat. de Princip. & Stat. Imperii. cap.*7. Reinkingk.

dict.

*dict. lib.1. de reg. sec. & eccl. claß.2. capp.* 8. 9. 10. Auctor. *Comitiolog. Ratisbon.* 1654. *part.* 4. *dissert.* 8. Lips. *Polit. lib.* 4. *cap.* 10. 11. & 12. Frideric. Tilemann. *de eversion. Rerumpubl.* Arnis. *Polit. lib.* 1. *cap.* 1. *pag.* 21. & *seqq.* & *lib.* 2. *cap.* 4. Grot. *de jur. bell. & pac. lib.* 2. *c.* 6. *num.* 3. & *c.* 9. Jac. Gothofr. *in orat. Achaica.* aliosque remittimus. Rejicimus tamen (cum Jo. Barclaio *in Argenid. lib.* 2. *à cap.* 68. *p.* 228 & *seqq.* Besold. *Syn. Polit. d. lib.* 4. *d. c. un. th.* 4. *seqq.* Bernegg. p. m. *d. quæst. miscell.* 153. Conring. *d. dissert. de morb. ac mutat. Rerump. thes. fin.* Dn. Bœclero nostro *in dissertation. polit. ad Sueton. Vitell. thes.* 11. & *seqq.* aliisque) hoc loco *Stoicum* sive *Chaldaicum* fatum, ut & superstitionis *Astrologicæ* opiniones *Ptolomæi, Gaurici, Leovitii* & aliorum, qui ex astrorum motu & syderum conversione planetarumque inter se aspectu ruinam Rerumpublicarum metiuntur. vide *Jer. c.* 10. *v.* 2. *Jes. c.* 47. *v.* 13. Deum verò irritant & impellunt hominum horrenda peccata, impietas & improbitas. Quid enim sulphur & ignem in *Sodomam* & *Gomorrham* à Cœlo devocavit? an maligna syderum & planetarum conjunctio: non sane. Quid ergo? Immanis vitæ turpitudo. *Genes* 19. quid diluvium totius mundi fecit? immanis celerum turpitudo. *Genes.* 6. & 7. Quid *Templum*, quid *Jerusalem* devastavit? certe populi turpitudo. *Ninivæ* triste & fatale funus minatur Deus: sed quæ causa? ipsius civitatis turpitudo. Summis verò precibus à Deo nobis contendendum est, ut servet regna ac protegat: & in illis Ecclesiæ suæ aliqua hospitia largiatur: ne doctrina de Filio Dei, & invocatio vera, honestæq; Leges & studia prorsus aboleantur. D. Joh. Schmid Theolog. Argentor. p. m. *dict. conc.* 2. & 4. *ad Psalm.* 127. & *omnib. concionib. ad Jesa. cap.* 48. *v.* 17. & *seqq. de Pacis conditionibus*, maximè autem, *conc.* 8. *per tot.*

*Solus habes aquila corvos laniante Triumvir,*
*Imperium, victusque tuis Antonius armis,*
*Leucadio & Regina freto, Janumque bifrontem*
*Clausisti, ac toti cum feceris otia mundo,*
*Teque audes conferre Deo, te Livia sortis*
*Dicitur humanæ misto admonuisse veneno.*

§. 4.

I. *Tiberius* natus est *Romæ in Palatio, 16. Cal. Decembr. M Æmilio Lepido* iterum, & *Munatio Planco Coss.* post bellum *Philippense anno Mundi* 3921. *urbis conditæ* 711. *ante Christum natum* 41. Sueton. *in ejus vit. c.* 5. Ingenio fuit non solùm arroganti, trucique, sed etiam occulto, fingendisque virtutibus subdolo. Hincque ut præ se ferebat, invitus admodum, & vix tandem exoratus à Senatu, *anno urbis conditæ* 766. & *post Christum natum* 16. Principatum

tum suscepit, *Tacit. lib.* 1. *Annal. cap.* 7, 11. Sueton. *in ejus vit. cap.* 24. JESUS CHRISTUS Filius Dei & hominis *anno urbis cond.* 784. *ætat.* 33. *ante diem* 7. *Cal. April.* pro humana salute cruci affixus est, & tertia die pòst vivus apparuit. Tria secularium seu profanorum *Scriptorum* judicia de *Salvatore* nostro reperiuntur. *Primum* est apud Josephum, *Antiquit. Judaic. lib.* 18. *c.* 4. *Jesus (inquit ille)* Vir sapiens, si tamen Virum eum fas est dicere. Erat enim mirabilium operum patrator, & Doctor eorum qui libenter vera suscipiunt: plurimos tàm de *Judæis* quàm de *Gentibus* sectatores habuit. *Christus* hic erat: quem accusatum à nostræ gentis principibus, *Pilatus* cum addixisset cruci, nihilominus non destiterunt eum diligere, qui ab initio cæperant. Apparuit enim eis tertiâ die vivus, ità ut divinitus de eo *Vates* hoc & alia multa miranda prædixerunt: & usq; in hodiernum *Christianorum* genus ab hoc denominatum non deficit. *Alterum* est Taciti, *lib.* 15. *An. cap.* 44. *v.* 4. *& seqq.* ubi dicit: Ergò abolendo rumori *Nero* subdidit reos, & quæsitissimis pœnis affecit, quos per flagitia invisos vulgus *Christianos* appellabat. Auctor nominis ejus *Christus*, qui *Tiberio* imperitante, per procuratorem *Pontium Pilatum* supplicio affectus erat. *Tertium* Suetonius *in vit. Claud. cap.* 25. habet, *his verbis*: *Claudius Imperator Judæos*, impulsore *Christo*, assiduè tumultuantes *Româ* expulit, &c. *Tiberius* ingravescente vi morbi obiit *Miseni in villa Lucculliana, octavo & septuagesimo ætatis anno, tertio & vigesimo Imperii, decimo septimo Kal. April. Cn. Acerronio Proculo, & Cn. Pontio Nigro Coss. anno urbis conditæ* 789. *post Christum natum* 37. Sueton. *in ejus vit. c.* 73.

II. De curâ *Tiberii* circa Jura & *Leges* hæc tradit Suetonius *in ejus vit. cap.* 33. *Constitutiones* quasdam Senatus rescidit: & Magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium, assidebatque mistim, vel ex adverso in parte primori: & si quem reorum elabi gratia rumor esset, subitus aderat: judicesque aut è planò, aut è quæsitoris tribunali, legum & religionis, & noxæ, de qua cognoscerent, admonebat: atque etiam, si qua in publicis moribus desidiâ aut mala consuetudine laborarent, corrigenda suscepit. *d. c.* 33. Prætereà ut *Legem cibariam* & parcimoniam publicam exemplo quoque juvaret, solennibus ipse cænis prædiana sæpe ac semesa opsonia apposuit, dimidiatumque aprum, Sueton. *cap.* 34. Alia etiam multa contra jus civile & bonos mores peracta gravissimè coërcuit; Idem *capp.* 35. 36. 37. Leges in criminalibus, maximè autem læsæ majestatis, ut & in modicè commissis, atrocissimè exercuit; Idem *capp.* 58. 59. 60.

III. Denique, in publico *Imperii Tiberiani* Statu, observandum, quòd postquam imitationem *Augusti* & boni principis artes aliquamdiu simulasset, in omnia acerbissima tyrannidis scelera & flagitia tandem perruperit;

Tacit.

*Tacit. & Sueton. paßim.* Ex his famosissimis Historiæ Rom. Scriptoribus, *Heinsius* primò (*in oration.15. cum secundum Taciti Annalium absolvisset. p.196.*) *Bœclerus* deinde (*in dissertat. polit. ad Suetonii Tiberium*, nec non *in Oration.19. pag.448.* quâ *Principatus Tiberianus* ἐνὶ κεφαλαίῳ describitur.) Status illius temporis rationes politicas solidissimè revelarunt, adeò ut si quis velit compendio discere, quænam sint arcana Imperii, quæ Ratio Status (seu vulgò, raison d' Estat) *Tiberius* unus, illorum judicio pro Magistro haberi queat, quem hodierno adhuc die tot Magnates sequuntur. Nobis hîc ad quæstionem *supr. tit.3. §.10. in fin.* propositam, paucissimis respondere placet: *Augustumné Tiberius imperatoriis conservandi Status artibus superaverit?* Lentulus *in Augusto pag.320. & seqq.* Octo maximè rationibus (quas in gratiam Lectorum exscribere neque erubescimus, neque nos pœnitet) pernegat, *Tiberiumque Augusto* in hac classe subjicit. (1.) *Augustus* filium sororis, & qui престereà sanguinis conjunctione se contingebant, in munimentum dominationis fovit: *Tiberius* fratris filium & nepotes in gratiam eorum, qui regno insidiabantur, sustulit. (2.) *Augustus* in amicis eligendis non erravit: *Tiberius* hominum nequissimum *Sejanum*, & post hunc *Macronem*, in suam suorumque & populi perniciem, extulit. (3.) *Augustus* non deseruit caput & viscera Imperii, vel *Romam* sedem premendo, vel ad exercitus excurrendo: *Tiberius* undecim per annos amœnis *Campaniæ* & *Caprearum* locis delituit, *Sejani* libidini vel casibus fortunæ urbem objectando. (4.) *Augustus* judicio suo amicos & inimicos divisit: *Tiberius* ad odium & amorem alieno tractu ferebatur. (5.) *Augustus* decessit successoris certus: *Tiberius*, cui traderet Rempublicam, diu quæritavit. (6.) *Augustus* benevolentiam apud cives & auctoritatem firmissima regnorum subsidia, juxtà servavit: *Tiberium* plerique oderant, nec pauci contemnebant. (7.) *Augustus* Reipubl. navim, scientiâ & curâ regendi, incolumem traduxit, foris pace, domi quiete reportatâ: *Tiberius* miserandam rerum faciem, & pacem bello tristiorem reduxit. (8.) Ne ipsâ simulandi & dissimulandi arte, quâ tantoperè sibi palpabat *Tiberius*, *Augustum* à tergo reliquit: addatur, Cyriaci Lentuli *Aula Tiberiana, & solertißima ad imperandum Idea.*

*Claudius egregiè vixit privatus, & insons*
*Imperiis, Auguste, tuis, simulataque virtus*
*Sub Druso, morumque diu ceu mixta libido*
*Incolumi genitrice fuit, post turpia vitæ*
*Tempora, Teleboum capreas ubi regna petivit,*
*Ingenio, & totas vitiis laxavit habenas.*

## §. 5.

I. *Tiberio Cajus* ſucceſſit, *Antii natus*, patre ſuo *Germanico, & C. Fonteio Capitone Coſſ. prid. Kal. Septemb. anno urbis cond.* 764. *& poſt Chriſtum nat.* 14. matre *Agrippinâ.* Verſiculi, imperante mox eo, divulgati, apud hybernas legiones procreatum indicant:

*In caſtris natus, patriis nutritus in armis,*
*Jam deſignati Principis omen erat.*

Sueton. *in vitâ Caji, c.* 8. Imperium adeptus eſt *anno urb. cond.* 790. *Chriſti* 38. Sueton. *in Calig. cap.* 13. Cùm *tribus annis, menſibus novem, diebus viginti octo,* nefanda & pernicioſiſſima quæque peregiſſet, tandem 9. *Kal. Febr. horâ quaſi ſeptimâ A. urb. cond.* 793. *Chriſti* 41. *à Caſſio Charea* & conjuratoribus in angiportu trucidatus, triginta vulneribus confoſſus, atque unà uxor & filia, cùm vixiſſet *annos* 28. *menſes* 4. *dies* 25. Obſervatum autem notatumque eſt imprimis, Cæſares omnes, quibus Caji prænomen fuit, ferro periiſſe, jam inde ab eo, qui Cinnanis temporibus ſit occiſus. Sueton. *cap.* 58. 59. *&* 60.

II. *Leges* ab eo, *Conſtitutiones & Ordinationes* ſequentes laudabiliter factæ eſſe leguntur apud dict. Sueton. *cap.* 15. *&* 16. *Antoniæ* aviæ quicquid unquam *Livia Auguſta* proavia honorum cepiſſet, uno *Senatus-Conſulto* congeſſit. De ſororibus auctor fuit, ut omnibus Sacramentis adjiceretur: *Neque me liberosque chariores habeo, quàm Cajum & ſorores ejus.* Item relationibus Conſulum: *Quod bonum felixque ſit C. Cæſari ſororibusque ejus.* Pari popularitate damnatos relegatosque reſtituit: criminumque ſi qua reſidua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit. Spintrias monſtruoſarum libidinum ægrè, ne profundo mergeret, exoratus, urbe ſubmovit. *Titi Labieni, Cordi Cremutii, Caſſii Severi* ſcripta *SCtis Tiberianis* (Sueton. *in ejus vit. cap.* 61.) abolita requiri, & eſſe in manibus lectitarique permiſit; quando maximè ſua intereſſet, ut facta quæque poſteris tradantur. Rationes Imperii ab *Auguſto* proponi ſolitas, ſed à *Tiberio* intermiſſas, publicavit. Magiſtratibus liberam jurisdictionem, & ſine ſui appellatione conceſſit. Equites *Romanos* ſeverè curioſeque, nec ſine moderatione recognovit: palàm ademto equo, quibus aut probri aliquid aut ignominiæ ineſſet: eorum, qui minore culpâ tenerentur, nominibus modò in recitatione præteritis. Ut levior labor judicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit. Tentavit & Comitiorum more revocato, ſuffragia populo reddere, &c.

III. Quoad cætera Politica, etiamſi incenderet ſtudia hominum omni genere popularitatis: erga neceſſitudines pietatem oſtentaret: circa judicia gravitatem cum lenitate: in comitiis ſtudium libertatis: in ordinandâ

mandâ civitatis diſciplinâ honeſtatis publicæ intelligentiam :, Hiſtoriæ libertatem: Omnia tamen hæc laudabilia inani colore in diverſiſſima eruperunt. Optimi ſcilicet parentis peſſima ſoboles, & generis utrinque nobiliſſimi perenne probrum. Sic poſtea *Veſpaſiani* nomen *Domitianus* obſcuravit. Sic ſanctiſſimi Principis *Marci Antonini* gloriam degener filius *Commodus* omni flagitiorum turpitudine fœdavit. Sic *Septimium Severum* diſſimillima proles ac parricidiale monſtrum *Baſſianus* excepit. Docente iterum Bœclero noſtro *in diſſert. Polit. ad Sueton. Caligul. theſ.* 2. 8. *&* 9.

*Nec Deus es, nec homo, CAI, ſub Principe monſtrum es:*
*Si qua Dicarchæas junxiſſe eſt navibus arces*
*Euboico laus parta jugo, at ſpolia ampla reportas*
*Vilibus Oceani lectis in litore conchis,*
*Utque tibi fulvo plauſiſti ſtratus in auro,*
*Sic quoque læta tuo te ſanguine Roma voluto eſt.*

## §. 6.

I. Sequitur *Claudius, qui Lugduni* naſcitur *Kal. Auguſt. Julio Antonio & Q. Fabio Max. Afr. Coß. anno urbis cond.* 743. *ante Chriſtum natum* 7. Sueton. *in ejus vitâ. cap.*2. Annum agens 50. *anno urb. cond.* 794. *Chriſti* 43. regnare cœpit, à Prætorianis militibus è latebris extractus; ac primus imperium mercatus eſt, promittens ſingulis militibus quatuor dena ſeſtertia, Sueton. *in ejus vit. cap.*10 Exceſſit 3. *Id. Octobr. Aſinio Marcello, & Acielo Aviola Coß. anno urbis cond.* 807. *Chriſti* 55. *ætatis* 64. *imperii* 14. veneno occiſus. Sueton. *in ejus vit. cap.* 44. *&* 45.

II. Jus & *Conſul*, & extra honorem laborioſiſſimè dixit, etiam ſuis ſuorumque diebus ſolennibus, nonnunquam feſtis quoque antiquitus, & religioſis: Nec ſemper præſcripta Legum ſecutus, duritiam lenitatem ve multarum, ex bono & æquo, perinde ut afficeretur, moderatus eſt. Suet. *in ejus vit. cap.* 14. Jurisdictionem de fideicommiſſis, quotannis, & tantùm in urbe delegari magiſtratibus ſolitam in perpetuum, atque etiam per provincias poteſtatibus demandavit. Capiti *Papiæ Poppeæ* Legis, à *Tiberio Cæſare*, quaſi ſexagenarii generare non poſſent, addito, abrogavit. Sanxit, ut pupillis extra ordinem tutores à Coſſ. darentur, utque hi, quibus à Magiſtratibus provinciæ interdicerentur, *urbe* quoque & *Italiâ* ſubmoverentur. Ipſe quosdam novo exemplo relegavit, ut ultra lapidem tertium vetaret egredi ab urbe. De majore negotio acturus, in curia medius inter Conſulum ſellas, tribunitio ſubſellio ſedebat. Commeatus à *Senatu* peti ſolitos beneficii

sui fecit. Suet. *in ejus vit. c.23.* *Rhodiis* ob pœnitentiam veterum delictorum libertatem reddidit, Suet. *ibid. cap.25.* Porrò, cum ab eo ad petendas *Leges Rhodias* missi essent *Rhodum* quidam, iidemq; quæ compererant de *Rhodiis Legibus*, in scripturā redegissent, ea omnia firmavit, firmataq; *Antonino Consuli* tradidit, *cæterisq; Consularibus*, qui ad eum salutatum venerant, Dn. Jac. Gothofr. *in hypomnemat. ad Leg. Deprecatio. 9. ff. de Leg. Rhod. de jact. cap.9.* qui *cap.8. præc.* etiam fragmentum exhibet, quod *Legibus Nauticis* hodiè præmittitur, quo Auctoritas, seu *Legum Rhodiarum* confirmatio continetur. Adde ejusdem Dn. Jac. Gothofr. *Bibliothec. jur. cap.2. num.9.* & novissimè Joh. Marquard. *de jur. mercator. lib.3. cap.3.* De hujus *Imperatoris Constitutionibus* legatur etiam Dio Cass. *lib.60. pag.672.* Ejusdem etiam fit mentio in *Digestorum*, libris, his in locis: *l.3. §. sed utrum. de minor. 25. ann. l. Divus. 5. de jur. patron. l.2. qui sine manumiss. ad libert. perv. l. fin. ne de stat. defunct. l. Divus. 15. ad L. Cornel. de fals.*

III. In omni actu & sermone suas ipse rationes per summam inconsiderantiam evertebat: adeò, ut, nec quis, nec inter quos, quovè tempore ac loco verba faceret, scire ac cogitare existimaretur. Suet. *in ejus vita. c.40.* Etiam, ubi advertere animum instituisset, præcipuum ejus acumen εἰς ψευτ-τήν τινα καὶ ἄτοπον ἀγχίνοιαν, *in supervacuam quandam & præposteram solertiam*, ad exemplum *Synesiani Typhonis*, desinebat. Gulæ & ventris insana libido: mobilitas animi & inconstantia perpetua: par credulitas & suspicandi facilitas: sæpius iracundia, & metus, atque ex his sæviendi inconsulta temeritas. Quæ omnia Satyrico sale perstringit in eruditissimo ludo, quem de morte *Claudii* fecit, *Annæus Seneca*: in quem eruditam dissertationem scripsit *Dan. Heinsius, pag.608. & seqq.* Sub tali Principe, mira quædam & varia, ut sic dicam, tyrannidis forma fuit. Quia enim, ut Tranquillus noster *cap.25.* annotat, totum ex parte magna Principatum non tàm suo, quàm uxorum libertorumque arbitrio administravit, & talis plerumque fuit, qualem esse eum aut expediret illis aut liberet: ideò factum est, ut muliebris pariter ac servilis impotentia Rempublicam diversis vitiis, pari vecordia & mobilitate vexaret. Nihil tam absurdum, tam ab honestate publica, & imperantis dignitate remotum excogitari poterat, quod arduum esset in animo Principis, cui non judicium, non odium erat, nisi indita & jussa, Tacit. *lib.12. Annal. cap.3. vers.4.* Hinc *Narcissi* & *Pallantis* rapinæ opes publicas exhauserunt, Sueton. *cap.28.* *Messalinæ* adulteria & inauditæ libidines, domus Augustæ majestatem polluêrunt, Suet. *cap.29.* *Agrippinæ* flagitia, omni genere superbæ acerbæque dominationis, servitutem *Romanam* onerarunt. Tacit. *dict. lib.12. Annal. cap.7.* Verè huc illud *Plinianum (panegyr. cap.88.)* convenit, præcipuum esse indicium non magni Principis, magnos libertos.

Nec minus turpe quàm verum eſt illud Senecæ de *Claudio* in *apocolocynth. pag.* 768. cum libertorum ſuorum libertum vocat. Jam verò Imperia fœminarum, indebitum ſibi rerum arbitrium uſurpantium, non moleſta modò ex ſolitis ſexus vitiis, ſed etiam ignominioſa ſunt. Hæc nimirum fuerunt illa *Claudiani Principatus Saturnalia*, ad quæ deſcribenda, non tam hiſtoria, quàm ſatyra requiri videbatur.

*Militis officio Romanum CLAVDIVS uno*
*Imperium aſſequitur Cæſar, vix deditus armis:*
*Sed pugnæ ſimulacra ciet navalis, & ingens*
*In pelago molitur opus, quâ miſcet Etruſcas*
*Aequoreis Tiberinus aquas, at iniqua marito*
*Agrippina dolis vitam abſtulit, æqua Neroni.*

## §. 7.

I. *Nero* ſucceſſit *Claudio*, & natus eſt *Antii*, poſt novem menſes, quàm *Tiberius* exceſſit, 18. *Kal. Januarias, anno urb. cond.* 789. *Chriſti* 38. *Cn. Acerronio Proculo, & C. Pontio Nigrino Coſſ. Cn. Domitio Ahenobarbo* patre, *Julia Agrippina Germanici* filia matre, Sueton. *in ejus vita. cap.* 6. *anno ætat.* 17. *Chriſti* 55. Imperator fit à militibus, cùm promiſiſſet eis tantundem pecuniæ, quantum *Claudius* dederat. Suet. *in ejus vitâ, cap.* 8. Tandem auditâ contra eum *Galbæ* defectione, collapſus & animo fractus, diu ſine voce jacuit: posteà caput converberavit, & veſtem ſcidit, præteritorum veniam in foro deprecari voluit, ſed timuit, ne, priusquam illuc veniret, diſcerperetur. Cum *Galbæ* exercitus ſuperveniret, monitus ut ſpecum egeſtæ arenæ ſubiret, negavit ſe vivum ſub terram iturum; militibus ad ſupplicium eum quærentibus, ferrum jugulo adegit, juvante *Epaphrodito* à libellis, 32. *ætatis anno, imperii* 14. *urb. cond.* 820. *Chriſti nati* 69. die, quo quondam *Octaviam* interemerat, tantumque gaudium publicè præbuit, ut plebs pileata tota urbe diſcurreret. Funeratus eſt impensâ ducentorum millium, ſtragulis albis auro intextis, quibus uſus *Kal. Januar.* fuerat. Suet. *in ejus vit. cap.* 49. 50. & 57. Interempto *Nerone* defecit progenies *Cæſarum*. Dn. Bœcler. noſter, *in diſſertat. polit. ad Suet. Neron. theſ. pen. & ult.*

II. Graviora vectigalia abolevit, aut minuit. Præmia delatorum *Papiæ Legis* ad quartam redegit: diviſis populo viritim quadringenis nummis. Et cum de ſupplicio cujusdam capite damnati, ut ex more ſubſcriberet, admoneretur: *Quàm vellem*, inquit, *neſcire literas*. Sueton. *in ejus vit. c.* 10. In jurisdictione poſtulatoribus niſi ſequenti die, ac per libellos, non temerè reſpon-

respondit. In cognoscendo morem eum tenuit, ut continuis actionibus: omissis, sigillatim quæque per vices ageret. Quoties autem ad consultandum secederet, neque in commune quidquam, neque propalam deliberabat: sed & conscriptas ab unoquoque sententias tacitus ac secretò legens, quod ipsi libuisset, perinde atque pluribus idem videretur, pronuntiabat. De quibusdam rebus rationes ad *Senatum* missas, prætetito *Quæstoris* officio, per *Coss.* plerumque recitabat. Suet. *ibid. cap.* 15. Adversus falsarios tunc primùm repertum, ne tabulæ nisi pertusæ, ac ter lino per foramina trajecto, obsignarentur. Cautum ut in testamentis primæ duæ ceræ, testatorum modò nomine inscripto, vacuæ signaturis ostenderentur: ac ne quis alieni testamenti scriptor Legatum sibi adscriberet. Item ut litigatores pro patrociniis certam justamque mercedem, pro subselliis nullam omninò darent, præbente ærario gratuitæ: utque rerum actu ab ærario causæ ad forum, ac recuperatores transferrentur: & ut omnes appellationes à judicibus ad *Senatum* fierent. Sueton. *ibid. cap.* 17.

III. *Neronis* quinquennio nihil ad imaginem boni principatus exactius fuit, reliquo tempore nihil fœdius & immanius. Et quò magis primò tegebatur indoles & supprimebatur, eò violentius ad extremum erupit. Quoniam autem, quicquid boni habuit Principatus *Neronis*, potissimùm, *Burrho* & *Senecæ* debetur; non alienum hîc putavit Dn. Bœclerus *in dissertat. polit. ad Sueton. Neron. thes.* 3. *& plurib. seqq.* hos in ipso aulæ *Neronianæ* vestibulo requirere, ac pernoscere. Erant illi veluti Rectores Imperatoriæ juventæ: *Seneca* quidem ob claritudinem Studiorum jam ante Principatum, spei *Neronis* ab *Agrippina* admotus, ut ejus pueritia tali Magistro adolesceret, Tacit. *lib.* 12. *Annal. cap.* 8. *Burrhus* autem egregiâ militari famâ monstratus, & prætoriis cohortibus impositus, dum facilè à *Claudio* impetrat, *Agrippina*, quibus suum fastigium extolleret, spemque dominationis à *Claudii* sanguine in *Neronem* suum transferret, Tacit. *dict. lib.* 12. *Annal. cap.* 42. Neque enim dubitari potest, utrumque ascitum in aulam, ut consilio, eorum præsidioque ad spem, de quâ diximus, *Agrippina* uteretur. Sed quia meruerant, Reipublicæ datum videri potuit, quicquid in ipsos honoris collatum est. Cæterùm *Nero* primum, in hâc *Romana Monarchiâ*, damnati Principis exemplum erat; quàm consulto verò *Senatus Romani* consilio hoc factum, disputari fortè poterit; Cujus rei decisio ex Hugon. Grotii *lib.* 1. *de jur. bell. & pac. cap.* 4. *num.* 11. hauriri, nec ulla firmior ratio (in examinando jure *Senatus*) dari potest, quàm hostilis in Rempublicam *Neronis* animus, quem magnis auctoribus, affirmatum vidimus. Pertinet huc quæstio, à nobis *supr. tit.* 3. § 8. (*An Principem impotenter & tyrannicè imperantem regno vel vita exuere liceat?*) tractata: cui, præter *ibidem* allegata, quadrant, quæ apud Dn. Limn.

*lib.*

*lib.2. de jur. publ. cap.11. num.17.* Joh. Theod. Dieterich *not. ad aur. Bull. cap.5. pag.43.* Carpzov. *disp. feud. IV. quæst.3.* Regium Selinum, J. U. D. im Rechtlichen Bedencken/ von der Defension und Gegenwehr wider die Tyranney der Obrigkeit/ 1632. Dn. Limn. *ad aur. Bull. cap.5. §.3. observat. 6. pag.288. & seqq.* & Besold. *Syn. Pol. lib.4. cap. un. thes.24. 25. & 27.* leguntur.

*Si fidibus tantùm audisset te Roma canentem*
*Detestande NERO, citharam plectrumque dedisset*
*Pro sceptro, non tanta suis incendia tectis,*
*Non cædes vidisset humo, nec funere natum*
*Materno infamem, qui facto haud pulchrius uno*
*Gessit, ab immani monstro dum liberat urbem.*

## §. 8.

I. *Neronem, Serv. Sulpit. Galba* sequitur, & prope *Terracinam* nascitur, *M. Valerio Messalla, & Cn. Lentulo Coss. 9 Kal. Januar. anno urb. cond.* 750. *Christi nati* 2. Patre *Servio Sulpicio Galba*, Matre *Achaia*. Suet. *in ejus vit. cap.4.* Consalutatus est *Imperator anno urb. cond.* 821. *Christi* 72. Sueton. *in ejus vit. cap.10.* Conspiratione à militibus in ipsum factâ trucidatur in foro *Romano, ætatis anno* 73. *Christi* 72. *Imperii mense septimo*: ejus caput ad *Otthonem* delatum est, qui lixis & calonibus deridendum donavit. Sueton. *ibid. cap. 19. & 20. & 23.*

II. Inter liberales disciplinas attendit & Juri. Suet. *ibid. cap.5. Africam* ordinavit magnâ severitatis ac justitiæ curâ, etiam in parvulis rebus. Militi, qui per expeditionem annonâ arctissimâ residuum cibariorum tritici modium centum denariis vendidisse arguebatur, vetuit, simulatque indigere cibo cœpisset, à quoquam opem ferri: & is fame extabuit. At in jure dicendo, cum de proprietate jumenti quæreretur, levibus utrimq; argumentis, & testibus, ideoq; difficili conjecturâ veritatis, ità decrevit, ut ad lacum, ubi adaquari solebat, duceretur capite involuto: atque ibidem revelato, ejus esset ad quem spontè se à potu recepisset. Suet. *ibid. cap.7.* Quosdam claros ex utroque ordine viros suspicione minimâ, inauditos condemnavit. *Civitatem Romanam* rarò dedit. Jura trium liberorum vix uni atque alteri: ac ne his quidem, nisi ad certum præfinitumque tempus. Judicibus sextam decuriam adjici precantibus, non modò negavit: sed etiam concessum à *Claudio* beneficium, ne hieme initioque anni ad judicandum evocarentur, eripuit. Suet. *ibid. cap.14.* Nihil non per comites & libertos pretio adipisci, aut donari gratiâ passus est, vectigalia, immunitates, pœnas innocentium,

impunitates noxiorum. Quin etiam *Populo Romano* deposcente supplicium *Haloti* & *Tigillini* solos ex omnibus *Neronis* emissariis vel maleficentissimos, incolumes præstitit: atque insuper *Halotum* procuratione amplissima ornavit: pro *Tigillino* etiam sævitiæ populum increpuit Edicto. Sueton. *ibidem. cap.* 15.

III. Concurrere in *Galba* avaritia & sævitia, quæ invisos, itemque mobilitas animi & neglecta aulæ disciplina, quæ despectos reddere solent Principes. Accesserunt consilia vel intempestiva, vel minus dextrè dispensata: fortuitis quoque rebus, ut solet fieri, in culpam transeuntibus. Equidem quantum prodesse novo Principi solet clementiæ & benignitatis fama, tantum *Galbæ* nocuit fama avaritiæ sævitiæque, qui ultrò confirmavit auxitque sinistram de se hominum opinionem: Dn. Bœcler. *differtat. polit. in Sueton. Galb. thes.* 8. Etiam in eo non parum deerravit prudentia *Galbæ*, quod contra temporis genium non tàm ratione quàm impetu niti, militesque per tot annos licenter habitos, uno quasi momento ad duriora vertere instituit. Hinc oratio pro concione minimè comis, & usurpata tempestivè etiam bonis Principibus donativi liberalitas, non ab initio tantùm, sed posteà, rebus jam dubiis, cum Imperii comitia transigeret, omissa. *Constat*, inquit Tacitus *lib.* 1. *Histor. cap.* 18. *vers.* 5. *potuisse conciliari animos quantulacunque parci senis liberalitate: nocuit antiquus rigor & nimia severitas, cui jam pares non sumus*; Dn. Bœcler. *dict. differt. polit. in Sueton. Galb. thes.* 10.

*Nobilitate potens, alienis clarior armis*
*Imperio quàm GALBA suo, quo culmine dignus*
*Cunctorum assensu est habitus: si nomen adeptus*
*Nunquam Cæsareum, majestatemque fuisset,*
*Nec calvum invidiæ caput objecisset, & hosti*
*Grata suâ nunquam spectacula morte dedisset.*

## §. 9.

I. *Galbæ Otho* successit, natus 4. *Kal. Maji Camillo Aruntio & Domitio Ænobarbo Coss. anno urb. cond.* 784. *Christi* 33. ex Principibus Etruriæ, patre *L. Salvio Othone*, matre *Albia Terentia*. Sueton. *in vit. Oth. cap.* 1. & 2. A præsente comitatu *Imperator* consalutatus, inter faustas acclamationes strictosque gladios ad principia devenit, *anno Christi* 72. Sueton. *ibid. cap.* 6. Cum *Vitellio* congressus impar in certamine seipsum confodit, infra lævam papillam irrumpentibusque ad primum gemitum, modo celans, modò detegens vulnus, exanimatus est 38. *ætat. anno* ante diem 12. *Kal. Majas, anno urb. cond.* 821. *Christi* 73. cum imperasset dies 95. Suet. *in ejus vit. cap.* 11.

II. De

II. De illius sive *Legibus*, sive *Constitutionibus*, sive juris & justitiæ administratione, parum hîc tradi potest; nisi quod nova jura *Cappadociæ*, nova *Africæ*, ostentui magis quàm mansuræ, dederit: ac inter ea necessitate præsentium rerum & instantibus curis excusata, ne tum quidem immemor amorum, statuas *Poppææ* per *Senatus-consultum* reposuerit. Tacit. *lib.* 1. *Histor. cap.* 78.

III. Cæterum *Otho* inter ipsa Reipublicæ initia, quibus adhuc simulatione moderationis existimationem secundiorem colligere cuperet, *Neronis* & memoriam coluit, & facta probavit & nomen assumsit. Suet. *in ejus vit. cap.* 7. Tacit. *dict. lib.* 1. *Histor. cap.* 78. Quia re non alia efficacior ad distrahenda civitatis studia, & licentiam factionum ciendam, excogitari poterat: hoc enim quasi signo dato, infimæ plebis hominumque pessimorum colluvies, in *Optimates* & *Senatum*, à quo *Nero* damnatus erat, concitata, nihil non sibi vindicatura, nihil non *Senatui* ereptura erat: cum præsertim etiam militibus grata esset *Neronis* memoria, recordatione flagitiorum, quorum non parva ipsi præmia percepisse sibi videbantur. Dn. Bœcler. *dissert. polit. in Sueton. Othon. thes.* 4.

*Mollis OTHO, ac summi nimium festinus honoris,*
*Munera thuricremis cùm Galba imponeret aris,*
*Cogitat infandas cædes, & sanguine gaudet*
*Cæsareo temerare manus: regno inde potitus*
*Nil dignum peragit: propriâ fit morte celebris,*
*Atque trahit secum socias in fata cohortes.*

## §. 10.

I. *Othonem* sequitur *Vitellius*, qui nascitur 8. *Kal. Octobr.* (vel ut quidam) 7. *Id. Sept. Druso Cæsare & Norbano Flacco Coss. anno urb. cond.* 767. *Christi* 16. patre *L. Vitellio*, matre *Sextilia*, obscuro genere, & avo *Casseio Severo*, sutore veteramentario. Sueton. *in ejus vit. cap.* 1. 2. & 3. Principatum invadit *anno Christi* 72. Sueton. *ibid. cap.* 9. Cum *Pannonici, Mæsiaci, Judæi & Syriaci* exercitus deficerent ab ipso ad *Vespasianum*; Ipse *Romæ* in cellulam ianitoris confugit in palatio, unde ab exercitu *Vespasiani* extractus est, injecto cervicibus laqueo, reducta à capite coma, atque etiam mento mucrone gladii subjecto, ut visendam præberet faciem, nevé submitteret, tractus est in forum, quibusdam stercore & cœno incessentibus, aliis *incendiarium*, & *patinarium* vociferantibus tandem ad *Gemonias* scalas parvis ictibus excarnificatus, & unco tractus est in *Tiberim*, postquam 8. *mens.* Imperio præfuisset, *ætat.* 57. *Christi* 73. Suet. *in ejus vit. cap.* 17. & 18.

II. Quoad nomothesiam, administrationemque Justititiæ, centum atque viginti, quorum libellos *Othoni* datos invenerat, exposcentium præmia, ob editam in cæde *Galbæ* operam, conquiri, & supplicio affici imperavit: egregiè prorsus, atque magnificè, & ut summi Principis spem ostenderet, nisi cætera magis ex naturâ, & priore vitâ suâ, quàm ex Imperii majestate gessisset. Suet. *in vit. Vitell. cap.*10. Magis deinde ac magis, omni divino humanoque jure neglecto, *Alliensi die* pontificatum maximum cepit: comitia in decem annos ordinavit, seque perpetuum Consulem. Sueton. *ibid. cap.* 11.

III. Contemtibilis Principis vix aliud insignius exemplum occurrit; quod propterea Lipsio, cum in *Politicis* ea tractat, quibus destruuntur Imperia, præcipuam observationis de contemtu materiem præbuit, *lib.*4. *Polit. cap.*12. Tacitus autem *libb.*2. 3. *Hist.* tàm signanter id egit, ut veluti per notas singulares omnem illam moris actusque *Vitelleiani* deformitatem vanitatemque describendam sibi sumeret. Nullius Satyrici expressior acriorque notatio potest esse, hujus *Historici* demonstratione: quâ hujus Imperatoris summa rerum imperitia, omnisque imperatoriæ artis inscitia, omnis humani divinique juris negligentia, ignorantia militiæ, improvidentia consiliorum, metus, odium, ignavia, luxuria, ignava opera, ignava consilia, sive potius nulla, sugillantur, ad nihil aliud valentia, quàm ut contemtui accederet odium, Bœcler. noster *in dissert. polit. ad Suet. Vitell. thes.*3. *& seqq.*

*Ingluvie fœda infamis, nec digne, VITELLI,*
*Imperio, quæ tanta tibi dementia suadet*
*Immeritos vexare viros & tollere ferro?*
*En tibi nullus honos, jam te Romana propago*
*Haud sufferre valet; laqueos ensemque rependit,*
*Et te confectum condit Tiberinus arenâ.*

## §. II.

I. Priorem hîc sequitur è vestigio *Vespasianus*, natus in *Sabinis* ultra *Reate*, vico modico, cui nomen est *Phalacrine*, 15. *Kalend. Decembr.* vesperi, *Q. Sulpicio Camerino & C. Poppæo Sabino Coss.* quinquennio antequam *Augustus* excederet, *anno urb. cond.* 760. *Christi* 10. patre *T. Flavio Vespasiano*, matre *Vespasia Polla*. Sueton. *in vit. Vespasian. cap.* 1. *&* 2. Asumitur ad Imperium *Kal. Jul. anno post Christum natum* 73. qui Principatus dies fuit. Sueton. *ibid. cap.* 6. Intestina creberrimè frigidæ aquæ usu corruperat, unde alvo usque ad animi defectionem soluta, thermas ægrè petiit, ubi re non succedente,

*Impe-*

Notandum in hujus seculi *Chronologiâ*, quòd regnante *Justiniano* cœpti sunt anni, non per *Olympiadas*, vel *Consules*, aut *indictiones*, sed à Christi Domini nostri *incarnatione* numerari.

## §. 8.

Celeberrima est *Constitutio Anastasiana*, in *l. per diversas.* 22. *C. mandati.* in quâ cessiones fraudulentæ improbantur, de qua *Constitutione* plurimi plurima tradunt, Sichard. & Giphan. *in prælect. ad dict. l.* 22. *C. mand.* Carpzov. *resp. lib.* 5. *tit.* 5. *resp.* 33. & *part.* 1. *decis.* 67. & *part.* 3. *decis.* 255. Berlich. *decis.* 32. 33. 34. 35. Frantzk. *resolut. l.* 1. *q.* 9. & 11. Joach. Burger *in observ. militar. centur.* 2. *obs.* 42. De ejusdem *Anastasii Constitutione*, *l.* 9. *Cod. de repud.* quæ permittebat fieri divortia mutuo consensu, vide pauca quædam apud Gaudentium *de Just. sec. mor. part.* 1. *c.* 17. & *seq. p.* 22. Hisce & aliis *Novellis Constitutionibus* (*supr. tit. hoc* 10. §. 5.) ita ad Justiniani tempora perductus *Justinianus* ipse, cum immensam illã *Constitutionum* & *Legum* molem & sylvam videret, impetum cœpit, secundo statim Imperii sui anno, *A.* C. 528. hanc ingentem sylvam cædendi, utiliorum delectu habito, & superfluis resecatis, *supr. tit.* 1. §. 4. & 7. *in fin.* Quâ in re septennium integrum absumptum, & triplici quidem instituto, sequenti ordine. Primum, ad *Constitutionum Imperatoriarum* converso studio, & decemviris ad id delectis, & in his *Triboniano*, (qui tamen à Procopio *in arcan. hist. l.* 9. *p.* 61 Et Georg. Richtero JCto Norib. p. m. *in orat.* 31. *p.* 57. valdè reprehenditur) ex tribus illis, quos diximus, *Codicibus*, ac secutis deinceps *Imperatorum Novellis*, suisque ad id tempus, *Constitutionibus*, *Codicem* concinnari voluit, *A. C.* 528. & verò secuto *an. Christi* 529. editus *Codex*. Inde ad Veterum *JCtorum* libros, qui ad duo millia ascendebant, & versuum (i. e. sententiarum) trecenties decem millia animum adjecit, quare *Pandectas* sive *Digesta* exinde componi jussit, anno quarto Imperii sui, seu *A. C.* 530. & quadrienium in eo uno opere absumptum: editum quippe *A. C.* 533. apertissimâ nominis ratione, quia opus hoc universa veteris prudentiæ monumenta, in unam consonantiam redacta, digesta contineret. Eodem 533. anno, & Tyronibus Juris Studiosis prima Juris elementa, seu fundamenta, & incunabula quatuor *Institutionum* libris proponi voluit, exemplo potissimum *Gaii JCti*, & verò in publi-

publicum edidit, uno mense ante *Digesta*. His peractis, cum *Codici* aliquid deesse videret, & intermedio tempore tàm *Quinquaginta Decisiones*, de quib. *infrà tot. tit.* 18. quàm alias *Constitutiones* novas ad commodum propositi operis promulgasset, *l. cordi.* §. 1. *C. de emend. Cod.* repetitâ prælectione & editione eundum retractari mandavit, *A. C.* 534. priore abolito, Wesembec. *ad præfat. de emend. Cod. num.* 1. & hic est *Codex* ille novus repetitæ prælectionis, quo hodiè utimur. Dn. Jac. Gothofred, *Histor. jur. cap.* 8. Dn. Wilhelm. Ludvvell. *Comment. ad Inst. procem. pag.* 3. *& Comment. ad LL. quasd. Cod. proleg.* Francisc. Balduin. *in Justiniano*, sive *de iure novo libris quatuor.* Rebhan. *hodeget. Chart.* 1. Matth. Stephan. *præfat. ad lib.* 1. *Cod.* Georg. Schultzen *in Synops. Instit. prolegomen.* Dn. Georg. David. Locam. *Not. ad Instit. Procem.* Leonhard. Wurffbain. *in relat. histor.* 3. *part.* 2. *pag.* 10. Christoph. Ad. Rupert. *in observat. ad Besold. Synops. min. cap.* 15. *pag.* 514. *&* 569. Paganin. Gaudent. *de Justinianei seculi, morib. part.* 1. *cap.* 1. *&* 2. Atque hac triplici ratione plenissimè juris studio consultum putavit *Justinianus*.

An. Chr.

| | |
|---|---|
| 528. | *Justiniano. A.* 2. *Cos.* |
| 529. | *Decio V. C. cos.* |
| 530. | *Lampadio & Oreste Coss.* |
| | *Codicem* fieri mandavit *Justinianus idib. Febr.* |
| | *Codex* editus *idib. April.* |
| | *Decisionum* 50. initium ab hoc anno. |
| | *Digesta* componi mandat *Decemb. mense.* |
| 531. | Post *Coss. Lamp. & Or.* 1. |
| 532. | Post *Coss. Lamp. & Or.* 2. |
| 533. | *Institutiones* eduntur *mense Novembri.* |
| | *Digesta* eduntur *mense Decembri.* |
| 534. | *Justiniano* 4. *& Paulino Coss.* |
| | *Codex* repetitæ prælectionis editur *mense Novembri*, abrogato priori. |

Repetendum hîc, quod *suprà tit.* 1. §. 11. *&* 12. traditur; quòd, etiam si *Constitutiones Principum* propriam in *Codice* sedem habeant, in quem tanquam in scrinium memoriæ & dispositionum relatæ, non inconvenienter tamen omne & totum, nihilo excepto, quicquid in *Institutionibus*, *Digestis*, & *Codice* repetitæ prælectiouis, invenitur & occurrit, nomine *Constitutionum Justinianearum* appellari optimo maximo jure possit ac debeat. *Constitutionis* verbo (inquit Martin. Uran. *lectur. ad tit. Decretal. de Constitut. rubr. num.* 2.) omne jus scriptum includitur. Leges verò *Codicis* ut pluri-

plurimùm ad certas facti species sunt accommodatæ, Harpprecht. *ad §. fin. Inst. de empt. & vendit. num. 66.* Maximi ergò nobis faciendus est *Codex Justiniani* repetitæ prælectionis, velut in quo *Constitutiones Principum* continentur: sive dignitatem & potestatem eorum, qui eas condiderunt, sive ipsarum sapientiam & moderationem, sive utilitatem Reipub. sive etiam omnium gentium ac seculorum consensum consideremus; scribit *Polybius*, & post eum Scipio Gentil. *in orat. de Leg. Reg. pag.* 58. *& seq. his verbis*: Tota *Europa* ad hunc usque diem sua sponte, non imperio coacta, *Jus Romanum* & *Codicem Justiniani* colit, sanctissimisque in rebus habet: taceo *Germaniam*, *Italiam*, *Galliam*, *Hispaniam*, quæ quatuor maximæ & nobilissimæ nationes *Europæ* numerantur: in ipso *Imperio Turcico* summam esse *Justiniani Codicis* venerationem & authoritatem in judiciis quis non obstupescat? atque hoc Viri optimi & doctissimi scribunt, qui se etiam vidisse *Constantinopoli Codicem* hunc propositum in tribunalibus, atque ad id, tanquam ad oraculum *Cadilescheros* illos (Judices sunt) recurrere affirmant. Neque tamen hoc in *Turcis* in *Romani Imperii* domicilio nunc habitantibus, tàm est admirandum quàm olim fuit in *Colchis*, quos *Agathias*, insignis Scriptor Historiæ, non Barbaros esse, neque ità vivere ex eo probat, quod ad civile & legale vivendi genus, ex consuetudine cum *Romanis*, traducti fuissent: hæc Scip. Gentil. *dict. pag.* 59. *& seqq.* ubi plura in laudem *Codicis Justinianei*. adde Reinkingk *lib. 2. de reg. sec. & eccles. class.* 21. *c.* 5. *num.* 64. *& seqq.* Cæterum ex hoc *Justiniani* instituto, & *paulò suprà* dictis, facilè apparet, quid sentiendum de eorum opinione, qui per *Institutiones* Juri *Pandectarum*, *& Codicis* etiam nonnullis *Constitutionibus* derogatum esse contendunt, videlicet erroneam eam esse: quoniam eæ demum Leges, quæ posteriores sint, priores corrigere vel reformare solent. *l. fin. ff. de Constit. Princ.* *Institutiones* autem saltem editione & conformatione priores *Pandectis* esse, ex iis quæ modò dicta sunt, satis constat. Nec movet, quod *Justinianus* & *Institutiones* suas etiam eas *Constitutiones*, quibus *Codicem* priorem & jus antiquum emendavit, transcribi jusserit, Eguin. Bar. *ad d. h. proœm. Instit. in f.* Duar. *in proleg. ff. c. fin.* Dn. & Præc. m. piæ memoriæ, Georg. David. Locamer. *in fascicul. quæst. Justinian. ex Institut. quæst.* 1. R. enim, per jus antiquum non intelligi jus illud, quod hodiè in *Digestis* legitur, vel ex priore *Codice* in posteriorem relatum est, sed quod ante compilationem *Digestorum* in veterum *JCtorum librorum* extabat, ut rectè Giphan. *in præfat. spec. Cod.* & Franc. Gratian. *in tractat. de conciliat. LL. Digest. & Cod.* Dn. & Præc. m. Wilhelm. Ludvvel. *Comment. in Instit. ad proœm. num. 2. & commentar. ad LL. quasdam Codic. prolegom. & supr. tit. 1. §. 4. & 12.* Neque etiam *Constitutiones Justinianeæ* in *Codice* Legibus *Pandectarum*, vel prio-

prioribus *Codicis* reſcriptis quicquam derogant: quia hæ *Conſtitutiones* omnes ante *Pantectas* promulgatæ ſunt, quinque Legibus exceptis:

*L. fin. Cod. de offic. Præf. Prætor. Afr.*
*L fin. Cod. de jurejur. propter calumn.*
*L. fin. Cod. de teſtamentis.*
*L. un. Cod. de caducis tollendis.*
*L. fin. Cod. de legit. hered.*

Sed nec illis tamen quicquam in *Pandectis* vel *Inſtitutionibus* corrigi videtur, niſi nominatim factâ mentione, ut in *dict. l. fin. Cod. de leg. her.* quæ tanquam poſterior §. 4. *Inſt. de leg. agnat. ſucc. & §. 1. Inſt. de ſucc. cognat.* in quibusdam derogat. Dn. Ludvvell. *Commentar. ad Leges quaſd. Cod. d. proleg.* Circa *Codicem* hîc Paganinus Gaudentius in libro *de Juſtinianei ſeculi moribus, part. 1. cap. 3. pag. 3.* hanc inſtituit quæſtionem: *Cur non interceſſum fuerit ab Epiſcopis, cum Codex componeretur?* ad quam ſuggerit: quòd, *Imperatores Chriſtiani* paſſi ſint ſe abripi à more populi, neque magnoperè ſolliciti fuerint, quid acuti interpretes rerum ſacrarum dicerent: atque hinc deventum ſit, ad *Conſtitutiones*, quæ religionem religioſosque mores oppugnare videntur: ratione hâc adjecta, quia *Epiſcopi* (qui aliàs capitis diſcrimine neglecto defenſionem rerum ſacrarum adverſus ipſam *Majeſtatem Cæſaream* ſuſceperunt) meticuloſi fuerunt, & trepidarunt, cum monendi eſſent *Conſtantinus, Honorius, Arcadius, Juſtinianus*: cum hoc epiphonemate, *diſpiciant Anteceſſores Juris, ubi figendus ſit pes.* Plura de rebus ſacris & religioſis idem Gaudentius *dict. part. 1. c. 4. part. 4. & ſeq. & part. 2. c. 1. & ſeq. & ferè per tot.* nec non Anton. Faber. *in Cod. lib. 1. tit. 1.* Conrad. Rittershuſ. *comment. in Novell. part. 1.* Petr. Gudelin. *Comment. de jure noviſſ. libro VI.* Nicol. Vigel. *in method. juris controverſ. libr. 3. à cap. 1. usq; ad 7.* Matth. Stephan. *lib. 3. de jurisdict. & ad Cod. libr. 1. à tit. 1. usq; ad tit. 14.* & Weſembec. *ad libr. 1. Cod. tit. 1. &c.* adde *infr. § ſeq.* Nihilominus ſecius & *Juſtinianus* deinceps poſt *Codicem* ſuum *Novellas Conſtitutiones* edidit, & ne novis ſubinde pro rei contingentia & negotiorum varietate promulgatis, ſæpius *Codex* retractaretur, eas in unum & ſingulare volumen colligi juſſit: & quia harum epitomen *Julianus* Anteceſſor conſcripſerat, *Authenticæ* dici meruerunt, Weſembec. *ad præfat. de emend. Cod. num. 3.* quæ multas Leges tam *Pandectarum* quàm *Codicis* corrigunt, & quid in foro ſervandum ſit, indubitatò ſanciunt: in quas Conrad. Rittershuſii & Petr. Gudelini *commentaria* pleniſſima legantur. Hiſce cohærent & *Edicta XIII.* ejusdem *Juſtinianiq;* non ad certum aliquem hominem aut populum ſcripta ſunt, ſed in genere provulgata. Atq; ita his quinque partibus abſolvitur *Corpus Juris civilis.* De cujus variis editionibus legatur Dn. & Præc. m. Jac. Gothofr. p. m. *in biblioth. jur. c. 4.*

Præ-

Præterea *Justini II. & Tiberii* novellæ nonnullæ extant editæ post *Justiniani Novellas.* Utriusque Justitia & amor erga eam, commendatur à Ruperto *dict. cap. 15. pag. 582. & seq.* Extant etiam in editionibus quibusdam *Corporis Juris sub fine Fragmenta Ulpiani, & Gaii*, de quibus tenenda regula, ea per se juris auctoritatem non habere, nec ad decisionem causarum allegari posse, vetante id expressè *Justiniano, in l. 2. §. 19. C. de vet. jur. enucl.* ad Legum tamen explicationem rectè & commodè adhibentur: ità ut si fortè ex *Ulpiano & Gaio* Lex aliqua, quæ in *Pandectas* nostras relata est, obscurior sit, ea ex fragmentis istis, non obstante prohibitione *Justiniani*, declarari possit. *A. D. 1136. Lotharius* Saxo, ejus nominis Secundus, *Irnerii JCti* consilio Jurisprudentiam Justinianeam iterum evulgavit, & quasi post liminio restituit. Constat etiam ex Herm. Conringio *de orig. jur. germ. c. 20.* Ejusdem ætate mirum in modum cœpisse in *Italia Romanum Jus* invalescere, nec ullo jussu Cæsareo, sed solâ & unicâ æquitatis laude & opinione populo placuisse, magno studio *Bononiæ* incumbente *Irnerio*, idq; ab æquitate & singulari prudentiâ commendante, Conring. *dict. libr. c. 21. & multis seqq.* Dn. Locamer. p. m. *in fascicul. quæst. Justin. ex Instit. quæst. 2.* Reinkingk. *l. 2. de reg. sec. & eccles. dict. class. 2. cap. 5. num. 64. & seqq. & Supr. tit. 1. §. 4. num. 1. & infr. tit. seq. 11.*

Constitutiones Fl. Valerii Anastasii Codici insertæ.

*Anno ultimo Zenone Olybrio V.C. Coss.*
7.39.4.

*Anno Imperii I. Anastasio A. & Rufino Coss.*
1.30.3.

*IV. Viatore & Æmylio Coss.*
6.13.2.

*V. Paulo V. C. Coss.*
6.21.16, 8.54.32.

*VI. Anastasio A. II. Coss.*
5.17.9, 2.8.1.

*VII. Joan. & Paulino Coss.*
5.30.4.

*IX. Joan. & Asclepio Coss.*
5.62.25.

*X. Patricio & Hypatio Coss.*
2.4.43.
2.8.2.

*XII. Avieno & Probo Coss.*
6.20.18, 6.57.11, 8.49.5.

*XIV. Sabiniano & Theodoro Coss.*
1.4.17, 2.8.3.

*XV. Arioninio & Messala Coss.*
2.8.4.

*XVII. Anatolio & Agapito Coss.*
4.29.21, 5.27.6. 2.8.5.

*XX. Boethio & Etherico Coss.*
1.5.9, 1.41.19, 1.22.6.

Ejusdem Coustitutiones sine die & Consule.
1.29.4.

1.29.4.
3.13.7.
4.35.22.
5.5.9.
5.70.5.
7.39.56.
7.51.5.
10.27.1.
10.31.65.
11.9.7.
11.42.11.
11.61.14.
12.1.18.
5.5.
10.2.
16.5.
19.11.
21.2.
36.18.
38.16.
50.12.
51.23.
55.5.

Constitutiones Justiniani Codici insertæ.

*Anno Imperii III. Justiniano & Valerio Coss.*
6.22.8.

*VI. Justino A. II. & Opilione Coss.*
1.3.36, 6.23.23.

*VII. Probo & Philozono Coss.*
7.39.7.

*VIII. Olybrio V. C. Coss.*
9.19.6.

Constitutiones subscriptione carentes.
4.30.13, 12.51.22.

Constitutio à Justino & Justiniano simul lata.
1.31.5.

Constitutiones Justiniani Codici insertæ.

*Anno Imperii I. Mavortio V. C. Coss.*
1.31.5.

*II. Justiniano A. II. & solo Coss.*
5.27.8. Januar.
6.23.24.
6.41.1.

1. de Novo Codice: Const. Græca post l. 42. Cod. de Episc. aud.
4.2.17.
4.20.13.
3.28.30.
4.20.14.
4.21.16.
5.15.3.
5.27.9.
6.20.19.
6.55.7.
8.14.27.
8.54.33.
8.59.2.
1.4.18.
4.30.14.
6.54.11.
9.13.1.
5.17.11.
6.23.25.
1.51.1.
6.23.26.
5.12.29.
5.17.10.
5.9.8.
6.26.9.
6.37.22.
8.17.9.
8.38.11.
3.28.31.
5.16.25.
1.3.41.

*III. Decio V. Coss.*
3.28.2.
1.20.2.
7.35.8.
8.22.1.
2.45.3.
4.21.17.
5.14.10.
5.16.20.
5.60.3.
6.24.3.
7.62.37.
7.64.10.
8.38.12.
7.54.2.
2.51.8.
1.2.1.
5.9.9.
5.74.3.

6.10.20.

6.10.20.
4.1.11.
5.9.10.
5.27.10.
6.43.1.
6.56.5.
6.58.11.
8.52.3.
9.41.18.
2.59.1.
3.28.32.
4.21.18.
1.49.13.
1.14.11.
2.56.4.
4.1.12.
5.12.30.
5.30.5.
6.4.3.
6.30.19.
6.42.30.
6.60.6.
8.54.34.
7.63.5.
11.47.19.

IV. Lampadio & Oreste Coss.

4.21.20.
6.38.3.
5.27.11.
5.29.4.
5.35.3.
6.23.27.
7.15.3.
7.40.1.
8.34.3.
8.54.35.
8.56.10.

4.21.19.
4.20.15.
5.12.31.
6.60.7.
2.45.4.
3.1.11.
4.20.16.
6.23.28.
7.62.39.
5.4.26.
3.2.2.
3.1.12.
7.7.1.
3.1.13.
3.1.14.
1.4.19.
4.28.2[illegible]
3.38.12.
6.25.6.
8.42.8.
5.20.2.
3.28.34.
6.24.14.
3.33.12.
4.5.10.
6.2.20.
8.22.2.
8.38.13.
5.51.13.
6.2.22.
1.4.20.
2.48.3.
3.31.12.
3.28.35.
5.70.6.
6.22.9.
8.40.5.
8.48.10.
8.57.4.

3.33.13.14.
3.33.16.
4.5.11.
6.2.21.
6.56.6.
7.4.14.
3.10.1.
4.4.14.
8.41.28.
6.48.7.
8.48.11.
3.1.15.
4.27.2.
5.11.7.
5.13.1.
5.14.11.
5.27.12.
3.1.16.
6.27.4.
6.29.3.
6.37.23.
7.4.16.
7.45.14.
2.19.24.
6.29.4.
1.5.11.
5.16.27.
1.17.1.
2.56.5.
7.5.1.

V. Post Consulatum Lampadii & Orestis anno primo.

6.22.10.
8.41.27.
4.18.2.
5.37.25.
5.59.4.

6.40.6.

6.40.6.
6.43.2.
7.71.7.
6.42.31.
6.23.29.
6.33.3.
6.27.5.
6.30.20.
6.30.21.
6.35.11.
6.37.24.
6.38.4.
6.25.7.
6.25.8.
6.26.10.
6.26.11.
1.5.12.
6.25.9.
6.46.6.
6.27.6.
5.27.6.
2.47.3.
1.3.19.
2.3.29.
2.42.2.
2.53.7.
3.28.36.
5.59.5.
6.22.11.
6.28.4.
6.43.3.
7.47.1.
8.10.12.
4.22.1.
3.33.17.
3.34.13.
4.1.13.
4.11.1.
6.23.30.

6.31.6.
6.35.11.
6.37.26.
6.38.5.
7.31.1.
8.54.36.
5.37.28.
8.11.1.
3.34.14.
5.37.27.
2.3.30.
2.41.5.
4.18.3.
6.37.25.
6.40.3.
6.49.7.
7.6.1.
7.15.31.
8.49.6
8.38.14.
6.30.22.
7.37.3.
8.18.12.
6.57.14.
6.22.12.

*VI. Post Consulatum Lampadii & Orestis anno secundo.*

6.46.7.
1.5.13.
6.21.18.
6.20.21.
6.31.6.
6.35.12.
6.48.8.
7.72.10.
8.15.7.
8.37.4.

8.38.15.
9.9.36.
8.4.11.
8.11.1.
6.57.12.
6.50.19.
6.57.13.
6.57.14.
8.26.11.

*VII. Justiniano A. III. & solo Coss.*

1.17.2.

*VIII. Iustiniano A. IV. & Paulino V. C. Coss.*

6.50.1.
6.2?.31.
2.59.2.
6.57.15.
7.33.11.

*Novellæ Iustiniani eo ordine dispositæ reperiuntur.*

*IX. Anno Imperii, Iustiniani Iustiniano.*

*A. V. & Belisario V. C. Coss. Ita enim supputandos Iustiniani annos Contius in sua Chronologia & Cujac. 4. obs. 28. admonent.*

*Novella* 1, 119.3.6, 8.2.5, 7.121.122, 10.123.157, 120.11.135, 16.15.145, 13.12.14.4.9.

*X. Post*

X. *Post Consulatum Belisarii Novella*
20.21.31, 18.17.24, 25.26. 27, 32. 19. 22, 28. 29. 23, 30.33.34, 35.36.37.

XI. *Post Consulatum Belisarii anno secundo.*
Novella 65. 66. 67, 68. 70.72, 73 74.71, 64. 76.77.

XIII. *Apione V. C. Coss.*
78.79.133, 81. 83. 80, 84. 90.162.97.

Eodem anno sine die & Consule.
82.85.86, 87.88. 89, 91. 92.93, 94.95.96.

XIV. *Fl. Justino Juniore Coss.*
Novella 101. 102. 103, 98.99. 100, 104. 105. 106.

XV. *Fl. Basilio V. C. Coss.*
Novella 107.108. 115, 146. 129. 131, 136. 132. 147. 108. 110. 134.111. 128. 112. 125. 153. 118. 113.114.124.141.142.

Novellæ Justiniani sine die & Consule.
Novella 126. 130. 137. 138.139. 140.143. 144. 148. 149. 150. 151. 152. 154. 155. 156. 158. 159. 160.161.163.164.165.

Constitutiones Justiniani, quibus in plerisq; exemplaribus nec Consul, nec dies subscriptus est.

1.2.16.17.18.19.
1.3 37.38.39.40.41.42.
1.4.21.
1.26.1.2.
2.7.26.
2.55.ultima.
3.22.ultima.
3.43.ultima.
4.19.22.23.24.25.
4.30.14.15.16.
4.31.ultima.
4.32.26.27.28.
4.34.11.12.
4.35.ultima.
4.37.penult. & ult.
4.38.ult.
4.39.ult.
4.51.ult.
4.54.ult.
4.65.ult.
4.66.2. & ult.
5.3.ult.
5.4.23.24.25.26.27.ult.
7.2.ult.
7.3.1.
7.4.15.16.
7.5.1.
7.6.1.
7.7.1.& ult.
7.17.1.& ult.
7.24.1.
7.25.1.
7.31.1.
7.32.ult.
7.33.ult.
7.35.ult.
7.37.ult.
7.39.8. & ult.
7.40.1.2 & ult.
7.45.13. 14. ult.
7.47.1.
7.54.2. & ult.
7.62 34.35.36.
7.63.3.4.ult.
7.64.ult.
7.67.ult.
7.70.1.
7.71.7. & ult.
7.72.10.
8.54.ult.
9.44.ult.
10.8.3.
10.22.4.
10.31.66.
10.34.3.
10.43.4.
10.71.2.
11.11.1.
11.42.11.
11.47.19.20.21.22.23.
11.53.2.
11.68.2.
12.1.18.
12.3.5.
12.7.2.
12.10.2.
12.16.5.

 12.19.14.

12.19.14.15. 12.34.5.6.7. 12.51.23.
12.32.1. 12.35.1. 12.61.6.
12.33.1.

# *His commode annecti poterit Index Decisionum & Constitutionum Imp. JUSTINIANI, quarum fit mentio in quatuor Institutionum libris ex commentario Hermanni Vulteii.*

Decisiones sunt, quæ dirimunt controversias juris veteris, quæ & Constitutiones dicuntur. Specialiter autem Constitutiones sunt, quibus jus vetus vel emendatur, vel confirmatur, vel ampliatur. Et quidem ex decisionibus sunt, quæ sequuntur.

1. ***Decisio*** l. penul. C. de necessar. hered. instituend. *quæ & in ea*, & in l. final. C. eod. *decisio dicitur*; *de qua* lib. 1. titul. 6. §. Idemque juris. & lib. 2. tit. 14. §. 1.
2. 3. ***Decisiones*** de Dedititiâ & Latinâ Libertate tollendâ, *quibus singulis datus est proprius titul.* lib. VIII. Codicis. *Prior illa fuit, quæ est Dedititia, cui adjungi etiam possunt* l. 2. C. commun. de manumiss. & l. un. C. de nudo jure Quirit. tollend. *De his est* lib. 1. titul. 5. §. final. & titul. 11. §. final. & lib. 3. titul. 7. §. fin.
4. ***Decisio*** l. si furiosi C. de nupt. *de qua* lib. 1. tit. 10. §. 1.
5. ***Decisio*** l. penult. C. de adoption. *de qua* lib. 1. tit. 11. §. sed hodie. & titul. 12. §. sed etsi pater. & lib. 2. tit. 13. §. circa & tit. 17. §. tam autem. & lib. 3. tit. 1. §. sed ea omnia, & seq. & tit. 17. §. 1.
6. ***Decisio*** l. 13. C. de usufru. & habit. *de qua* lib. 2. tit. 5. §. penult.
7. ***Decisio*** l. 1. C. de commun. servo manumiss. *de qua* lib. 2. tit. 7. §. final.
8. ***Decisio*** l. final. C. de contrah. emt. *de qua* lib. 3. tit. 24. §. precium.
9. ***Decisio*** l. final. C. per quas person. nobis acquirat. *de qua* lib. 3. tit. 29. §. fin.
10. ***Decisio*** l. 15. C. de furt. *de qua* lib. 4. titul. 1. §. & cum nobis.
11. ***Decisio*** l. final. C. de furtis. *de qua* lib. 4. tit. 1. §. sed nostra.

Constitutionum autem, quarum in his libris meminit Justinianus, alias jam ipse fecerat, alias nunc facit, alias postea facturus est. Ex his quidem, quas jam fecerat, aliæ sunt Græcæ, aliæ Latinæ.

Græcæ quæ sequuntur.

1. ***Constitutio*** l. 30 C. de episc. audient. *de qua* lib. 1. tit. 20. §. penult.
2. ***Constitutio*** l. final. C. de testam. *de qua* lib. 2. tit. 10. §. legatarius.
3. ***Constitutio*** de incertis personis. *de qua* lib. 2. tit. 20. §. sed nec.

4. Con-

4. *Constitutio* de jure patronatus, *de qua* lib. 3, tit. 2. §. penult. & tit. 6. §. sed nostra. & §. final. & tit. 7. §. sed nostra. & tit. 10. §. sed eas quidem, & sequent.

5. *Constitutio* l. 45. C. de Episc. & Cleric. *de qua* lib. 3. tit. 28. § final. & lib. 4. tit. 6. §. sed futuri.

6. *Constitutio* l. 5. C. de sportulis *de qua* lib. 4. tit. 6. §. quadrupli.

7. *Constitutio de plus petitionibus*, *de qua* lib. 4. tit. 6. §. tripli. & §. 6. sed hæc quidem.

LATINÆ quæ sequuntur.

1. *Constitutio* de lege Fusia Caninia tollenda, *de qua* lib. 1. tit. 7.

2. *Constitutio* l. cum quis. C. de natural. liber. *de qua* lib. 1. tit. 10. §. final. & lib. 3. tit. 1. §. quibus.

3. *Constitutio* l. final. C. de consulib. *de qua* lib. 1. tit. 12. §. filiusfamilias.

4. *Constitutio* l. fin. C. de emancip. liberor. *de qua* lib. 1. tit. 12. §. præterea, & lib. 3. tit. 2. §. fin. & tit. 9.

5. *Constitutio* l. final. C. quand. tutor. vel curat. esse des. *de qua* lib. 1. tit. 22. §. 1.

6. *Constitutio* l. final. C. de legit. tutel. *de qua* lib. 1. tit. 19. in fin. & tit. 25. §. Minores.

7. *Constitutio* l. 21. C. de sacrosanct. Eccles. *de qua* lib. 2. tit. 1. §. sacræ.

8. *Constitutio* l. penult. C. de usufruct. *de qua* lib. 2. tit. 4. §. penult. & lib. 3. tit. 11.

9. *Constitutio* de usucapione transformanda, *de qua* lib. 2. tit. 1. §. per traditionem, & tit. 6.

10. *Constitutio* l. fin. C. de quadrien. præscrip. *de qua* lib. 2. tit. 6. §. fin.

11. *Constitutio* de donationibus causa mortis, *de qua* lib. 2. tit. 7. §. perficiuntur.

12. *Constitutio* l. 34. C. de donat. *de qua* lib. 2. tit. 7.

13. *Constitutio* l. 35. C. de donat. *de qua* lib. 2. tit. 7.

14. *Constitutio* l. 36. C. de donat. *de qua* lib. 2. tit. 7.

15. *Constitutio* l. fin. C. de revoc. donat. *de qua* lib. 2. tit. 7.

16. *Constitutio* l. final. C. de jure dot. *de qua* lib. 2. tit. 7.

17. *Constitutio* l. final. C. donat. ante nupt. *de qua* lib. 2. tit. 7.

18. *Constitutio* l. 38. C. de Episc. & cleric. *de qua* lib. 2. tit. 7.

19. *Constitutio* de rei uxoriæ actione, & de fundo dotali, *de qua* lib. 2. tit. 8. §. 1. & lib. 4. tit. 6. §. fuerat.

20. *Constitutio* de jure dominii impetrando, *de qua* lib. 2. tit. 8. §. contra.

21. *Constitutio* l. 25. C. de administr. tut. *de qua* lib. 2. tit. §. penult.

22. *Constitutio* l. 6. C, de bon. quæ liber. adquir. *de qua* lib. 2. tit. 9. §. 1. & lib. 3. tit. 29. §. 1.
23. *Constitutio* l. 8. C. de bon. quæ liber. adquir. *de qua* lib. 2. tit. 9. §. 1. & lib. 3. tit. 29. §. 1.
24. *Constitutio* l. 29. C. de testam. *de qua* lib. 2. tit. 10. §. sed his.
25. *Constitutio* l. penult C. de testam. milit. *de qua* lib. 2. tit. 11. in princ.
26. *Constitutio* l. fin. C. qui testam. fac. poss. *coniuncta* l. fin. C. de inoffic. testam. *de qua* lib. 2. tit. 11. §. fin.
27. *Constitutio* l. 10. C. qui testam. fac. poss. *de qua* lib. 2. tit. 12. §. Item surdus.
28. *Constitutio* l. 4. C. de liber. præterit. *de qua* lib. 2. tit. 13. §. sed hæc.
29. *Constitutio* l. 9. C. de impuber. & al. substit. *de qua* lib. 2. tit. 16. §. qua ratione.
30. *Constitutio* l. 30. C de inoffic. testam. *de qua* lib. 2. tit. 18. §. sed & hæc.
31. *Constitutio* l. 35. C. de inoffic. testam. *de qua* lib. 2. tit. 18. §. finali.
32. *Constitutio* l. fin. ff. C. de jure deliber. *de qua* lib. 2. tit. 19. §. sed nostra.
33. *Constitutio* l. 1. C. communia de legat. *de qua* lib. 2. tit. 20. §. 1.
34. *Constitutio* l. 2. C. commun. de legat. *de qua* lib. 2. tit. 20. §. 2.
35. *Constitutio* l. 3. C. commun. de legat. *de qua* lib. 2. tit. 20. §. Optionis.
36. *Constitutio* l. 24. C. de testam. *de qua* lib. 2. tit. 20. §. sed quia.
37. *Constitutio* de his, quæ pœn. nom. relinquuntur. *de qua* lib. 2. tit. 20. §. final.
38. *Constitutio* l. 11 C. de contrahend. stipul. *de qua* lib. 2. tit. 20. §. post mortem, & lib. 3. tit. 20. § post mortem.
39. *Constitutio* l. fin. C. de fideicommiss. *de qua* lib. 2. tit. 23. §. final.
40. *Constitutio* l. nuper. C. de natural. liber. *de qua* lib. 3, tit. 1. §. quibus, in fine.
41. *Constitutio* l. final. C. de suis & legit. liber. *de qua* lib 3. tit. 1. §. sed nos.
42. *Constitutio* l. penult. C. de legit. hered. *de qua* lib. 3. tit. 3. §. Nos vero.
43. *Constitutio* l. 2. C. de jure liber. *de qua* lib. 3. tit. 3. §. sed nos.
44. *Constitutio* l. fin. C. ad SC. Tertyll. *de qua* lib. 3. tit. 3 §. sed cum antea.
45. *Constitutio* l. final. C. commun. de success. *de qua* lib. 3. tit. 11. §. penult.
46. *Constitutio* l. fin. C. de manumiss. testam. *de qua* lib. 3. tit. 12. §. fin.
47. *Constitutio* l. 14. de contrah. stipulat. *de qua* lib. 3. tit. 20. §. Item verborum.
48. *Constitutio* l. penult. C. de non numer. pecun. *de qua* lib. 3. tit. 22. & lib. 4. tit. 13. §. Idem juris.
49. *Constitutio* l. 17. C. de fide instrum. *de qua* lib. 3. tit. 24. §. 1.
50. *Constitutio* l. fin. C. de novat. *de qua* lib. 3. tit. 30. §. penult.

51 *Constitutio* l. 2. C. de constit. pecun. *de qua* lib. 4. tit. 6. §. in personam.

52. *Constitutio* l. fin. C. de petit. hered. *de qua* lib. 4. tit. 6. §. actionum.

53. *Constitutio* l. final. C. de compensat. *de qua* lib. 4. tit. 6. §. in bonæ fidei.

54. *Constitutio* l. 2. C. de jurejur. propt. calum. dand. *de qua* lib. 4. tit. 16. §. 1.

55. *Constitutio* de raptu virginum. *de qua* lib. 4. tit. 18. §. Item lex Julia de vi, versic. sin autem per vim.

Et hæ quidem sunt Constitutiones, quas jam fecerat Justinianus ante horum librorum editionem. Facit autem in his libris sequentes, quæ non extant alibi.

1. *De Senatusconsulto Pegasiano tollendo.* lib. 2. tit. 23. §. sed quia.
2. *De minori viginti quinq; annis data potestate servorum manumittendorum,* lib. 1. tit. 6. §. final.
3. *De herede vetito in testamento testimonium perhibere* lib. 2. tit. 10. §. sed neque.
4. *De satisdationibus in judicio præstandis, quod in usu receptum erat contra formam juris veteris, ut idem observetur in omnibus provinciis,* lib. 4. tit. 11. §. fin.

Facturus autem erat Justinianus, nondum fecerat eam Constitutionem, cujus sententiam prævortit exponere in extremo *lib. 3. tit. 1.*

## QUÆ VERO LEGES IN CODICE PER NOVELLAS JUSTINIANI CONSTITUTIONES MUTATÆ SINT, OSTENDIT SEQUENS CATALOGUS.

| Liber Codicis. | Titulus. | Lex mutata. | Consti. mutans. | Paragraphus. |
|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 13 | 5 | *Illud quoque decernimus* |
| 1 | 2 | 13 | 123 | *Si mulier aut vir* |
| 1 | 2 | 14 | 7 | *Quia vero dicimus* |
| 1 | 2 | 14 | 120 | *Sed & hoc de venerabilibus* |
| 1 | 2 | 14 | 120 | *Hoc quoque jubemus* |
| 1 | 2 | 14 | 7 | *Sicut autem damnosas* |
| 1 | 2 | 14 | 7 | *Quia vero cognovimus* |
| 1 | 2 | 14 | 120 | *Quia vero cognovimus* |
| 1 | 2 | 14 | 120 | *Atqui œconomis* |
| 1 | 2 | 14 | 7 | *Quia vero Leonis* |
| 1 | 2 | 14 | 120 | *Si vero præter hoc* |

| Liber Codicis. | Titulus. | Lex mutata. | Consti. mutans. | Paragraphus. |
|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 14 | 120 | *Si vero quædam sunt* |
| 1 | 2 | 14 | 7 | *Quia vero Leonis* |
| 1 | 2 | 14 | 120 | *Atque hæc quidem* |
| 1 | 2 | 14 | 7 | *Sinimus ergo* |
| 1 | 2 | 14 | 54 | *Quia igitur nuper* |
| 1 | 2 | 14 | 120 | *Porro si qua prædictarum* |
| 1 | 2 | 14 | 120 | *Si quis vero colonus* |
| 1 | 2 | 14 | 7 | *Scire autem* |
| 1 | 2 | 14 | 20 | *Insuper si quis rem* |
| 1 | 2 | 17 | 120 | *Sane si plura vasa* |
| 1 | 2 | 19 | 131 | *Item pro temporalibus* |
| 1 | 3 | 4 | 123 | *Sed neque cohortales* |
| 1 | 3 | 7 | 123 | *Præterea nulli magistratuum* |
| 1 | 3 | 8 | 123 | *Reverendiss.* |
| 1 | 3 | 8 | 123 | *Presbyterum vero minorem.* |
| 1 | 3 | 9 | 123 | *Diaconissa autem* |
| 1 | 3 | 10 | 123 | *Si quis cum divina* |
| 1 | 3 | 13 | *Constit. Frideric. II. de statut. & consuet. cont. liber. Eccl. edit.* | |
| 1 | 3 | 14 | 123 | *Certe si quis Episcopus* |
| 1 | 3 | 17 | 123 | *Insuper interdicimus* |
| 1 | 3 | 19 | 22 | *Sed & si quis inter* |
| 1 | 3 | 19 | 6 | *Hæc autem de Deo* |
| 1 | 3 | 20 | 5 | *Illud quoque decernimus* |
| 1 | 3 | 22 | 123 | *Præterea nulli magistratuum* |
| 1 | 3 | 25 | 123 | *Sportularum autem nomine* |
| 1 | 3 | 25 | 112 | *Cæterum ad intentiones* |
| 1 | 3 | 28 | 131 | *Sed & quis pro redemptione* |
| 1 | 3 | 29 | 123 | *Præ omnibus autem illud* |
| 1 | 3 | 31 | 79 | *Propterea igitur* |
| 1 | 3 | 31 | 83 | *In Princip.* |
| 1 | 3 | 31 | *Constit. Friderici II. superius allegata* | |
| 1 | 3 | 32 | 81 | *Palam vero* |
| 1 | 3 | 32 | 131 | *Interdicimus item* |
| 1 | 3 | 32 | 123 | *Presbyteri autem & diaconi* |
| 1 | 3 | 34 | 123 | *Adscriptitios vero in his* |
| 1 | 3 | 34 | 123 | *Si servus sciente* |

*Post*

| Liber Codicis. | Titulus. | Lex mutata. | Consti. mutans. | Paragraphus. |
|---|---|---|---|---|
| 1 | 3 | 35 | 123 | *Post ordinationem vero* |
| 1 | 3 | 35 | 5 | *Sancimus ergo sacras* |
| 1 | 3 | 37 | 115 | *Si unum aliquem de prædict.* |
| 1 | 3 | 40 | 123 | *Porro Dei amantissimos* |
| 1 | 4 | 8 | 123 | *Si quis contra aliquem* |
| 1 | 4 | 17 | 15 | *Interea igitur illud* |
| 1 | 4 | 17 | | *Constitutio Friderici II. superius allegata* |
| 1 | 4 | 21 | 115 | *Si quis ex memoratis* |
| 1 | 5 | 1 | 109 | *Ex quo enim prarogativam* |
| 1 | 5 | 4 | | *Constit. ejusdem Friderici II.* |
| 1 | 5 | 11 | 115 | *Enimvero generalem* |
| 1 | 19 | 4 | 119 | *Aliud ad hac Capitulum* |
| 1 | 44 | 1 | 134 | *Necessarium autem putamus* |
| 1 | 45 | 1 | 8 | *Secundum veteres constitut.* |
| 2 | 1 | 7 | 119 | *Insuper & hoc pracipimus* |
| 2 | 11 | 25 | 72 | *Sancimus igitur, ut inter* |
| 2 | 38 | 1 | 119 | *Ad hæc sancimus* |
| 2 | 52 | 5 | 100 | *Ut igitur summatim* |
| 2 | 55 | 4 | 82 | *Quoniam vero bene multa* |
| 2 | 58 | 2 | 50 | *Sancimus igitur* |
| 2 | 58 | 2 | 50 | *Eodem loco* |
| 2 | 58 | 2 | 123 | *Jubemus igitur* |
| 3 | 1 | 5 | 60 | *Porro & illud* |
| 3 | 1 | 9 | 115 | *Sed & hoc præsente* |
| 3 | 1 | 12 | 9 | *Ac præ omnibus* |
| 3 | 1 | 12 | 15 | *Adsumet vero* |
| 3 | 1 | 13 | 82 | *Ut autem omni modo judices* |
| 3 | 1 | 14 | 87 | *Porro si contingat* |
| 3 | 9 | 1 | 52 | *Sancimus igitur, ut cum* |
| 3 | 9 | 1 | 96 | *Didicimus enim, quod* |
| 3 | 11 | 2 | 53 | *Quam rem miserantes* |
| 3 | 15 | 2 | 68 | *Hæc nos omnia revolventes* |
| 3 | 28 | 6 | 18 | *Ac sæpenumero alias* |
| 3 | 28 | 6 | 92 | *Lata igitur à nobis* |
| 3 | 28 | 19 | 115 | *Sed si filia legitimum* |
| 3 | 36 | 27 | 18 | *Et quidem sæpenumero nobis* |
| 4 | 2 | 17 | 73 | *Oportet vero in his* |

Quo-

| Liber Codicis. | Titulus. | Lex mutata. | Consti. mutans. | Paragraphus. |
|---|---|---|---|---|
| 4 | 10 | 12 | 134 | *Quoniam & hoc impietatis* |
| 4 | 10 | 14 | 4 | *Enimvero neq; ad res* |
| 4 | 12 | 4 | 52 | *Propterea sancimus* |
| 4 | 13 | 5 | | *Hoc loco proponitur insignis illa Friderici Constitutio de studiosis bonarum literarum.* |
| 4 | 18 | 1 | 115 | *Adhæc & aliud Capitulum* |
| 4 | 19 | 6 | 48 | *Sancimus igitur* |
| 4 | 19 | 19 | 90 | *Quia vero multi sæpenumero* |
| 4 | 20 | 10 | 90 | *Enimvero si servilis* |
| 4 | 20 | 14 | 90 | *Et quamvis antea quoque* |
| 4 | 20 | 15 | 90 | *Scimus denique & hoc multoties* |
| 4 | 21 | 7 | 90 | *Porro quoniam scimus* |
| 4 | 21 | 17 | 90 | *His omnibus intelligendis* |
| 4 | 21 | 19 | 50 | *Porro & illud putavimus* |
| 4 | 21 | 19 | 37 | *Oportet vero judices* |
| 4 | 29 | 21 | 61 | *Et sancimus, si quis donationem* |
| 4 | 29 | 22 | 134 | *Illud quoque ad collatorum* |
| 4 | 30 | 4 | 18 | *Studium vero, quo* |
| 4 | 30 | 14 | 100 | *Si intra decem annos* |
| 4 | 32 | 16 | 32 | *Sancimus igitur* |
| 4 | 34 | 11 | 88 | *Si quis enim ab aliquo* |
| 4 | 47 | 2 | 17 | *Neq; item committes* |
| 5 | 3 | 19 | 97 | *Sed & aliud quiddam* |
| 5 | 3 | 20 | 61 | *Et sancimus, si quis* |
| 5 | 3 | 20 | 91 | *Sed & illud, quod* |
| 5 | 3 | 20 | 119 | *In princi.* |
| 5 | 3 | 20 | 127 | *Illud quoque dignum* |
| 5 | 4 | 15 | 78 | *Cæterum si quis libertinam* |
| 5 | 4 | 23 | 51 | *Unde facultas esto* |
| 5 | 4 | 23 | 117 | *Ex quo vero pridem legem* |
| 5 | 5 | 6 | 12 | *Proinde sancimus* |
| 5 | 5 | 6 | 89 | *Postremo ultima jam* |
| 5 | 9 | 1 | 22 | *Ad hæc si tutelam mulier* |
| 5 | 9 | 1 | 95 | *Quia vero magna in hoc* |
| 5 | 9 | 3 | 22 | *Quod si mulier simul* |
| 5 | 9 | 3 | 22 | *Ex hoc alius nos evocat* |
| 5 | 9 | 3 | 2 | *Cum igitur reliquum sit* |

Hoc

| Liber Codicis. | Titulus. | Lex mutata. | Consti. mutans. | Paragraphus. |
|---|---|---|---|---|
| 5 | 9 | 3 | 2 | *Hoc autem quod* |
| 5 | 9 | 3 | 22 | *Quoniam verò alienationes* |
| 5 | 9 | 3 | 22 | *Quod si mulier simul* |
| 5 | 9 | 5 | 22 | *Quoniam verò alienationes* |
| 5 | 9 | 5 | 22 | *Soluto ergo per quascunque* |
| 5 | 9 | 5 | 98 | *Nuptialibus namque lucris* |
| 5 | 9 | 5 | 127 | *Quia verò & mulieres* |
| 5 | 9 | 6 | 2 | *Aliud verò quiddam* |
| 5 | 9 | 6 | 22 | *Quoniam verò paulo antea* |
| 5 | 9 | 8 | 22 | *Quod autem superest* |
| 5 | 9 | 8 | 22 | *Soluto ergo per quascunque* |
| 5 | 9 | 9 | 22 | *Duo igitur huic* |
| 5 | 9 | 9 | 22 | *Commodissime autem* |
| 5 | 9 | 9 | 22 | *Sed neque illud nobis* |
| 5 | 10 | 1 | 22 | *Item, si rerum tantummodo* |
| 5 | 12 | 29 | 97 | *Sed & illud lege includere* |
| 5 | 13 | 1 | 97 | *Præterea quia legem* |
| 5 | 13 | 9 | 97 | *Ante omnia alia igitur* |
| 5 | 13 | 9 | 2 | *Illud quoque dudum* |
| 5 | 15 | 3 | 100 | *Ut igitur summatim dicamus* |
| 5 | 16 | 24 | 22 | *Illud etiam quod* |
| 5 | 17 | 5 | 22 | *Præterea verò & aliud quiddam* |
| 5 | 17 | 7 | 117 | *Cæterum & id quod* |
| 5 | 17 | 8 | 117 | *Quia verò quædam* |
| 5 | 17 | 9 | 117 | *Quia verò & ex consensu* |
| 5 | 24 | 10 | 22 | *Per causam verò necessariam* |
| 5 | 24 | 1 | 117 | *Sed & illud ad certam* |
| 5 | 27 | 1 | 117 | *Ex quo verò pridem* |
| 5 | 27 | 2 | 89 | *Ne igitur perpetuo* |
| 5 | 27 | 8 | 89 | *Sanciendum autem* |
| 5 | 27 | 11 | 12 | *Ac cum inter plerasque gentes* |
| 5 | 27 | 11 | 18 | *Porro autem quod improbe* |
| 5 | 27 | 11 | 78 | *Cæterum si quis libertam* |
| 5 | 27 | 11 | 74 | *Sed & aliud* |
| 5 | 27 | 11 | 89 | *Sane si naturalium tantum* |
| 5 | 27 | 11 | 99 | *Sanciendum autem* |
| 5 | 27 | 11 | 117 | *Adhæc vero* |
| 5 | 30 | 1 | 118 | *Enimverò ex his* |

| Liber Còdicis. | Titulus. | Consti. mutans. | Lex mutata. | Paragraphus. |
|---|---|---|---|---|
| 5 | 34 | 3 | 72 | *Atqui omnino* |
| 5 | 35 | 2 | 18 | *Enimvero ex his* |
| 5 | 35 | 2 | 55 | *Quapropter ſancimus* |
| 5 | 37 | 1 | 72 | *Quia verò gravate* |
| 5 | 70 | 7 | 72 | *Cæterum ſi aurum* |
| 6 | 1 | 3 | 134 | *Quoniam verò & hoc* |
| 6 | 8 | 2 | 78 | *Quia verò ſemper* |
| 6 | 18 | 1 | 53 | *Quoniam verò ad Clementiam* |
| 6 | 18 | 1 | 117 | *Quia verò pridem* |
| 6 | 20 | 1 | 18 | *Illud quoque hoc complecti* |
| 6 | 20 | 5 | 18 | *Neque illo quidem* |
| 6 | 23 | 21 | 107 | *Nos autem omnia* |
| 6 | 23 | 21 | 107 | *Et ſiquidem ea forma* |
| 6 | 23 | 29 | 119 | *Quia verò antehac* |
| 6 | 28 | 4 | 115 | *Adhæc aliud Capitulum* |
| 6 | 28 | 4 | 115 | *Sive igitur omnes* |
| 6 | 40 | 2 | 22 | *Enimverò quem deinceps* |
| 6 | 42 | 32 | 1 | *Si quis autem quod* |
| 6 | 43 | 3 | 39 | *Ea itaque de re* |
| 6 | 48 | 6 | 123 | *Si quis ſub conditione* |
| 6 | 48 | 6 | 108 | *Nobis autem recte* |
| 6 | 49 | 7 | 1 | *Hinc nos cura* |
| 6 | 49 | 7 | 119 | *Si quis unquam teſtatus* |
| 6 | 55 | 7 | 22 | *Item quia mater* |
| 6 | 55 | 7 | 115 | *Sancimus igitur* |
| 6 | 55 | 7 | 115 | *Si hæc ita obſervata* |
| 6 | 55 | 7 | 118 | *Conſequens autem nobis* |
| 6 | 57 | 3 | 118 | *Reſtat, ut & tertium* |
| 6 | 57 | 3 | 117 | *In princi.* |
| 6 | 57 | 3 | 118 | *His verò non ſubſiſtentibus.* |
| 6 | 57 | 3 | 118 | *Quandoquidem igitur fratris* |
| 6 | 57 | 3 | 118 | *Cæterum ſi neque fratres* |
| 6 | 58 | 11 | 84 | *Quia igitur conſiderantes* |
| 6 | 59 | 1 | 22 | *Quod ſi mulier ſimul expectet* |
| 6 | 60 | 6 | 117 | *In princi.* |
| 6 | 60 | 6 | 118 | *Si cum aſcendentibus* |
| 6 | 60 | 6 | 134 | *Quia verò & hoc impietatis* |

Si

| Liber Codicis. | Titulus. | Lex mutata. | Conſti. mutans. | Paragraphus. |
|---|---|---|---|---|
| 7 | 6 | 1 | 22 | *Si verò cum quis jam inde* |
| 7 | 6 | 1 | 22 | *Neque item alieno adſcriptitio* |
| 7 | 11 | 4 | 119 | *Sed & hoc per præſentem* |
| 7 | 31 | 1 | 119 | *Rurſus ſancimus* |
| 7 | 31 | 1 | 119 | *Quantum verò ad præſcript.* |
| 7 | 43 | 8 | 112 | *Omne quoque diſpendium* |
| 7 | 44 | 3 | 17 | *Tertio, ſtudio tibi ſit* |
| 7 | 44 | 3 | 83 | *In princi.* |
| 7 | 45 | 14 | 96 | *Sancimus igitur* |
| 7 | 49 | 1 | 124 | *Si quis litigantium dixerit:* |
| 7 | 61 | 1 | 125 | *Jubemus igitur* |
| 7 | 62 | 6 | 93 | *Sancimus igitur* |
| 7 | 63 | 2 | 23 | *Adhæc ſancimus* |
| 7 | 63 | 2 | 93 | *Sancimus igitur* |
| 7 | 63 | 2 | 119 | *Quin & hoc ſancimus* |
| 7 | 72 | 11 | 53 | *Ubi verò ſemel recuſato* |
| 8 | 14 | 14 | 112 | *Ab hâc verò litigioſi* |
| 8 | 14 | 24 | 4 | *Enimverò neque ad res* |
| 8 | 14 | 27 | 53 | *Quia ve[illegible] compertum* |
| 8 | 18 | 7 | 18 | *Illud quoque hac* |
| 8 | 18 | 11 | 73 | *Si quis igitur* |
| 8 | 18 | 11 | 73 | *Sed & ſi quis* |
| 8 | 18 | 12 | 97 | *His conſequens eſt* |
| 8 | 18 | 12 | 91 | *His itaque in controverſiam* |
| 8 | 73 | 1 | 112 | *Atque ea igitur de re* |
| 8 | 37 | 4 | 112 | *Illud quoque per præſentem* |
| 8 | 40 | 1 | 99 | *In princi.* |
| 8 | 21 | 3 | 4 | *Si quis igitur* |
| 8 | 21 | 3 | 4 | *Neque hoc tantum* |
| 8 | 43 | 16 | 4 | *Quod autem conſequitur* |
| 8 | 52 | 3 | 54 | *In princi.* |
| 8 | 54 | 34 | 52 | *Enimverò & illud* |
| 8 | 56 | 7 | 22 | *Mater ſane, quæ per donation.* |
| 9 | 4 | 3 | 134 | *Neceſſarium autem putamus* |
| 9 | 9 | 11 | 117 | *Quoniam verò multas* |
| 9 | 9 | 15 | 134 | *Cæterum ſi quis eorum* |
| 9 | 9 | 30 | 134 | *Si quando adulterii crimen* |

| Liber Codicis. | Titulus. | Lex mutata. | Consti. mutans. | Paragraphus. |
|---|---|---|---|---|
| 9 | 9 | 30 | 134 | *Adhæc verò etiam illud* |
| 9 | 19 | 6 | 60 | *Sancimus igitur* |
| 9 | 19 | 6 | 115 | *Memoriæ insuper tenemus* |
| 9 | 49 | 10 | 134 | *Ut autem non solum corporales* |

Habes etiam, *Benevole Lector*, itidem apud Hermannum Vulteium *in commentario suo ad Institut. in fin.* *Novellas Constitutiones quasdam Justiniani Imperatoris*, ab *Irnerio* epitomatas, & per quatuor *Institutionum* libros suis quasque & convenientibus locis sparsas: quò nos remittimus. Quid de hoc *Irnerio*, ejusque instituto alii (præsertim Conrad. Rittershus. *in prolegomen. ad Novell. cap. 1. n. 17.* & *JCti* aliquot: apud celeberrimum Conringium, *in fin. de origin. Jur. German.* necnon Georg. Schultzen/ *in Synops. ad Inst. Imperial. proleg.*) sentiant, in aprico est.

§. 9.

In hoc seculo sexto, ut *Justin. Imp.* in emendanda Jurisprudentia æternam meruit gloriam, ità, quoad promovendum bonũ publicum, & saluté populi propagandam, quæ suprema, in bona Republica, lex esse debet, multi contrarium è diametro statuunt: inter quos agmen ducit Procopius Cæsariensis, *in libro historiarum nono*, quem ἀνέκδοτον seu *arcanam historiam* inscribit: Qui cum *libris octo*, summâ fide juxta atque accuratâ diligentiâ, omnia commemorasset, quæ *Justiniani Imperatoris* tempore gesta sunt, tandem *librum* quoque hunc *nonum* de *Justiniano Imp.* ejusque uxore *Theodorâ*, magna libertate scripsit, & quicquid uterque conjunx publicæ rei damno & in subditorum perniciem peccarunt, acutissimo stylo & pilo (ut Hippolithi à Lapide phrasi utamur) infestavit; cum prius ad summum *Romani Senatus* locum, id est, *urbanam præfecturam*, evectus esset: quia verò hanc dignitatem, imò nec vitam sibi salvam fore videbat, nisi librum istum arcanum, soli posteritati destinatum, post mortem usque suam suppressum ivisset, periculum non necessarium sedulò & cum ratione cavit. Eum enim *Procopium* ipse *Justinianus*; in *Africana* & *Italica expeditione*, nunquam à *Belisarii*, summi Exercituum Ducis, (de quo Rupert. *in obs. ad Syn. Besold. c. 15. pag. 576. & seq.*) latere divelli passus est, cujus fide atque consilio, non minus quàm armis ac virtute *Belisarii*, *Romanos fines* prolatari atque stabiliri sentiebat.

Secundum à *Procopio*, qui arcana *regiminis Justinianei* aperuit, invenimus Georgium Richterum JCt. Noriberg. cognatum nostrum veneran-

dum.

dum, piæ memor. §. 8. *præced.* cum laude allegatum, *in orat. Academic.* 31. *Altorfii.* 11. *Mart.* 1651. *habitâ, de arcanis aulæ Justinianeæ* agentem, inter Epistolas ejus selectiores *pag.* 49. Tertius est, qui de *Justinianei seculi* moribus nonnullis elegantem scripsit [illegible]rum, Paganinus Gaudentius *Theologus & JCtus in Italia illustris*, hactenus à nobis aliquoties citatus. Quibus addi debent quartus & quintus, Giphanius in *Justiniano*, & Christoph. Adam. Rupertus in sæpè laudatis observationibus *ad historiæ univers. Synopsin Besoldian. minor. cap.* 15. *pag.* 514. *& seqq.* qui duo tamen posteriores Autores admodùm honorificè, & multò modestius de *Imperatore nostro* scripserunt, *Richtero* iterum è diametro contrarii. De cognomine *Justiniani* formâ, parentibus, patria, & reliquis, ad familiam vitamque ejus pertinentibus, leganrur, præter modò laudatos quinque perillustres Scriptores *in citat. locis*, Conrad. Rittershus. *in exposit. Novell. prolegom. cap.* 2. *n.* 2. *& aliquot seqq.* & Chr. Ad. Rupert. *in animadvers. ad Enchirid. Pompon. lib.* 1. *cap.* 1. *pag.* 23. *&c. & inobs. ad Syn. Bes. c.* 15. *p.* 516. 526 542. *& Gaudent. de morib. Just. part.* 2. *c.* 8. Nostrum hîc institutum est, de Statu Reipubl. qualis *Justiniani* tempore fuerit, pauca ex G. Richteri *oratione* 31. exhibere. Execrandum autem (1.) in *Justiniano* fuit, (inquit *Richterus*) quòd *Theodoram*, mulierem scenicam, *Acacii Præfecti*, quem *Ursarium* vocarunt, filiam, ridicularum quarundam fabularum actricem, uxorem sibi ascivit. Meretrix enim fuit & prostibulum omnium famosissimum *Theodora*, cuicunque obvio copiam pulchritudinis suæ faciens toto corpore, eamque artem ubique exercens, quam ne nominet quidem *Deum* habere qui sibi propitium velit. Eam publicè occurrentem, quamdiu Scenica fuit, omnes sanioris vitæ homines, vitabundi, ut avem infaustam, fugiebant, ne vestium contactu tantum scelus in se derivatum videretur. Richter. *dict. orat.* 31. *pag.* 54. Commaculata enim erat non tantùm libidinibus nefandis, sed etiam execrandis veneficiis atque parricidiis, infantium ultrò abortibus egestorum; cujus furibundâ crudelitate nec templorum asyla, nec Legum imperium, nec universæ urbis imploratio, nec quicquam rerum omnium eripere poterat, quem ipsa perditum iret. Hâc imperitante, cæterarum quoque mulierum mores adeò erant corrupti, ut adulteria non tantum planè multa essent, sed etiam mariti accusantes vapularent, Richter. *dict. orat.* 31. *pag.* 62. Rupert. *d. cap.* 15. *pag.* 520. *& seqq.* Gaudent. *de morib. seculi Justinian. part.* 1. *cap.* 21. *&* 22. *& part.* 2. *capp.* 9. 11. 22. 33. Hâc vitæ sociâ hic *Imperator* perdendis populis usus est, non modò *Bizantii*, ubi tunc sedes *Imperii* erat, sed ubique locorum *Romanæ Reipublicæ*. (2.) Hâc verò turpitudinis notâ ille non contentus, quia priscâ lege cautum erat, ne Viris Senatoriis uxorem ducere meretricem aut mulierem scenicam liceret, *Justinum* avuncu-

lum, senectute confectum (cum quo *Romanorum Cæsar* consalutabatur) prodigiosâ pietatis simulatione adegit, ut *Legem* antiquam nova *Constitutione* everteret: quam *Constitutionem* piacularem, sub *Justiniani* nomine, ut & alias plures in favorem *Theodoræ* latas, adhuc hodie in *Codice* nostro habemus, *in l. 23. C. de nupt.* Cujus etiam perversæ dominationis vestigia in *Novellis* extant. Miscebat quoque, ad clavum *Reipub.* solus defuncto *Justino* sedens, extemplò omnia, & quæ priscis legibus prohibita erant, introducebat, contrà, quæ consuetudine obtinuerant hæc interdicebat, quasi *Imperatorium* paludamentum induisset, ut aliam rebus faciem induceret. Certo etiam certius est, quòd præter illas *Constitutiones*, quas in gratiam *Thedodoræ*, fœminæ perditissimæ, latas novimus, *Triboniani* quoq;, compilatoris atque adulatoris athei detestanda avaritia scientiam Juris, artemque æqui & boni sinceram, plurimùm vitiavit, quodque, *Eo Autore*, Leges figere & refigere *Justinianus* veritus non est: ità nihil certum & fixum erat sub hoc *Imperatore*, sed Jus volubile & erroneum, Richter. *d. orat. 31. pag 55. & seqq.* Hinc evenisse credibile est, quod Just. Lipsius *centur. 3. miscell. epist. 78. & in monit. & exempl. polit. lib. 2. cap. 20.* neque *Justiniano* ob compositos juris, quo utimur, libros, nec *Lothario Imperatori*, ob reductos eosdem in lucem usumque, hominum, multam deberi gratiam arbitratur, ut *Supr. tit. 1. §. 7. n. 3.* indicatum est: videatur etiam Autor *Comitiologiæ Ratisb. 1654. part. 4. dissertat. 9. p. 299. & 300.* necnon Besold. *in Synops. polit. l. 2. c. 4. th. 11. p. 226.* multo iniquior & ingratior est in Leges & Legistas, Hippolith. à Lapid. *præfat de ration. Stat. passim*, sed masculè refutatus à G. Melch. Thilone *in inaugural. disp. Arg. 1649.* aliterq; sentiunt rerum moderati censores, aliudque docuit experientia posteriorum seculorum; Rupert. noster *observat. in Syn. Bes. d. cap. 15. p. 560. & seqq.* Sed ut (3.) ad *Justinianum* redeamus, mancipaverat se ille non tantùm omni vitiorum generi, sed & de CHRISTO, Servatore nostro, perversam sententiam tuebatur, carnem ejus assumtam incorruptibilem, passionis mortisq; expertem, tantâ pervicaciâ asserens, ut omnes Principes idem sentire voluerit. Adhæc, pietatis speciem ità simulare noverat, ut scelera sua pallio devotionis contegere, & quæ hominibus rapuerat truculentiùs, DEO vel *Sacerdotibus* dicare non dubitârit. Nulla, sub hoc *Romanorum Principe*, firma de DEO sententia, nulla fides, nulla pactio vel res constans. Richter. *in dict. orat. 31. pag. 58.* In consiliis tamen *Argentin. vol. 1. cons. 20. n. 58.* aliud habetur, quod scil. *Justiniani Constitutiones*, & aliorum *Imperatorum Christianorum* piæ ac legitimæ fuerunt, ut non solùm liquet ex *Epistol. Joan. Papæ II. in l. inter claras. C. de summ. Trinit.* Sed etiam ex ipsâ veritatis teste historiâ, omniumq; etiam *Ecclesiasticorũ* & *Chronogrophorum* testimonio. &c.

adde

adde *Supr.* §. *prac. h. tit.* 10. Aliud etiam nos docet Gaudentius *de morib. seculi Justin. part.* 2. *cap.* 1. in quæstione: *An sub Justiniano fuerit certa de Divinis sententia?* quæ affirmatur: & in *cap.* 5. *paulò pòst seq.* ubi de more inserendi nomina *Diptychis*, & de quinta Synodo sub *Ipso* convocatâ, quâ Auctores trium capitulorum, & *Origenis* studiosi profligati sunt. Conjungenda hîc sunt ex Ruperti *observat, ad Syn. Bes. d c.* 15. *p.* 532. *& seqq. & p.* 553. ea quæ de *Justiniani* pietate memorat. Peccavit (4.) testante *Richtero*, ex eadem *Procopii* historia, *p.* 59. *Justinianus*, non modò, quòd afflictorum querelas minimè admitteret, sed etiam, quòd in ore atque oculis omnium sua studia factiosæ juventuti, & quidem volenti animo, profiteretur; id omni studio, nullâ dignitate agens, ut publicum ærarium exhauriret. Nam *Hunnos*, qui sæpiùs adventabant, præter impensas, magnis etiam largitionibus auxit. Unde *Romanorum* provinciæ frequentibus *Barbarorum* expositæ sunt incursionibus. qui ad *Romanas* opes, quas semel delibassent, sæpius redibant, ab iisque divelli se non patiebantur; quibus ille totum deniq; *imperium* tributarium fecit. Quod tamen *Richterus* in *Justiniano* vituperat, id Rupertus *d. c.* 15. *pag.* 527. 534. 547. *&* 564. maximoperè laudat. Veritatis (5.) adeò erat dissimulator *Justinianus*, ut fraudum tegendarum, & obscurè ferendæ indignationis, versuteque agendi, & occultandæ animi sententiæ esset absolutissimus artifex, inconstans amicis, inimicis inexorabilis, Richter. *dict. orat. p.* 60. Rupertus verò *d. c.* 15. *p.* 527. *& seqq.* ejus comitatem & facilitatem in audiendis hominum desideriis mirè deprædicat. (6.) Aurum ardentissimè sitiebat & sanguinem: unde tot innocentium cædes & confiscationes bonorum; quibus ità inhiare consueverat, ut neque illi neque aliis essent pecuniæ, quas non avaritiâ solùm, sed etiam possessorum invidiâ appetens. *Romanorum* ditione divitiis exhaustâ, egestatis omnibus autor fuit. Vesanis multorum cædibus pollutus, pluribus jam aliis parabat insidias, contentionum rerumque novarum studiosissimus: ad scelera perfacilè, ad optima nullis suasionibus commoveri poterat. Sedulò tacemus reliqua, apud eundem Richterum *dict. pag.* 60. legenda. Refutat tamen hæc omnia Rupertus *d. cap.* 15. *pag.* 534. 547. 563. *& seqq. & pag.* 579. (7.) Assentatoribus cumprimis patefaciebat aures, qui facilè fore dicebant, ut sublimis aliquando raptus aëra penetraret. Quodam tempore *Tribonianus* illi assidens, vereri se vehementer affirmabat, ne ob singularem pietatem in cœlum improvisò surriperetur: quam laudem, vel potiùs cavillum, apud animum ille suum constanter habebat. Richter. *pag.* 61. Denique (8.) quòd non homo, sed sub humanâ specie furia visus sit *Justinianus*, documento quoque esse scribit Richterus *eâd. pag.* 61. *ex Procopio*, ingentia, quibus affecit homines, mala. quorum atrocitatem autoris immanitas palàm

làm fecerat. Sed quàm falsus in plerisque, & invidiosus sit *Procopius*, à *Richtero* tantoperè laudatus, Rupertus *dict. cap. 15. à pag. 527. & plurib. seqq.* passim docet, maximè autem *pag. 512.* ubi refert, quàm lubricum sit, insistere *Procopio*: & quàm ille *Scriptor* odii & diversæ religionis suspectus haberi possit, & auctoritatem suam maximè convellat *pag. 81.* ubi inter *Justiniani* graviora facinora numerat, quòd *Arrianis* ritibus interdixerit: *& pag. 564.* ubi Rupertus porrò de *Procopio* ità sentit & judicat, quòd ejus livor ex ipsa impietate & atheismo ortus admodum manifestus fuerit. adde Gaudent. *de morib. Justinian. part. 2. cap. 1. pag. 59.* Eadem scilicet *Justiniano* nostro fortuna accidit, qualem *Augusti* fuisse post excessum ejus notavit Tacit. *lib. 1. Annal. cap. 9. n. 3.* cum ait, *apud prudentes vita ejus variè extollebatur, arguebaturvè.* Nimirum DEUS OPT. MAX. partes agendas imponit *Principibus* in vasto admodum theatro: *Spectat fabulam, quam agunt, totus terrarum orbis: tot judices sunt, quot homines; & tam modestus nemo est, qui de illis sententiam non ferat.* Et juxta Plinium in *Panegyr. Traian. cap. 83.* *habet hoc magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum esse patitur: Principum verò non modò domus, sed cubicula ipsa intimosque secessus recludit, omniaque arcana noscenda famæ proponit atque explicat. Qui magno imperio præditi in excelso ætatem agunt, eorum facta conjuncti mortales novêre*: Sallust. *Catil. 51.* adde Dn. Bernegg. p. m. *ad Plin. paneg. d. c. 83.* & Bœcler. annot. *polit. 1. & 2. ad Tac. lib. 1. Annal. d. cap. 9.*


## *Quarta Pars, in quâ duo secula, (septimum & octavum) conjunguntur.*

### §. 10.

Cùm post *Justinianum* in *Orientis & Occidentis Imperio*, miro miseroq; fato, barbaries successerit, ideò hæc duo quasi sterilia secula conjunximus.

| | nat. | elect. | mort. |
|---|---|---|---|
| *Phocas* - - - | ---- | 602. | 610. |
| *Heraclius* - - - | 575. | 610. | 641. |
| *Constantinus* - - - | ---- | 641. | 641. |
| *Heracleonas* - - | --- | 642. | 642. |
| *Constans* - - | --- | 642. | 668. |
| *Constantinus Pogonatus* - | ---- | 668. | 685. |
| *Justinianus Secundus* - - | 670. | 685. | expuls. 695. m. 711. |

| | nat. | elect. | mort. |
|---|---|---|---|
| *Leontius.* | ---- | 695. | 706. |
| *Tiberius Absimarus.* | ---- | 697. | 706. |



| | nat. | elect. | mort. |
|---|---|---|---|
| *Justinianus* II. redux. | 670. | 703. | 711. |
| *Philippicus.* | ---- | 711. | 713. |
| *Artemius* seu *Anastasius.* | ---- | 713. | 714. |
| *Theodosius Adramittenus.* | ---- | 714. | 716. |
| *Leo* Isauricus. | ---- | 717. | 741. |
| *Constantinus Copronymus.* | 719. | 741. | 775. |
| *Leo IV. Porphyrogennetus.* | ---- | 775. | 780. |
| *Constantinus Porphyrogennetus & Irene.* | ---- | 780. | 799. |

## §. II.

Tres *Heraclii Novellæ Constitutiones in Corpore Juris* extant. Cæterùm secuta sunt *Justinianum* ea tempora, imò partim excepêre, quibus neque *Occidentem Justinianei libri* penetraverunt. Jamdudum enim eum *Gothi*, *Franci*, *Saxones*, *Vandali* pervaserunt: pervaserunt & posteà *Longobardi*. vide *supr. tit.* 8. §. 5. *n.* 3. *pag.* 182. *& seq.* Quare illorum Legibus locus jam factus, *Salicis*, *Burgundionum*, *Visigothicis*, *Longobardicis*; quas exhibet *Corpus Legum Antiquarum*, sive *Collectio Consuetudinum & Legum Imperialium*, à Melchiore Goldasto Haiminsfeldio edita, *Francofordiæ ad Mœnum*, 1613. nisi sicubi suæ & *Romanæ* Leges infelicibus *Romanorum* reliquiis servatæ fuerunt: & hæ ipsæ tamen *Leges Romanæ* non è *Libris Justinianeis* desumptæ, verum, ut anteà, ex *Codice Theodosiano* ipso, statim ut conditus (teste *Sidonio Apollinari*) ita posteà ex Epitomâ quâdam Codicis Theodosiani, subtextis non nullis è *Gregoriano*, *Hermogeniano*, Pauli *sententiis*, Ulpiani *Regulis*, Gaii *Institutionibus*. In *Orientis Imperio*, miro miseroque fato, & eodem, quo cæteræ disciplinæ, *Justinianei libri* sensim obsolevêre, recedente paulatim linguæ latniæ usu, & Barbarie indies magis ac magis accedente, quin & *Novellis* subinde pro novo *Reipublicæ* statu insecutorum *Principum Constitutionibus*, alicubi etiam per invidiam & æmulationem, tam illustri operi incumbentibus. Quare in novas subinde formas opus *Justinianeum* recoctum, qua de re *infrà tit. seq.* II. plura in septimo seculo observat Rupertus ad *Bes. Syn. d. c.* 15. *pag.* 598. quod *Constantinus Pogonatus*, tranquillitate restitutâ, Concilium generale sextum indixerit. *Irene*, mater *Constantini*, seculo octavo Synodum *Nicænam* secundam, quam vulgò septi-

ſeptimam œcumenicam indigitant, convocavit, ubi Epiſcopi ultra trecentos convenerunt: Actum ubi fuit de Imaginum & Sanctorum cultu, ac de veritate etiam corporis & ſanguinis *Chriſti* in ſacramento: eò quod *Iconoclaſtæ* ſanctiſſimum *Euchariſtiæ* myſterium *Imaginem* vocâſſent, Baron. *an. Chr.* 787. De Synodo verò *Francofordianâ* à *Carolo an. Chr.* 794. coactâ, ubi Synodum illam *Nicænam* abolitam perhibent, vide Beſoldum *in Synopſ. major.. cap.* 16. *pag.* 306.

§. 12.

De Regimine ſtatus ſeculi ſeptimi legantur quædam apud Chr. Adam. Rupertum, aliquoties hactenus allegatum, *in obſervat. ad Beſold. Synopſ. minor. cap.* 15 *à pag.* 584. *& ſeqq. Heraclii* temporibus nova è profundo barathro erupit religio, ſeu clades potius ac lues humani generis; quæ initium à *Muhamede*, *Abdulæ* filio, *Abdulmutabili* nepote, ſumſit. Ipſe *Heraclius* in *Monothelitatum* hæreſin prolapſus eſt. Rupert. *pag.* 586. In ſeculo octavo, qualis ſtatus fuerit, videatur iterum Rupert. *d. c.* 15. *à pag.* 590. *& ſeqq. Leonis* Iſaurici tempore, idololatria pontificia magnum incrementum cœpit: *Imperator* è divinis literis optimè informatus, preſſus, & poteſtate ſuâ, quam in *Italiam*, *Romam* & ipſum *Pontificem* habebat, privatus eſt. *Synopſi majore*, factum & ipſum denique πολύθεον. *Leo*, ne *Pontificis* perfidiam ulciſceretur, bellis *Saracenicis* impeditus eſt. Rupert. *pag.* 591. Auctor *Comitiolog. Ratiſbon. de an.* 1654. *part.* 4. *diſſertat.* 9. *pag.* 279. tradit, quod ante *Caroli M.* tempora in *Romano Imperio Exarchatus* fuerit, *Germania* verò, maximè autem *Regnum Saxoniæ Toparchatum* habuerit, in *Tetrarchias* ſeu quatuor partes diviſum. Repetenda hîc eſt quæſtio ex Herm. Conringio, *ſuprà tit.* 8. §. 5. *n.* 3. *pag.* 182. propoſita: *Quorum in poteſtate fuerint, ante Imperium Caroli M. occidentalis Imperii reliquiæ?* quæ *ibidem* videatur. Cæterum *Irene* impotens fœmina idololatriam inſtauravit, & *Aaroni Saracenorum Principi* impar, tributarium imperium reddidit. Filium *Conſtantinum vel* (cui *Rotrudim Caroli Francorum Regis* filiam, *an. Chr.* 782. deſponderat) violatâ fide *Mariam* quandam *Armeniâ* oriundam dicere coëgit, *menſ. Dec. an. Chr.* 788. à quibus nuptiis filius abhorrens, ſimulque matris pertæſus, eam *an. Chr.* 790. redegit in ordinem; tamen poſteà dignitati reſtituit, cum magno ſuo malo: nam ejusdem dolo circumventus & immaniter excæcatus eſt *an. Imperii* 18. *Chriſti* 797. Beſoldus *in Synopſ. major.* hanc *Irenem* nimis improvidè commendat, *benè adminiſtraſſe Rempublicam, Filium inſolenter; eandemque admodum iniquè in exilium pulſam.* E Pontificiis conſule Petavium *part.* 1. *Rat. temp. lib.* 8. *cap.* 6. è noſtris Joh. Cluverum *in Epitom. pag.* 435. & ἀκρίβειαν *Beſoldi* ſatis animadvertes. Rupert. *d. c.* 15. *pag.* 593.

TITU-

# TITVLVS XI.

## DE TERTIA EPOCHA IMPERATORUM.

### *Pars Prima, ubi duo ſecula, ſcilicet nonum ac decimum, conjunctim occurrunt.*

§. I.

| | | nat. | elect. | mort. |
|---|---|---|---|---|
| I. | C*Arolus* Magnus. | 742. | 801. | 814. |
| | *Ludovicus* Pius. | 776. | 814. | 840. |
| | *Lotharius* I. | 797. | 841. | 855. |
| | *Ludovicus* II. | 822. | 855. | 875. |
| | *Carolus* Calvus. | 823. | 875. | 877. |
| | *Ludovicus Balbus.* | 8 - - | 877. | 879. |
| | *Carolus* Craſſus. | 8 - - | 879. | 888. |
| | *Arnolphus.* | 8 - - | 887. | 899. |

Seculi noni *Imperatorum* annotationes temporum, Dn. Bœclerus noſter *de rebus Seculi à Chriſto nato noni pag.* 2. 49. 97. 125. 161. 173. 182. *&* 196. ex Onuphrio Panvinio quàm accuratiſſimè tradit.

*Imperatores Conſtantinopolitani*, qui in hoc ſeculum incidunt, ſunt ſequentes: *Nicephorus*, *Stauratius*, *Michael Curopalates*, *Leo Armenius*, *Michael* Junior, cognom. *Balbus*, *Theophilus*, *Michael* III. *Baſilius Macedo*, *Leo* Philoſophus: de quibus omnibus Dn. Bœcler. *ibid. pag.* 31. 76. 111. 141. *&* 189. & Chriſt. Adam. Rupert. *in obſervat. ad Syn. Beſold. min. cap.* 16. *pag.* 594. *&* 601. *cum ſeq.* legi poſſunt.

| | | nat. | elect. | mort. |
|---|---|---|---|---|
| II. | *Ludovicus* IV. | 893. | 900. | 912. |
| | *Conradus* I. cognom. *Francus.* | 859. | 912. | 919. |
| | *Henricus* I. cognom. *Auceps.* | 876. | 920. | 936. |
| | *Otto* I. cogn. Magnus. | 894. | 936. | 973. |
| | *Otto* II. cogn. *Ruffus.* | 956. | 973. | 983. |
| | *Otto* III. cogn. Mirabilia Mundi. | 973. | 983. | 1001. |

Tempora *Imperatorum* hujus seculi decimi à Bœclero nostro annotata, vide *pag.* 213. 224. 242. 278. 350. *&* 363. Ejusdem seculi *Imperatores Constantinopolitanos, Alexandrum, Constantinum Porphyrogennetum, Romanum Lecapenum, Romanum, Nicephorum Phocam, Johannem Zimiscen, Basilium Porphyrogennetum, & Constantinum Porphyrogennetum*, Idem Bœclerus *pag.* 233. 269. 330. *&* 359. nec non Rupert. *in observ. ad Syn. Besold. minor. cap.* 16. *pag.* 603. *& seqq.* recensent.

§. 2.

I Legum quam gesserit curam *Carolus Magnus*, in ecclesiasticis & politicis in publicis & privatis, Joh. Joach. Franzius Consiliarius *inclytæ Reip. Arg.* eximius, *in Hist. Caroli M. c.* 89. *& seqq. p.* 75. *& seqq.* Henricus Meibomius *in opusculis historic. de reb. German. an.* 1660. *Helmstad.* editis. Melchior Goldastus Haiminsfeldius *in Tomis Constitutionum Imperialium*; Hermannus Conringius *de origin. juris german. capp.* 7. 10. 12. 13. *&* 14. nec non Dominus Bœclerus noster *in dict. seculo nono pag.* 10. *& seqq.* diligenter & fideliter designant. Sæpius cum laude nominatus Herm. Conringius *an.* 1655. *Caroli M. Imperatoris Capitulare de villis suis*, edidit, & *epistolâ, seu adnotatione quâdam*, illustravit. Qualia fuerint sub *Carolo Magno* Judicia, idem Conringius, de rebus Germanicis præclarè meritus, *singulari dissertatione de Judiciis Reipublicæ Germanicæ*, disquisivit. Comitia quoque & conventus crebri sub *Rege Carolo*, variis locis, tum omnium Ordinum, tum quorundam Procerum, in quibus vel exponebat *Rex* & communicabat cum suis res antè actas, vel deliberabat, vel jus dicebat, iterùm Dn. m. & Præcept. Joh. Henric. Bœclerus *ibidem pag.* 14. itaque nihil hîc addemus. *Capitula*, ut tum appellabantur, sive Leges *Ludovici Pii*, tum ecclesiasticas, tum civiles, *duobus libris* collegit 2. scilicet *&* 4. *Caroli que capitulis lib.* 1. *&* 3. comprehensis adjunxit Ansegisus Abbas. Quibus *quatuor libris* Benedictus Levita *trium librorum* supplementum adjecit. Exhibitum opus *in Cod. LL. antiq.* Lindenbrogii. De *Ludovici Pii* Legibus, earumque collectione per *Ansegisum & Benedictum Levitam*, Conring. *de origin. juris german. capp.* 15. 16. 17. Adde Goldasti *Tomos Constitutionum*. De Comitiis & Judiciis sub hoc *Imperatore* habitis, legatur Dn. Bœcler. *dict. secul.* 9. *pag.* 58. *& seqq.* Leges *Lotharii*, & quædam, addito *Ludovici secundi* filii, quem consortem Imperatorii nominis fecerat, titulo, habentur *in Tomis Constitutionum* Goldasti; qui idem Goldastus *in collection. consuetud. & LL. Imperial. pag.* 102. ejusdem *Lotharii Capitulare* exhibet: adde Ejusdem *prolegom. ibid.* Cum hóc *Ludovico* secundo *Lotharii* filio, non confundi debet *Ludovicus Lotharii* frater, quem itidem

dem secundum appellare solent. Ille enim *Rex Francorum* per *Germaniam*, sive *Rex Germaniæ*, in divisione illa, quasdam leges suo nomine tulit, itidem *Goldasto* collectas; quædam suo & fratris *Calvi* nomine constituit. Hic *Ludovicus* in Comitiis *Erffurtensibus* Judicia ordinavit: Legem *Advocatis* dedit, quam explicat Aventinus *tom. 2. lib. 4.* *Caroli Calvi Constitutiones*, præter Goldasti industriam, collegit Andreas du Chesne. Sed nunc illæ tantum huc pertinent, quas nondum *Imperator* fecit, partim solus, partim fratris, quem diximus, ascito nomine, partim filiorum fratris *Lotharii*, scilicet *Lotharii Regis Austrasiæ*, *Caroli Regis Provinciæ*: quibus pater has sui Imperii partes dederat. *Constitutiones Ludovici* secundi tres Goldastus *tom. 3. Constit.* exhibet, quæ quia breves sunt, cum quadam annotatione à Dn. Bœclero *d. secul. 9. pag. 132. & seq.* inseruntur. *Constitutiones & Capitula Caroli Calvi*, dum *Imperator* fuit, in ecclesiasticis & civilibus, habentur apud Goldastum *tom. 3.* & ap. Andr. du Chesne *tom. 2.* Inter Leges *Caroli Crassi* fertur *Constitutio de expeditione Romana*, quam Goldastus *in Constitut. tom. 1. pag. 207.* ut & Christoph. Lehmann in der Speyrischen Chronick *lib. 2. cap. 42. n. 8. pag. 177.* exhibent: unde etiam originem & formam hujus rei (deß Römerzugs) Dn. Limn. in jur. publ. *lib. 2. cap. 2. n. 107.* repetit: sed tempus nullo modo congruit, cum in ipsa *Constitutionis* clausula nominetur annus 890. quo jam mortuus, erat *Carolus*: in Limnæo quidem annus 881. nominatur, ex *margine Constit.* Goldast. *d. tom. 1. pag. 207.* sed aliter, ut diximus, est in ipsa *Constitutione*: sunt & alia, quæ rem istam non patiuntur esse in expedito, de quâ *Bœclerus* noster plura promittit: vide Besold. *in thesaur. pract. &* Speidel. *in specul. jurid. polit.* verb. Römerzug. Carpzov. *de Capitulat. Cæs. cap. 8. sect. 6. & infrà tit. h. 11. §. 3. n. 2.* ibi, *cæterum de publicæ hac Rom. Impp. consecratione*, de Comitiis & Judiciis hujus *Imperatoris Caroli* III. traduntur quædam à Dn. Bœclero *dict. secul. 9. pag. 187.* *Arnulfi Constitutionibus* inter Comitia factis alia quædam addita habes apud eundem Goldastum *in Tomis Constitutionum.* Cæterum de ejus Comitiis & Judiciis iterum Dn. Bœcler. noster *ibid. pag. 204. & seqq.* legatur. Ex Goldasti *Constitutionum tom. 1. dedicat. ad Matthiam Imp.* tenendum hîc obiter est, Jus novissimum (de quo supr. *tit. 1. §. 5.*) seu Leges Imperii Romano-German. in hoc seculo nono à *Carolo Magno* incipere: adde Dn. Bœcler. *Legislat. Germ.* 1659. Habemus & *Nicephori*, *Leonis Armenii*, *Theophili*, *Basilii Macedonis*, & *Leonis* Philosophi, *Imperatorum Constantionopolitanorum*, *Novellas Constitutiones* quasdam in nostro *Corpore Juris*, Enimundo Bonefidio collectore & interprete. Cujus *Juris Orientalis* libri tres, accurante Henrico Stephano, *an.* 1573 in octava & elegantissima forma, græcè & latinè editi, ac notis illustrati sunt. Jac. Gothofr. *Biblioth. jur. cap. 5.* *Leonis* Philosophi

*Novellæ* circa A. D. 890. ἐπανορθωτικαὶ καθάρσεις appellatæ, quibus tamen (ut & cæteris *Imperii Orientalis* legibus) nulla ferè autoritas habetur, Arumæ. *exercit.* 2. *th.* 15. Dn. Locam. p. m. *fasc. quæst.* 3. Dn. Jac. Gothofr p. m. *in Biblioth. jur. d. cap.* 5. *p.* 75. Carpzov. *in Juruprud. Consistorial. lib.* 2. *tit.* 24. *defin.* 389. *n.* 3. & Dn. Wilhelm. Ludvvell. *comment. ad Institut. proœm. n.* 4. *Basilii Macedonis* Epitome *Juris Codicis*, seu *Digestorum*, seu πρόχειρον, trecentis circiter post *Justiniani* opera annis editum est, Dn. Jac. Gothofred. *d. Biblioth. cap.* 6. *pag.* 77. *& seqq.*

II. *Ludovici IV.* Leges de *portoriis* in conventu *Boico Rasvelsladiensi* latas Aventinus exhibet, & Goldast. *tom.* 1. *Constit. pag.* 210. quibus adde Edictum *de ritu manumissionis, à* 906. *& Constitutionem de auctoritate instrumentorum, an* 909. apud. eund. Goldastum *Constit. tom.* 3. Leges *Conradi I.* Goldastus *tom.* 3. *Constitut.* collegit: unam *de pace publica*: alteram *de desertoribus*: *& tom.* 1. *dict. pag.* 210. addidit decreta *Concilii Althaimensis, an.* 916. quæ à Sacerdotibus deliberata diras continent in rebelles, formâ Synodi Ecclesiasticæ ad negotium civile adhibitâ: tum confirmationem *concambii* (i. e. permutationis) prædiorum cum Ecclesia initi, quod sine licentia *Imperatoris* ratum esse non poterat. Quid *Comitiis Moguntinis, eod. Imp.* actum, tradit Dn. Bœcler. *secul.* 10. *pag.* 231. Extat apud Goldastum *tom.* 1. *Constitution. pag.* 211. Rescriptum *Henrici I.* de sua electione & promotione ad Imperium &c. Legesque & instituta: Statuta item & privilegia *ludorum equestrium*, sive *hastiludiorum*; adde *tom* 2. *pag.* 41. Idem Goldast *tom.* 3 refert *Constitutionem*, quâ Primogenito cuilibet, qui Curiæ Principis contra hostes in necessitate serviverit, defuncti parentis vestes & arnesia (Harnisch) quasi ex quodam prælegato, decernuntur: junge Dn. Bœcler. *dict. secul* 10 *pag.* 258. *& seqq. & pag.* 264. ubi de Comitiis *Henrici*: & Joh. Cunrad. Dieterich *in histor. Henrici I. thes.* 9. *pag.* 40. *& seqq. & thes.* 12. *pag* 68. *& seqq.* Leges, Constitutiones, Edicta & Diplomata Ottonis Magni collegit Goldastus *in Tomis Constitutionum, tom.* 1. *pag.* 215. *& seqq. & tom.* 2. *pag.* 42 *& tom.* 3. Extat & Henrici Meibomii collectio diplomatum *Ottonis M.* Dn. Bœcler. *pag.* 324. hîc in transitu notat, valde suspectam esse *Constitutionem*, quam Goldastus exhibet & inscribit, *de locatione & privilegio Cameræ Imperialis Magdenburgensis.* De Comitiis hujus *Imperatoris* ejusdemque Judiciis, Dn. Bœcler. *dict. secul.* 10. *pag.* 318. *& seqq. &* 323. *cum seq.* & Joh. Cunrad. Dieterich *in histor. Ottonis M. thes.* 14. *pag.* 156. *& seqq.* legantur. *Ottonis II. Constitutiones* vide apud Goldast. *tom.* 1. *p.* 225. *& seq. & tom.* 2. *pag.* 44. *& tom.* 3. In illis sunt quædam, quæ tempus malè annotatum præferunt, observante Dn. Bœclero *pag.* 358. Leges & Constitutiones ab *Ottone III.* latas, Goldastus *tom.* 3. *exhibet.* de *mancipiorum proprietate*:

*prietate* : de *libertate Ecclesiarum in Regno Danorum* : *de privilegiis Venetorum.* *In tom.* 1. *pag.* 226. ponit *Constitutionem* illam *de jure ac potestate Imperii*, de *donatione Constantini & Caroli Calvi*, de *assignatione bonorum*, *quibus Pontifices Romani ad sui suæque Ecclesiæ sustentationem uti frui debeant* : In hanc *Constitutionem* extat Marquardi Freheri *commentarius* : vocat, ut solet in iis, quæ arcana Pontificiu dominatus tentant, in dubium : fidem harum tabularum Baronius *tom XII. Annal. an* 1191. § 58. *& seqq* vindicat à suspicione : post *Freherum* Herman. Conring *de Germanorum Imperio Rom. cap.* 10. Referri huc merentur, quæ Aventinus *lib.* 5. *pag.* 398. tradit de Diplomate *Ottonis III.* quo Bavaria sylvescens à solitudine ad frequentiam revocatur. Tribuitur etiam huic *Ottoni III. Constitutio*, de solo Germano in Imperatorem eligendo, de quâ videantur. Auctor *Comitiologiæ Ratisbon.* 1654. *part.* 1. *dissert.* 5. *pag.* 34. Fritzius *de elect. Reg. Rom. dissert.* 5. *quæst.* 2. Carpzov. *ad vot. Septemviral. dogm.* 3. & Limn. *ad Aur. Bull. cap.* 2. §. 2. *observ.* 15. Petr. de Andl. *de Imp. Rom. Germ. lib.* 2. *cap.* 3. De Legibus Ottonum videatur Conringius *de origin juris germ. cap.* 18. *per tot.* *Constantinopolitanorum* hujus seculi *Imperatorum*, *Superiori paragrapho in fin. enumeratorum*, *Constitutiones* reperiuntur etiam in nostro *Corpore* Juris, & in Henrici Stephani *libro Juris orientalis primo.* Basilicorum *libri LX.* (quos ἑξηκοντάβιβλον vocant) à *Constantino Porphyrogenneto* repetita prælectione concinnati, Gentiano Herveto interprete, *Lutetiæ Parisiorum an.* 1557. editi sunt, in unam videlicet consonantiam omnibus *Justiniani* operibus confusis : Dn. Jacob. Gothofred. p. m. *in Biblioth. jur. cap.* 6. *pag.* 79. *& seq.* qui *Constantinus* à Dn. Bœclero *pag.* 238. ob singularem eruditionem maximoperè laudatur : adde Rupert. *observ. in Besold Syn. min. c.* 16. *pag.* 603. *& seq.* *Synopsis seu Ecloga* horum Basilicorum quoque confecta, cujus libri auctorem quidam vaticinantur *Romanum* juniorem *Lecapenum* : Ea κατὰ στοιχεῖον, i. e. secundum ordinem literarum & elementorum cofecta fuerat, unde Μικρὸν κατὰ στοιχεῖον nuncupatum, quod etiam *Budæus* viderat, de quo vide Cujac. 4. *observat.* 10. Eam *Tarenti* apud *Calabros* à *Sambuco* repertam edidit & vertit Joh. Leunclavius *Basileæ in fol. an. D.* 1575. adnotationibus etiam additis ; non eo tamen ordine, quo composita fuerat, i. e. non κατὰ στοιχεῖον, sed juxta ordinem *Basilicorum* ipsorum. In *tit. præced.* 10. §. 2. (observato temporis ordine) ad *l.* 14. *C. de contrah. empt.* pauca notavimus, *de jure retractus*; Idem hîc ordo postulat, nonnulla ex Christoph. Philip. Richteri *decision.* 76. *n.* 4. *&* 5. annectere. Etsi (*inquit ille*) post *Theodosium* Jus retractus, quod ipse *d. l.* 14. *C. de contrah. empt.* sustulerat, *Romani Lecapeni in Oriente Imperatoris Constitutione* revocatum fuerit, ut refert Matth. de Afflict. *in tract. de jure prothimis.* Hæ tamen *Constitutiones Imperatorum Constantinopolitanorum*,

inter

inter Leges, quibus utimur, non sunt relatæ: & ità in *Dicasterio Provinciali Saxonico*, quod est *Jenæ, mens. August. An.* 1621. Johanni Schneidern / Seniori & Consuli zu Arnstadt responsum fuit: prædicti enim *Imperatores Orientales* suis *Græcis Constitutionem* ferre potuerunt, in nostro verò *Imperio Occidentali* Legis vigorem non obtinuerunt, quia tunc temporis divisum fuit *Orientale Imperium* ab *Occidentali.*

§. 3.

I. In muniendis *Imperii* finibus præcipua *Caroli M.* diligentia elucet cum enim primò assiduè cum *Saxonibus*, nec rarò de finibus, aut occasione contiguorum finium decertandum esset, dispositis per congrua confiniorum loca præsidiis, incursiones coërcuit; memorante *Eginhardo*; & castella passim extruxit, è quibus aliqua ad magnarum urbium celebritatem evecta sunt. Hâc diligentiâ, cui armorum perpetua felicitas robur addidit, factum est, ut *Saraceni Turcique* jam tum nimium valentes, frustra molirentur pleraque. Habuit ista virtus insecutis temporibus sua intervalla, & ex otio subinde resuscitata est, sed interpositis magnis detrimentis. Quando ergò de *Forma Imperii Carolini* quærimus, &, *An potestatem verè Regiam habuerit Carolus?* nihil est, quod sinat nos de ea re dubitare, si seponamus, quæ animis à vero devertendis vulgo valent. Primò enim, in universa Historia *Caroli*, nihil est. quod nos citra ambages & figuras doceat, Jura *Imperii* divisa fuisse inter *Carolum* & Proceres: Nicol. Myler. *in Archolog. de stat. Imperii priscâ origin. cap. 6. n. 5. & seqq & cap. 7. per tot. & c. 8. per tot.* Paurmeister *de iurisd. l. 1. c. 18. n. 6.* Deinde argumenta fortissima sunt isthæc: Leges tulit, privilegia dedit *Carolus* suo nomine: In judiciis supremo arbitrio nemini cessit: Magistratus & Præfectos solus constituit & destituit: bella suscepit & finivit: tributa indixit & remisit: Legatos misit suo nomine & recepit: fœdera inivit solus: Quantum ejus jus fuerit circa Sacra, ex Historia noscitur. Quæ omnia Jura Majestatis ordinaria esse, *supr. tit. 3. §. 9.* fusiùs docuimus: jungenda hîc sunt ea, quæ D. Bœcler. *in secul. 9. pag. 19. & seqq.* tradit. Marq. Freherus φιλοπόνημα de statura *Caroli M.* Imperatoris edidit, *in repræsentat. S. Rom. Imperii, tractat. 15. pag. 629.* Sub hoc *Imperatore*, illa, quam vocant, *translatio celebris Imperii Romani ad Germanos sive Francos*, facta est: de qua copiosè hactenus & securè plerique philosophantur. Nos cum Bœclero nostro (*ibid. pag. 22.*) historiam summatim proponemus, verbis Eginhardi *ex Annal. an. 801.* ubi, *Karolus autem* (inquit) *cum die sacratißima Natalis Domini ad Missarum solennia, Basilicam beati Petri Apostoli fuisset ingressus, & coram altari, ubi ad oratio-*

*rationem se inclinaverat*, *assisteret*, *Leo Papa coronam capiti ejus imposuit*, *cuncto Romanorum populo acclamante*. KAROLO AUGUSTO A DEO CORONATO, MAGNO ET PACIFICO IMPERATORI ROMANORUM VITA ET VICTORIA. *Post quas laudes*, *à Pontifice more antiquorum Principum adoratus est*, *ac deinde omisso Patricii nomine Imperator & Augustus appellatus*. Intervenisse antea aliquam pactionem de tradendo Imperio, ex *Siffrido Presbytero*, *Godefrido Viterbiensi*, *Paulo Æmylio*, *& Annalibus Francorum*, prodit Dn. Bœcler. *ibid. pag.* 25. *& seq.* *Longobardorum* enim Dominatus usque ad *Caroli M.* ætatem duravit, qui prælio facto *Desiderium* Regem cepit, *Longobardosque* prorsus ex *Italia* ejecit: & posteà *anno* 801. *Imperator Occidentis & Romanus* factus est: sicque *Italiæ* Proceres *ei & in eum* omne Imperium suum & potestatem transtulerunt, ut olim *Populus Romanus* per *L. Regiam Octaviano Augusto* concesserat, Carpzov. *ad L. Reg. Germ. cap.* 1. *sect.* 8. *n.* 29. 30. 31. Quam tamen itá celebrem translationem non pauciores *Reipublicæ Germanicæ* hostes, valdè impugnare ausi sunt. Non recurremus ad Scriptores antiquiores: Præter Hugonem Grotium *lib.* 2. *de jur. bell. ac pac. cap.* 9. *n.* 11. & Davidem Blondellum, novissimè, herculè, & quidem anno demum superiori, lectum est scriptum Gallicum, cui titulus: *Dissertation Historique & Politique sur le traitté fait entre le Roy & le Duc Charles touchant la Lorraine.* In quod scriptum Bœclerus noster quasdam edidit *animadversiones*. *Gallus* autem iste, quisquis sit, *membr.* 4. omnibus probare & defendere nititur viribus, quòd *Imperium Romanum non potuerit transferri in Germaniam*: & quod *Imperatores Germanici tantum sint appellati Reges*: sed quàm miserè, ostendit incomparabilis noster Bœclerus *dict. animadvers. in script. Gallic. ad dict. membr.* 4. *& in Carolo M. pag.* 24. quo nos referrimus, & actum agere, alienaque pro nostris vendere nolumus. *Pontifex*, de quo hîc sermo est, *Leo III.* fuit: qui indignis modis ab adversariâ factione habitus ad *Caroli* nostri opem confugit, à quo cum restitutus esset, cogitare de referendâ *Carolo* gratiâ cœpit; Sigon. *de regn. Ital.* 4. Hujus *Pontificis* Epistolas ad *Carolum M.* Conringius *Ann.* 1655. denuò edidit, & notis illustravit. Cæterum in hoc caput *translationis Imperii* Scriptores Juris publici prolixè incubuerunt; ut, Arnisæus peculiari libello, *de translatione Imperii*: Petr. de Andlo *libr.* 1. *de Imp. Rom. cap.* 13. *& seq.* Lupold. de Bebenburg, *de jurib. Imperii Rom. cap.* 1. *pag.* 8. *& cap.* 3. *pag.* 18. *& cap.* 4. *pag.* 27. *& c.* 16. *p.* 108. *&c.* Joh. Fridr. Faust von der Stadt Franckfurt. § 72. *pag.* 87. Nicol. Myler. *in Archolog. de stat. Imperii priscâ origin. cap.* 6. Rupert. *in Orator. Historic. orat.* 23. *pag.* 1059. *& observat. in Besold. Synops. min. cap.* 17. *pag.* 627. Reinking. *lib.* 1. *de regim. sec. & eccles. class.* 2. *cap.* 4. Besold. *de jurisdict. Imperii Rom. cap.* 2. *& seqq.* Limn. *lib.* 1. *Jur. publ. cap.* 5. *& addit. tom.* 4. *&* 5.

Carpzov. *commentar. ad Leg Reg. German. cap. 2. sect.* 8. Jacob. Lampad. *de Republ. Rom. German. part.* 2. Joh. Wurmser. *exercit. jur. publ.* 1. *quæst.* 11. Æn. Sylvius *de ortu & authoritate S. Rom. Imperii, cap.* 10. Leonhard. Wurffbain JCt. Norib. *relat. histor.* 3. *per tot.* Fabian. Gustmeier. *in Feciali Germanico* novissimè edito, *libr.* 1. *cap.* 2. *&* 3. & alii innumerabiles: adversa itaque Antagonistarum opinio tam valida non est, ut sententiæ à tam multis celeberrimis Viris propugnatæ manubrium è manu, cum victoria, extorquere possit. Supersunt ad *suprà* ex *Eginhardo* enarratam translationis hujus historiam adhuc duo notabilia. PRIMUM, quod ex impositione coronæ in *Caroli* caput à *Leone Papa* factâ, minimè arbitrandum aut concludendum sit, *Imperium Romanum sub vel à Pontifice esse*, Petr. de Andlo *lib.* 2. *de Rom. Imperio, cap.* 4. 5. *&* 9. Lupold. de Bebenburg. *de Juribus Imperii Roman. cap.* 8. *pag.* 52. *& cap.* 9. *pag.* 58. *& cap.* 12. *&* 13. *pag.* 74. *&* 91. *& cap.* 14. *pag.* 98. *&c.* Fritzius *de elect. Rom. Regis. porism.* 6. adde Auctorem *Comitiolog. Ratisbon.* 1654. *part.* 2. *dissert.* 2. *pag.* 78. Reinking *d. lib.* 1. *class.* 2. *cap.* 4. Besold. *de jurisdict. Imperii, cap.* 5. Limn. *lib.* 2. *jur. publ. cap.* 4. *& addition.* Carpzov. *de L. R. d. cap.* 2. *sect* 5. 6. *& seqq.* Joh. Wurmser. *dict. exercit.* 1. *quæst.* 12. *&* 13. Conring. *in libro de Imperio Germanorum Romano cap.* 7. 8. *& aliquot seqq.* ubi totam hanc rem tractatam est reperire, distinctis diligenter, quæ confundi solebant. Dn. Bœcler *in secul.* 9. *pag.* 23. *&* 24. Ubi quærit, *an omnino nova aliqua potestas in urbem Romam à Pontifice in Carolum cum Imperatorio titulo sit translata?* Resp. ex Chronico *Moissiacensi* vetustissimo: ecce, rem habebat, nomen tantum accessit: & plures alii. SECUNDUM notabile est, tergeminum istud nomen: *Sacrum Romanum Imperium.* In *tit.* 8. §. 2. *&* 5. in Sacratissimorum *Romanorum Imperatorum* prædicata quædam observavimus, quæ *Sacrum Romanum Imperium* ipsis largitur. Hìc verò de ipso *Sacro Romano Imperio* plura superaddere liberet, nisi majoris experientiæ & nominis Viri nos prævenissent: de quibus prædicatis & elogiis (præter Petrum de Andlo *de Imp. Rom. Germ. d. l.* 1. *c.* 14. *& seqq. & l.* 2. *c.* 2. *& seqq.* Reinking. *d. l.* 1. *&* 2. *c.* 3. Besold. *de Jurisd. Imperii dict. c.* 2. *& seqq.* Dn. Limn. *d. lib.* 1. *cap.* 4. *&* 7. *& addit. tom.* 4. *&* 5. Carpzov. *de L. R. c.* 1. *sect.* 15. Joh. Wurmser. *exerc. jur. publ.* 1. *quæst.* 10. Dn. & Præc. m. Freinsbem. p. m. *de S. R. Imperii Elector. Diatrib.* 1. & alios) novissimè Fabian. Gustmeier. *in Feciali German. lib.* 1. *cap.* 1. & Bœcler. noster, *in vindic. S. R. J. contra Blondellum*: Ubi (1.) quoad nomen *Sacrum*, illius tituli seu elogii originem ad seculum duodecimum, & quidem ad tempora *Friderici I.* refert. In privilegio (*inquit pag.* 2.) quod *Fridericus I. Imperator Henrico Duci Austriæ* dedit *an.* 1156. *Austria* appellatur cor & clypeus *Sacri Romani Imperii.* Et mox rerum, quatenus Dux esse debeat obnoxius *Sacro Romano Imperio*, vel non,

osten-

ostenditur; Goldast. *Constitut. tom. un. pag.* 302. Inde magis magisque (ut Dn. Bœcler. *ibidem pag.* 3. porrò scribit) frequentata est hæc formula, neq; post *Caroli IV. Auream Bullam*, in quâ aliquotiens habetur, ut & in aliis ejus scriptis publicis, facilè omissa: adeò ut ob imperitiam styli curiæ notandum se in hunc diem præberet, qui solennibus formulis abesse tam auspicatam & sanctam vocem pateretur; adde, quæ habentur *suprà tit.* 8. §. 5. *n.* 5. & apud Freinshem. *d. Diatrib.* 1. *de Elector. n.* 2. 3. & 4. & Limn. *ad Aur. Bull. procem. obs.* 13. & *cap.* 1. §. 2. *observ.* 13. (2.) Quoad nomen *Romanum*, Dn. Bœcler. *ibid. pag.* 14. & 15. ad Dn. Limnæum *in jure publ. & addition. tom.* 1. & *Capitulat. Caroli V.* nec non ad Besoldum & Speidelium *in thesaur. & specul. verb* Reich/ sese refert: & novem præterea rationes adfert. *Primò* Imperium dicitur *Romanum*, cum adjectione *Nationis Teutonicæ*: Das Römische Reich teutscher nation. *Secundò*, *Ottoni I.* cognom. *Magno*, & omnibus ab eo *Imperatoribus Germanicis*, imperium in urbem *Romam* in perpetuum quæsitum est, ut infrà *h.* §. 3. *n.* 2. amplius demonstrabitur. Knipschild. *de fidei-comm. nobil. cap.* 16. *n.* 26. *Tertiò*, quia id jus adhuc hodiè durat, docente Conringio *libr. de Germanor. imperio Roman. cap.* 13. ideò *Romani Imperii* titulum non absurdè sibi vindicat, cui *Roma subest*. *Quartò*, etiamsi per injuriam excidisset *Germania* imperio in urbem *Romam*, non esset tamen proptereà abstinendum titulo *Romani Imperij*. Carpzov. *defin. eccles. lib.* 2. *tit.* 25. *defin.* 417. *n.* 7. Knipschild. *de fideicomm. nobil. cap.* 6. *n.* 127. & *cap.* 14 *n.* 20. Myler. *delin. de stat. præcip. jurib. cap.* 11. *pag.* 64. *Quintò*, quia in *Romani Imperii* nomine aliquid singularis gloriæ & celebritatis fuit; ideò negari non potest, decus ejus gloriæ ad eos, tanquam per manus traditum & propagatum, pertinuisse & pertinere, quibus hæc appellatio communi quasi consensu attributa est & attribuitur. *Sextò*, id verò, non sine singulari divina providentia evenisse, facilè credunt, qui & divinitus prædictam celebritatem reliquiarum *Romani Imperij*, & multa non absque numine, quoad hoc negotium, gesta, denique verum rei totius & propagationis miraculum paulò altius meditantur. *Septimò*, illud quoque non in obscuro est: ex quo *Germanis* & *Ottoni* perpetuum urbis *Romæ* & *Italiæ* imperium datum, nullum fuisse regnum, quod opibus & auctoritate *Germaniæ* meritò potuisset anteponi: ut sic quoque celeberrimi imperii dignitas in sede incomparabili substiterit. *Octavò*, & quamvis nominum rationes sæpè consuetudo magis, quàm prudentia moderetur, non videtur tamen ad retinendam *Romani* nominis auctoritatem quicquam incitamenti defuisse iis, qui seriò intellexerunt & consideratunt, quæ hactenus dicta sunt. *Nonò*, quinimò ea ipsa publicè omnibus insita persuasio de *Romani Imperij* eminentia, sanctitate, perpetuitate, videtur perfecisse, ut per tot æmulationes & certa-

mina, duraret in hunc diem & pervigeret tanti nominis majestas, quod venerantur omnes foris *Christianæ* potestates: adeò, ut si cui *Christianorum* cætera potentissimo hic titulus accedere posset, citra omnem tergiversationem, primo illum loco positurus esset: sed prospectum est legibus moribusq;, quos *Deus* servet, ne tituli incomparabilis decus externis possit opibus accedere: adde, quæ leguntur. *suprà tit.* 8. §. 5. *n.* 4. & Lupold. de Bebenburg. *de jur. Imperij Rom. cap.* 15. *pag.* 101. *& capp. seqq.* & eundem Dn. Bœclerum *secul.* 10. *in Ottone M. pag.* 294. 295. *& seqq.* & Ant. Gunt. Fritzium, *de elect. Rom. Reg. dissertat.* 3. *& dissert.* 5. *quæst.* 1. & Freinshem. *d. diatrib.* 1. *de elector. n.* 5. *& seq.* (3.) Quoad nomen *Imperium Imperatoris* vox (ex quo constitutæ à *Cæsaribus* Monarchiæ accommodata est, initio in *Cæsare Dictatore* facto, in *Augusto*, firmato prænomine) semper deinde significavit *Romanum Principem*, non alium ullum: etiam absque adjectione *Romani* tituli. Per se enim *Imperator*, est *Princeps Romanus*; unde apud *Dion. Cassium*, ἐκ παραλλήλου dicitur, ὁ τῶν Ῥωμαίων ἀρχηγὸς καὶ κράτωρ. an aliud significavit, cum *Carolus M.* dictus est *Imperator*, cum *Otto Magnum*, eorumque successores? minimè gentium: hæc una significatio in ore, in animo fuit usque in hunc diem toti *Europæ*, & omnibus, quibus res *Europæ* penitius innotuerunt, si paucissimos excipias barbarè invidos. *Imperator* (inquit Dn. Bœcler. *in vindic. S. R. J. contra Blondellum, pag.* 45.) & *Imperium*, semper significavit *Romanum Imperium*: & *Germanici Imperatores*, ii intelligebantur, qui in dignitatem ejus *Imperii*, quod *Romanum* vocatum est, successerunt: Nostrum *Imperium*, etiamsi hoc quoq; nomine citra omnem quoque controversiam excellit, altiore tamen auspicio appellationem suam absolutè & absque adjectione, metitur: Bœcler. *ibid. pag.* 46. adde quæ *suprà, tit.* 8. §. 2. *n.* 1. dicta sunt: & Freinsh. *d. diatr.* 1. *n.* 8. *&* 9. *Ludovicus Pius* jure hereditario *Imperium* ad posteros transtulit. Carpzov. *comment. in L. Reg. Germ. cap.* 1. *sect.* 8. *n.* 39. vix enim biennio præfuerat *Imperio*, cum majorem natu filium *Lotharium*, consortem *Imperii* assumit, *Augustum* appellat, coronatque. E cæteris, alterum (*Pipinum*) *Aquitaniæ*; alterum (*Ludovicum*) *Bajoriæ* Reges dat. Ea partitio confirmata est jurejurando Optimatium in Conventu *Noviomagensi*, quarto post anno. Facta quidem hæc sunt, exemplo *Caroli*, qui non tantum Regna filiis partitus erat, sed ad extremum etiam *Ludovicum Imperii* sui consortem asciverat: sed improsperè cessit consilium: divisaque Imperatoriâ auctoritate in duos, animi simul civium ac populorum distracti sunt: hinc semina turbarum, *Imperio* toti fatalium; Dn. Bœcler. *in Ludovic. Pio, pag.* 53. *& seqq.*

Sub *Lothario I.* tale fuit tempus, quo *Imperium Francorum* verè in partes divisum est. Licet enim sub *Carolo M.* quoque, & *Ludovico Pio*, plures

essent

eſſent Reges; ſummâ tamen rerum unus potiebatur, qui aſſumpto quidem
libera voluntate ſocio *Imperii* jubere cæteris, quæ publica utilitas poſtu-
labat, poterat, niſi quatenus ſcelus filiorum *Ludovici* adverſus Patrem, ju-
ris illius harmoniam conturbavit: nunc penitus tria Regna, ex omni tra-
ctatus publici formula obſerves licet. Hinc triſtis ſanè hîc dicendorum
exoritur ſeries: ſi ad fines *Imperii* reſpicimus, extrema dehoneſtantur,
*Normannisque* & *Saracenis* præſertim in prædam cedunt: neque ſatis eſt, ex-
trema nominare, interiora quoque diviſui & direptui habentur: adeò ve-
rum eſt, *civilia armaneque parari neque haberi per bonas artes*; Dn. Bœcler.
*in Lothar. I pag.* 103. *& ſeqq.* Sub *Ludovico II.* ante omnia controverſiam,
de nomine *Imperatorio* motam per *Baſilium Macedonem Conſtantinopolita-
num Imperatorem*, attingit Dn. Bœcler. *in Ludov. II. pag.* 129. *& ſeqq.* Cum
enim *Hadrianus Pontifex* Legatos cum literis *Conſtantinopolim* miſiſſet, &
*Ludovicum* nominaſſet *Imperatorem*; *Baſilius* nomen *Imperatoris* liturâ indu-
ci juſſerat, annoque inſequenti cum ipſo *Ludovico* per Legatos de omitten-
dâ illâ appellatione contentionem ſuſceperat: edidit reſponſionem *Ludovi-
ci* Goldaſtus *in Conſtitution. tom.* 1. *pag.* 195. Non erat recens *Græcorum* in
*Francos Germanosque* invidia, nec levibus illa quidem acceſſionibus aucta,
cum *Carolus M. Francorum Rex*, *Imperatoris* appellationem ſuſcepiſſet: ſed
opes *Caroli M.* & *Ludovici Pij*, facilè continuerunt æmulorum arrogantiam.
Sub *Lothario* minui viderunt formidabilem illam *Imperii* molem; ità ut ad
*Ludovicum II.* exigua totius fati portio perveniret. Hic ergo opportunus
viſus eſt, in quem æmulatio ſuas vires experiretur: cum præſertim *Baſilius*,
homo bellicoſus, altiora ſpiraret. Ità de manu in manum tradita inter
*Græcos Imperatores* adverſum *Francos Germanosque* invidia, ad ipſum usque
excidium *Græci Imperii*, mirâ & infelici pervicaciâ, perduravit. Quin *Ca-
rolus Calvus* non parum iminuerit dignitatem *Imperatoriam*, quando ſuffra-
gationem *Pontificis* quodammodo emit, negari nequit: cui ſcenæ ſtrenuè
ſervivit *Pontifex*, cum *Imperatorem* ſibi juratâ fide ad auxilia ferenda obliga-
ret, ejusque electionem *Synodi Romanæ* decreto ſplendiſſimè confirmaret;
L. 1. Bœcler. *in Carolo II. pag.* 164. Tempore *Ludovici Balbi*, *Imperatoris* no-
men & dignitatem magnoperè eviluiſſe manifeſtum eſt: in *Italia*, verbis
potius quàm reipſa, *Ludovicus* hic *III.* aliquid juris vindicabat: Patrueles ſu-
os metuere & conciliare cogebatur: domi non deerant factiones, rebel-
liones, incurſiones hoſtiles. Apud Dn. Bœcler. in *Ludovic. Balb. pag.* 175. *&
ſeq.* duo præcipuè monumenta ſunt, quibus Status Reipubl. qualis hoc
tempore fuit, accuratè deſcribitur. (1.) Epiſtola *Hincmari*, quâ ſuum Illi
de pacifica Regni adminiſtratione conſilium ſuggerit, oſtendendo ſcopu-
los, ad quos facilè impingi queat, Andr. du Cheſne, *tom.* 2. *pag.* 475.

(2.) Acta conventus *Furonensis*, quæ apud Eundem *Andr. du Chesne* inscribuntur ad *an.* 879. in *Annalibus Bertinianis*, 878.

*Caroli Crassi* temporibus illud certè perinsigne fuit, quod in eum tot Regna, de quibus olim & hactenus armis ferè certatum erat, ultrò & spontè confluxerunt: in ipsa autem tam vasti *Imperii* gloria, ignominiosum fuit, *Nortmannos* per vitalia Regnorum grassantes, novis subinde pactionibus & mercedibus demereri potius, quàm virtute perdomare. Motus *Pannonicos* sub *Carolo Crasso* exortos, vehementissimos illos quidem & cruentissimos, accurate designat Freherus *in Supplemento Annal. Fuldens.* addatur *Aventinus*, & Scriptores rerum *Hungaricar.* vide Dn. Bœcler. *in Carol. Crasso. pag.* 184. 185. & 186.

Qualis fuerit Reipublicæ Status post *Caroli Crassi* mortem: sub *Arnulfi* initia, Asser Menevensis *in vita Ælfredi Anglorum Regis*, memorabili descriptione exequitur, quæ ap. Dn. Bœcler. *in Arnulf. pag.* 197. & *seqq.* legenda, cui placet. Prætereunda hîc non sunt quorundum Pontificum Romanorum odia in *Imperatores* hujus seculi noni, ab excellenti Joh. Frischmanno, qui *Christianissimi Regis* nomine *Argentorati* nunc residet, sueto sibi genere scripturæ, quasi ad veterum *inscriptionum* exemplar efficto nuper relata:

*Caroli M. posteris se inter & vicinos Normannos discordibus*
*Gravior illata eorum Imperio injuria,*
*Demto iis & in S. P. Q. R. ac Clerum transmisso jure,*
*Romanos liberè sciscendi Pontifices,*
*Cœpto Nicolai I. perfecto Adriani III. decreto,*
*S. P. Q. Romano, Ecclesiæ, ipsis exitiali Pontificibus,*
*Per septuaginta & ultra annos, grande ævi spacium,*
*Continuo Sedem ambitu turbantibus.*

Quæ odia & injuriæ Pontificum inter primarias diminutionis *Imperii Rom.* causas referuntur, à Reink *lib.* 1. *class.* 2. *cap.* 8 Limn. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 37. Myler. *delin. de Statuum præcip. jurib. cap.* 7. & Auctore *Comitiolog. Ratisbon.* 1654. *part.* 4. *dissert.* 8.

II. In *Ludovico IV.* ante omnia periodi *Carolinæ* fatalis terminus notandus meretur. *Carolus Crassus*, *Carlomanno* & *Ludovico* fratribus superstes, unicus fuit, cum *Carolo Simplice Ludovici Balbi* filio, de stirpe *Caroli*: nam *Arnulfus Carlomanni Germanici* filius, qui post *Carolum Crassum*, ut audivimus, imperavit, ex concubinâ ortus erat: ut & *Carlomannus* ac *Ludovicus Francici, Ludovici Balbi* filii: qui & ipsi tamen mortui sunt acerbo exitu:

dum

dum *Ludovicus* quidem lusu puellam insequens, impetu equi humili ostio illatus corruit, *an.* 882. *Carlomannus* autem in venatione imprudentis ministri vulnere sternitur; *an.* 884. Supererat ergò unicus de radice *Carolina* surculus, *Carolus Simplex*; huic quoque *Imperium* factionibus adimitur. Dn. Bœcler. *in Carolo III. pag.* 183. Quâ occasione *Paulus Æmylius*, eleganti excessu, stirpium & familiarum augmenta & detrimenta considerat, ac de Carolino genere ità loquitur: *Pectoris vigor fuit in Pipino Crasso, ignea mens in Carolo Martello, numen propè ipsum in Pipino Rege, animus orbis terrarum ac cœli capax in Carolo M. eo Rege Augustoque Franci in summo constitêre. Ludovicus Pius paterna magnitudine multò fuit inferior. Calvus propior adhuc laudi quàm vituperationi. Balbus brevitate Regni ac Imperii est obscura memoria. In Simplice consenuit majorum gloria, & nova nobilitas, industria sibi viam in solium patefecit apud Francos: id quod etiam apud Germanos accidit in alia ejusdem Caroli M. progenie. Carolus Crassus Augustus nullo exemplo curatorem habuit fratris filium Arnulfum Augustum.* De hinc *Ludovicus IV. Arnulfi* filius (cui quidem de nomine Imperatorio lis fuit mota, Dn. Bœcler. *in secul.* 10. *in vit. Ludovici IV. pag.* 214. *& paucis seqq.*) Imperium adeptus est. Congruit autem in hujus *Ludovici* tempora tota malorum Ilias: justissima inde Ipsi rebus magnis causa fuisset, nisi vires temporaque (in adolescentia enim defunctus est) defuissent. Stirps *Carolina* in hoc *Ludovico* extincta fuit, ubi libera Regni administratio, jure gentium, ad populum vicissim rediit, Carpzov. *comment. in L. Reg. Germ. cap.* 1. *sect.* 8. *num.* 40. Imperium *Occidentis* enim ad *Francos* translatum, in *Pipini* seu *Caroli M.* stirpe hereditarium planè erat, Carpzov. *ibid. cap.* 11. *sect.* 1. *num.* 1.

Post mortem *Caroli Crassi* in partes ivisse illum contextum *Imperii*, modò parumper ostendimus. Italia variis motibus contra *Arnulphum* & *Ludovicum* tumultuata, inter *Widonem*, *Berengarium*, *Lambertum*, *Ludovicum Bosonis*, distrahebatur. *Conradi* autem tempore *Berengarius* regno *Italiæ* solus potiebatur, jam ab *an.* 902. quin & *an.* 915. *Pontifex Imperatorem* eum unxit, commemorante amplius Sigonio *de regn. Ital. lib.* 6. Hinc est, quod *Conrado* nihil negotii in *Italia* fuisse tradit Conring. *de Germanorum Imperio Romano cap.* 9. non dimissam tamen fuisse curam vindicandi juris, ex Ekkardo juniore *de casib. Monast. S. Galli cap.* 1. discimus; qui *Hattonem Archi-episcopum Moguntinum* in *Italiam*, per hæc tempora ivisse, exacturum jus regium, & ab *Italia* ditissimum rediisse, auctor est. *Gallia Arnulphi* majestatem comiter conservaverat: sed *Conrado* imperante, seorsum sibi consuluit: imò *Carolus Simplex*, cùm *Hungaricis* & intestinis bellis fatigari rem *Germanicam* animadvertisset, *Lotharingiam*, Germanici juris per *Ludovicum Ludovici Germanici* filium factam, recuperavit, regnoque *Galliæ* adjecit;

jecit, *anno* hujus seculi *sexto decimo*, si *Æmylio* credimus: nam alii 915. seu potius 912. malunt, Dn. Bœcler. *secul.* 10. *pag.* 227. *& seq. & animadvers. in Script. Gallic. membr.* 1. 2. 7. 8. *&* 9. Has æmulationes & discordias *Italorum, Gallorum, Germanorum*, occasione deficientis stirpis *Carolinæ*, coortas, in animo habuit haud dubiè *Otto* ille *Saxonicus*, cum senectam suam Imperatoriæ dignitati inter contentiones vindicandæ imparem judicavit, & *Conradi* vigorem commendavit. Ex quo, Populus & Proceres *Germani* in electione *Conradi* valdè erant solliciti, ut Imperium committerent idoneo & tali, qui rectè & justè sciret Rempublicam administrare. Carpzov. ad *L. Reg. Germ. c.* 1. *sect.* 8. *n.* 41. *&* 42. Verùm huic consilio plurimum intercesserunt domestica dissidia: florebant enim magni spiritus Principes, qui *Conrado* delatum in omnia regimen, animo parum æquo ferebant, de quibus dissidiis aliisque malis Dn. Bœcler. *d. secul.* 10. *pag.* 228. 229. *&* 230. His tot malis concurrentibus, consilium vindicandæ *Italiæ*, & asserendæ in ea dignitatis Cæsareæ, necesse fuit interverti: quanquam de jure ipso nihil decessisse, non abs re disputat Johannes Nauclerus, *generat.* 31. *in reb. Conradi.* Cæterum (quoad ulteriorem status notitiam) Proceres Imperii summum ejus decus, non nisi sub certa pactione & lege, in *Conradum* contulerunt, cujus inter alia membra etiam hoc adjiciebatur, ut *Conradus* quidem *Imperator* salutaretur, & sceptrum teneret, summa tamen rerum gerendarum administratio penes *Ottonem* esset. Hæc pactio in electione *Conradi* nata, in Imperio recepta & confirmata est, ità ut subsequentes *Imperatores* sub eadem lege ad solium regale admissos, & Imperium eo tempore, electivum factum esse, conjecturare liceat, Carpzov. *ad L. Reg. d. c.* 1. *sect.* 8. *n.* 43. 44. *&* 45. *& cap.* 11. *sect.* 1. *per tot.* Nicol. Myler. *de stat. priscar. orig. cap.* 9. *n.* 1. 2. Henricus traditis jussu *Conradi* insignibus *Imperii* Successor constitutus, & mox consensu Procerum comprobatus est: Carpzov. *ibid. d. c.* 11. *sect.* 1. *num.* 6. Apud *Godefridum Viterbiensem* (qui duobus amplius seculis post *Henricum Aucupem vixit*) κειμήλια seu Insignia Imperii ità recensentur, & ambitiosâ Philosophiâ explicantur:

- - *Crux, Ensis, Sceptra, Corona,*
*Lancea, Palla.* - - - -

quibus quid accesserit, sequentia tempora docent, vide *supr. tit.* 8. §. 5. *n.* 3. *p.* 179. *in fin.* & Martin. Zeiller. *in Itinerar. Germ. p.* 106. & Contin. *p.* 58. *in fin.* & Limn. *lib.* 1. *de jur. publ. c.* 14. *lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 8. *& c.* 35. *n.* 13. & Knipschild. *de jur. civit. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 8. *& cap.* 38. *n.* 53. & iterum Limn. *ad Aur. Bull. procem. observ.* 27. Factum jam *Imperatorem* multæ exceperunt turbæ, de quibus Dn. Bœcler. *d. sect.* 10. *pag.* 247. *in fin. & seqq.* & Joh. Cunrad. Dieterich *in histor. Henrici, th.* 6. *pag.* 27. *Lotharingiam*, à corpore *Imperii* Ger-

*Germanici* per *Carolum Simplicem* Galliæ Regem avulsam, recuperat, viceſſionis obtinet, eidemque pacandæ *Eberhardum* præficit, Joh. Cunrad. Dieterich *ibid. th.* 7. *pag.* 32. *&c.* & Dn. Bœcler. *ibid pag.* 251. *&c. & animadverſ. in Script. Gallic. dd. membr.* 1. 2. 7. 8. *&* 9. Conring. *commentar. de finib. cap.* 6. *Hungaros* aſſiduis incurſionibus *Germaniam* expilantes, circa *Mersburgum* ingenti ſuperat clade, cæſis & profligatis 40000, tranquillitatem *Germaniæ* reddit, Joh. Cunrad. Dieterich *ibid. th.* 8. *pag.* 35. *& ſeqq.*

Circa ſtatum Reipublicæ ſub *Ottone I.* quatuor potiſſimum memorabilia conſideratu digna ſunt. *Primùm*, quod à patre *Henrico* ſucceſſor nominatus, inſigni pompâ *Rex Germaniæ Aquisgrani* ſalutatus ſit: quam inaugurationis cæremoniam, Bœcler. noſter. *in Ottone I. pag.* 281. & Johann Cunrad. Dieterich *ibid. theſ.* 2. *pag.* 17. *& ſeqq.* prolixè deſcribunt. Cæterum de publica hac *Romanor. Imperatorum* conſecratione & coronatione (præter *ſuprà tit.* 4. §. 8. *artic.* 37. *& h. tit.* 11. §. 2. *num.* 1. ibi, *inter leges Caroli Craſſi*) generaliter legi poſſunt Petr. de Andlo *libr.* 2. *de Imperio Roman. cap.* 5. *&* 6. Hieronym. Balbus *in libr. ſingulari de coronatione ad Carol. V. Imperatorem*. Reinkingk. *lib.* 1. *de reg. ſec. & eccleſ. claſſ.* 3. *cap.* 8. Dn. Limn. *libr.* 2. *de jur. publ. cap.* 3. *num.* 29. *& ſeqq. & cap.* 4. *& lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 7. *& cap.* 16. *num.* 16. *& ſeqq. & obſervat. ad Aur. Bull. prooem. obſ.* 36. *& tit.* 1. *&* 2. *&* 26. §. 4. *& tit.* 28. §. 5. *& ad Capitulat. Caroli V. artic.* 30. *pag.* 306. *& plurib. ſeqq. Rudolphi II. art.* 31. *pag* 519. *& Matth. art.* 38. *pag.* 573. *& Ferdinand. III. art.* 39. *pag.* 727. Beſold. *de ſucceſſ. regn. libr.* 3. *diſſert.* 1. *& in theſaur. pract. verb.* Franckfort. Carpzov. *ad L. Reg. Germ. cap.* 2. *ſect.* 9. *& c.* 3. *ſect.* 3. *num.* 12. *& ſeqq. & cap.* 11. *ſect.* 10. Knipſchildt *de jur. civit. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 9. *& cap.* 14. *num.* 15. Joh. Frideric. Fauſt. von der Stadt Franckfurt/ §. 73. *pag.* 93. §. 94. *pag.* 127. §. 108. *pag.* 255. §. 109. *pag.* 328. §. 110. *pag.* 360. §. 121. *pag.* 470. Triplici olim coronâ (*Germanicâ*, *Longobardicâ*, *& Romanâ*) Rex Romanorum in Imperatorem promovendus, coronari ſolebat. Eorum (qui *Romæ* à Pontifice Imperatores coronati ſunt) elenchum exhibet Joan. à Chokier *Schol. in primar. prec. Imperat. ſect.* 1. *num.* 18. Sed duæ poſteriores hodiè ab aula planè receſſerunt. Etſi veró expeditio Romana poſt *Carolum V.* à ſubſequentibus Imperatoribus omiſſa fuerit, quod ſcilicet nihil realitatis per Pontificis coronationem dignitati Imperatoriæ accedere eosque ſumptus adverſus Imperii hoſtes utiliùs erogari poſſe putârint, Carpzov. *de L. Reg. Germ. d. cap.* 2. *ſect.* 9. *num.* 31. Fritzius *de elect. Rom. Regis Poriſm.* 1. *&* 2. adeoque hodiè expeditionis iſtius uſus verè nullus exiſtat, manſit tamen nihilominus ſumma militum taxata à ſtatibus Imperii in caſu neceſſitatis præſtanda. Quin & hodiè communiter ferè contributio ſecundum expeditionem Romanam, nach dem Römerzug/ in pecunia numerata

merata præstari solet Limn. *de jur. publ. lib.* 4. *c.* 7. *n.* 50 *& seqq.* Carpzov. *ad d. L. Reg. cap.* 8. *sect.* 6. quò pertinent collectæ & assistentiæ contra Turcam. Joh. Hieronym. Im Hoff *singular. polit. cap.* 46. *& seqq.* Præliminar. Discurs, was bey dem Reichstag 1663. vermög der Käyserl. proposition zu deliberiren vorkommen möchte.

*Secundum*, memorabile est, internecio *Hungarorum* totalis ad *Lycum* amnem, quam ipsi *an.* 955. perpessi sunt, Dn. Bœcl. *sec.* 10. *in Ottone M. p.* 329. & Joh. Conrad. Dieterich/ *in ejusd. Imperatoris historiâ, thes.* 8. *p.* 90. *& seq.*

*Lotharingi* (quod *tertium* memorabile esto) mobili homines ingenio, rebus novis studendum rati, dum novi Regis auctoritas inter discordias domesticas fluctuat; *Ludovicum Transmarinum Galliæ Regem*, Ducem rebellioni suæ quærunt; quem multa conantem *Otto* armis consiliisque submovet, & *Lotharingia Ducatum Brunoni* fratri suo, *Archiepiscopo Coloniensi*, cum seculari potestate tradit, qui primus jurisdictionem exercet secularem, Dn. Bœcler. *ibid. pag.* 310. *& animadv. in Script. Gallic. dd. membr.* 1. 2. 7. 8. *&* 9. & Joh. Conr. Dieterich/ *ibid. th.* 12. *pag.* 123 *& seqq.*

Debemus omninò, pro *quarto* memorabili, ad hunc rerum *Ottonis M.* Contextum adjungere res *Italicas. Otto* noster, *Berengario, Longobardorum Rege*, aliisque Tyrannis expulsis, totam *Italiam* à *Caroli* posteritate deperditam; & errore hactenus velut circumactam, *Romano Imperio* in perpetuum recuperavit, & à tyrannis felicibus armis vindicavit: ex quo, in tam verè *Magno Imperatore* per *Cæsareum* titulum *Germania* imperium aliquod summum perpetuum in urbem *Romam*, *Papam*, ac Patrimonium *Ecclesiæ Romanæ* accepit, Conring. *de Germanor. Imperio Rom. cap.* 10. *& seq.* Rupert. *observ. in Besold. Syn. min. cap.* 18. *pag.* 647. *& seqq.* Dn. Bœcler. *in Ottone M. pag.* 315. *& seqq.* Joh. Conrad. Dieterich/ *ibid. pag.* 96. *& seqq.* unde rectè Teutonici Proceres apud Guntherum *in Ligurini libr.* 1. *pag.* 17.

*Nos quibus est melior libertas, jure vetusto*
*Orbe suo: quoties vocat inclyta Principe sedes,*
*Quodlibet arbitrium statuendi Regis habemus:*
*Ex quo Romanum nostra virtute retemptum,*
*Hostibus expulsis, ad nos justissimus ordo*
*Transtulit imperium, Romani gloria regni.*
*Nos penes est, quemcunque sibi Germania Regem*
*Præficit, hunc dives submisso vertice Roma*
*Suscipit, & verso Tiberim regit ordine Rhenus.*

Videatur etiam, quibus placet, novissimè Nicol. Myler. *in Archolog. de stat. Imperii priscâ origin. cap.* 9. *n.* 1. *&* 2. *& de eorundem præcip. jurib. c.* 9. *per*

*per tot.* *Ottone* II. imperitante, in persequendo *Henrico Bavaro*, *Bohemicum* bellum interponitur: subinde *Gallicum*: posteà *Slavicum*, atque sic deinceps res *Italicæ*: quibus disquirendis nunc non est locus: videatur omninò Dn. Bœcler. *in Ottone II. pag.* 353. *& seqq.* Quomodo *Itali* occasione mutati *Principis* libertatem recuperare, consulatus in civitatibus instituere, privatas turres in urbibus ædificare, aliaque seditiosius moliri cœperint, apud Sigonium *lib.* 7. *de regn. Ital.* videre licet.

*Ottonis III.* in ordine *Imperii* successio controversia non caret: *Henricus* enim *Bavarus* Henrici (qui *Ottonis M.* frater fuit) filius, extincto *Ottone II.* sibi vindicare *Imperium* cœpit: tutelam pueri *Ottonis*, de quo hîc sermo, ad se lege pertinere contendebat; inde Regnum palàm ambiebat: *Magdeburgensi* primum conventu, occasione *festi palmarum*, instituto, postea *Quedlinburgensi paschate* à sua factione Rex appellatus est. Sed ivit obviam pars Procerum melior his conatibus, & armis snmtis extorsit *Henrico Ottonem* puerum, quem rapuerat, matrique *Theophaniæ*, & aviæ *Adelheidæ*, sive potius *Imperio Imperatorem* reddidit. Administrationem Imperii in pueritia *Ottonis* multum debuisse matri & aviæ ex iis, (quæ Bœclerus noster *in Ottone III. pag.* 366. *& seqq.* curiosè, ut solet, & fideliter tradit) nobis constat. Ad hæc tempora denique refertur vulgò *Electorum Principum* origo, tanquam illi vel ab *Ottone III.* vel à *Pontifice*, idque vel vivo *Ottone*, vel post obitum ejus, instituti sint. Statim enim, ut in rebus commentitiis fieri solet, variè differunt: instituitque prolixam de hac re disputationem Baronius *ad annum* 996. §. 38. *& seqq.* contra quem multi hactenus scripserunt: nuper etiam Dn. Limn. *in Capitulat. Caroli V. artic.* 28. *pag.* 291. *& seqq. plur. & in Capitul. Ferdin. III. artic.* 50. *pag.* 746. *& seqq. & observat. in Aur. Bull. cap.* 1. *&* 2. *& cap.* 4. *& passim. & de jur. publ. lib.* 2. *cap.* 3. *& lib.* 3. *cap.* 1. *cum addit.* Noti sunt, qui de argumento toto scripti sunt alii plures libelli; ut Goldast. *in polit. imperial.* Onuphr. Panvin. *de Comitiis Imperatoris*, Petr. de Andlo *de Imperio Rom. lib.* 2. *cap.* 2. Christoph. Gevvold. *Commentar. de electoratu.* Joachim Cluten *Dissertat. de Comitiis Electoral.* Hieronym. Balb. *de coronat. pag.* 27. Conring. *de Septemvir. S. Elect.* Nicol. Cisner *in opuscul. lib.* 1. *pag.* 11. *& seqq.* Anton. Gunter Fritzius *de election. Rom. Reg. per tot.* Just. Asterius *in exam. Comit. Ratisbon.* 1636. *& Comitiolog.* 1654. Reinkingk *lib.* 1. *de reg. sec. & eccles. class.* 3. *cap.* 3. *& seqq. & class.* 4. *cap.* 7. Carpzov. *ad L. Reg. Germ. cap.* 10. *sect.* 5. *& seqq. & cap.* 11. *per tot. & in volum. disput. Histor. Polit. iurid. disput.* 3. *& disputat.* 8. *&* 9. Besold. *de success. regn. lib.* 2. *dissertat.* 3. *& Synops. Polit. lib.* 1. *cap.* 5. Wurmser. *exercit. Academ.* 2. *per tot.* Jac. Lampad. *de Repub. Rom. Germ. part.* 2. *cap.* 4. *pag.* 103. Reinhard. König, *de orig. Elector.* Martin. Titius *de origin. Elector.* Joh. Paul. Win-

dek, *de orig. Elect.* & novissimè Nicol. Myler. *in Archolog. de Stat. Imperii priscâ origin. cap. 9. num. 3. & seqq. & cap. 10. & 11.* & Joh. Friedr. Fauſt von der Stadt Franckfurth §. 92. *pag.* 111. & Dn. Bœcler. *comment. ad Plin. Paneg. de Trajan. cap. 3.* tandemque Joh. Theod. Sprenger, *in Tacit. axiom. lib. 1. cap. 47. pag. 177.* & Dn. & Præc. m. Joh. Freinshem. p. m. *Diatrib. de S. Rom. Imp. Elector.* & Dn. & Præc. m. Matth. Bernegg. p. m. *disp. de jure eligendi, &c.* 1627. Resp. *Paul* Stettner. quorum plerique, imò ferè omnes, *Collegium Septemvirorum* non certo aliquo *Imperatorum* vel universi *Imperii* decreto introductum fuiſſe, ſed tacito Principum Imperii conſenſu paulatim irrepſiſſe, putant, interveniente longi temporis curſu, quo validior nullus eſt titulus, donec tandem per *Carolum IV.* in *Aureâ Bullâ* confirmaretur. Cæterùm de Principum *Germaniæ* eminentia & prærogativa ſingulari, ſuper alios *Europæ* Principes, quamplurimi rerum *Germanicarum*, Scriptores, partim à nobis *supr. tit. 1. §. 5. num. 1. & infr. tit. 12. part. 3. §. 15.* partim à Nicol. Ciſnero *in opuscul. lib. 1. pag. 9. & lib. 2. pag. 465. & seqq.* partim ab Henrico Salmuth *in resp. jur. pro matrim. Principis cum virgine nobili, pag. 2. & seqq.* partim à Nicol. Mylero *in delineat. & archolog. Princip. & Stat. Imperii*, copiosè allegati, legi poſſunt, adde Limn. *libr. 5. de jur. publ. cap. 1. cum addition. tom.* Coronidis loco quæritur, *Utrum Electio Successioni præferenda?* ℞. Quod ſui naturâ Electio præſtantior: ſed firmior & tutior ferè Succeſſio. Præter quamplurimos hac de re maximè legendi ſunt, Beſoldus *de success. regn. in prodromo*, ubi certamen prærogativæ, quod Electioni cum Succeſſione eſt, decernitur: & Cyriacus Lentul. *in August. pag. 360. & seqq.* & Limn. *ad A. B. cap. 1. §. 1. observ. 4. pap. 59.*

## *Sequitur pars secunda, de seculi undecimi Imperatoribus.*

### §. 4.

| | nat. | elect. | mort. |
|---|---|---|---|
| *Henricus* II. cogn. *Claudus & Sanctus.* | 972. | 1002. | 1024. |
| *Conradus* II. cognom. *Salicus.* - - | 9-- | 1025. | 1039. |
| *Henricus* III. cognom. *Niger.* - - | 1017. | 1039. | 1056. |
| *Henricus* IV. - - - - | 1051. | 1056. | 1106. |

Annorum hujus ſeculi annotatio, & genealogiæ ratio, petenda ex Ruperti *observat. ad Besold. cap. 18. pag. 652. & seqq.* Coincidunt in hoc ſequentes *Constantinopolitani Imperatores*: *Romanus Argyrus*, *Michael Paphlago*, *Michael Calaphatus*, *Constantinus Monomachus*, *Theodora*, *Michael Stratio-*

*zioticus*, *Isaacius Comnenus*, *Constantinus Ducas*, *Romanus Diogenes*, *Michaël Ducas*, *Nicephorus Botoniates*, & *Alexius Comnenus*: de quibus omnibus iterum Rupertus *observ. in Synops. Besold. minor. cap.* 16. *pag.* 607. & *seq.* legendus.

§. 5.

Ad latas hujus seculi *Imperatorum Constitutiones* nunc ordo nos vocat. *Henrici* II. Responsum, *quod Imperator non debeat in vindictam alicujus Principis bona subjectorum devastare*, extat apud Goldast *tom.* 1. *Constit. Imper. pag.* 227. Ejusdem Constitutionem, *de regalibus Romanæ Ecclesiæ concessis*, & Decreta *Comitiorum Altsletensium* vide *ibidem dict. pag.* 227. & *pag.* 230. Idem Imperator *an.* 1023. Constitutionem promulgavit, *de familiis Monasterialibus & Episcopalibus compescendis*, & *jurisdictione Prælatorum*, legendam *in tom.* 2. *pag.* 46.

*Conradus* II. laudabile edidit responsum, *quòd Imperator justitiam petentes audire & judicare, rebus relictis omnibus, debeat*, quod apud eund. Goldastum, *tom.* 1. *dict. pag.* 230. legitur. Ejusdem *Conradi* II. Decretum *in Papienses rebellionis reos*, *quòd Palatium Imperiale destruxerunt*: nec non Rescriptum perelegans, *quòd virtute hostes, & non fraude sint superandi*, extat apud eundem, *dict. pag.* 230.

Ab *Henrico* III. Constitutiones *de justitia & privilegiis Bambergensium Ministerialium*, habemus, in Goldast. *tom.* 1. *pag.* 231. Idem *Henricus* III. *an.* 1051. *Hagenoæ in Alsatia* Comitia habuit Imperialia, *de conventione pacis publicæ*: quorum Recessus tredecim paragraphos complectitur, & in Goldasti *tom.* 2. *pag.* 47. legitur.

Denique *Henrici IV.* (qui Imperio pluribus, quàm cæteri in hoc seculo, annis præfuit) varia rescripta, mandata, decreta, sententiæ, edicta, & recessus &c. *in eod. tomo primo, dict. pag.* 231. & *plurib. seqq.* Goldasti, reperiuntur, & à curiosis *ibidem* legi possunt. Quoad plures horum *Principum Constitutiones*, remittimus Lectores ad Goldasti *tomum tertium*, quo nos propter penuriam exemplarium (quorum vel unius solummodò potiundi omnis labor frustrà erat) hactenus carere oportuit.

Quoad jus verò Orientale, aliquot hujus seculi *supra* §. 4. enumeratorum *Imperatorum Constitutiones*, in *juris Orientalis libro* I. ab Enimundo Bonefidio, an. 1573. edito (quæ etiam in *Corpore nostro Juris Civilis* extant) Lectores invenient. Attaliatæ Michaëlis quoque *Synopsis Basilicorum* extat, cujus titulus *ποίημα νομικὸν ἢ τοι πραγματικὸν*, *Michaëlis Ducæ* Imperatoris jussu *anno* ejus Imperii *tertio*, circa *annum Domini* 1070. conscripta, *tomo secundo Juris Græco-Romani* inclusa à Leunclavio, à Frehero edita.

## §. 6.

Res quædam gestæ *Henrici II.* & *Conradi II.* à Ruperto, *observ. in Besold. Syn. minor. cap.* 18. *pag.* 652. *& seqq.* recensentur. *Senatus-Consultum Romanum De Lege Regia*, quâ an. 1040. à Papa Senatu Populoque Romano jus omne & potestas *Henrico III.* Imperatori & in eum collata est; item de electione Romani Pontificis, & investituris Episcoporum &c. in Goldasti *tom.* 1. *pag.* 231. his verbis legitur: *Negari non potest, quòd Pater Domini Regis Henrici pia memoria Henricus Imperator, factus est Patricius Romanorum, à quibus accepit in electione super ordinando Pontifice principatum.* *Huc accedit, quòd Nicolaus Papa hoc Domino Regi Henrico privilegium, quod ex paterno jam jure susceperat, præbuit, & per Synodalu insuper Decreti paginam confirmavit:* cujus Scoti mentionem *suprà titul.* 4. §. 2. *in fin.* quodammodò fecimus. Addenda quoque hîc ea sunt, quæ ab eodem Ruperto *in observat. ad Besold. dict. cap.* 18. *pag.* 654. traduntut.

*Henricus IV.* quinque annorum puer *Aquas* deductus, in *Caroli M.* & *Ottonis M.* tritavi sui solio collocatus est. Sed, ut Pontifices, *Caroli M.* posteris maximas intulerunt injurias, *suprà* §. 3. *num.* 1. *in fin. hujus titul.* 11. ita ejus *Henricici IV.* imperium *Hildebrandus* sive *Gregorius VII.* (*Imperatorum flagellum sævissimum, belli fax, seculi sui opprobrium, monstrum nulla virtute redemptum*) valdè labefactavit, vel pessundedit potiùs: pleraque ipse Besold. *d. cap.* 18. *in Synops. historic. tam major. quàm minor*: & Cluverus *in epitom. histor. pag.* 505. *& seqq.* te docent.

Ille ipse Imperator, cum adolescentiæ libertate venationi & luxui operam dare, Principes alios contemnere, Nobiles opprimere, ignobiles efferre, filias illustrium obscurioribus conjugare, præsidia, non iis quibus debuit, committere, & omnia licentius agere cœperat, omnium inde in se traxit odia, ita ut plerique Principes eum Regno, plerique vitâ privare studerent, plerique apud summum Pontificem maximis accusationibus & gravissimis querelis onerarent, ac de Simoniacâ pravitate redarguerent, Cuspin: *in vit. Henrici IV.* Unde cum Ordines Imperii in *Comitiis Forcheimensibus an.* 1077. propter immanem suam truculentiam ipsum deponere Imperio, ac novum Imperatorem certis quibusdam conditionibus præscriptis creare volebant, & Legatus Pontificius, qui fortè tunc ibi aderat, contradicere, eumque creandi modum ut omninò novum & insolitum oppugnare cœperat, non obstante ista Legati contradictione, causæ quædam, (quas, quòd injustè viguerant, deberet emendare) exceptæ fuerunt: *Una,* ut Episcopatus nec prece nec pretio corruptus daret, sed ut Ecclesiis electionem liberam permitteret: *Altera*, ut eligendi Cæsaris potestatem ordini-

bus

bus concedens, dignitatem Imperii minimè faceret hereditariam; Carpz. *ad L. Reg. Germ. cap.* 1. *sect.* 8. *num.* 47. Conring. *disp. de Septemvir.* Resp. *Henr. Wilhelm. Pape*, 1644. *thes.* 20. Quæ res quàm ingentes dederit turbas, loquuntur omnes illius ævi historiæ: etenim, cum saluberrimo instituto non exigua haberetur sanguinis ratio, hoc unico quasi repagulo, quo feroces Principum cohiberentur animi, remoto, & effrenem nacti Proceres potestatem, non potuêre non maximis omnia miscere motibus: dum enim quisque sibi ut digniori, potentiori aut opulentiori primas quoque in Republ. arrogare contendit, electi sunt eodem tempore plures, qui inter se commissi totam ferè *Germaniam* everterunt, accedente insuper etiam illâ *Pontificum* improbitate, de quâ paulò *anteà*; Conring. *dict. disp. de Septemvir. thes.* 21. De Tyrannis sive Imperatoribus adulterinus horum temporum, Strada *in Cæsar. pag.* 416. *& supr. tit.* 9. §. 19. Incidit in ejusdem imperium nobilis expeditio *Godefridi Lotharingiï* & *Bullioniï* Ducis contra impios & profanos, terram sanctam obtinentes: ad sexcenta millia peditum, & equitum centena millia armavit exercitum, quem rarò *Europa* nostra vidit: belli is eventus fuit, ut *Godefridus* victis hostibus terræ sanctæ primus Rex fieret, Just. Lips. *lib.* 1. *monit. & exempl. polit. cap.* 2. *monit.* 2. *ex* 4. Otho Frisingens. *lib.* 7. *cap.* 2. *& seqq.*

## *Tertia pars, in quâ seculum duodecimum.*

### §. 7.

| | nat. | elect. | mort. |
|---|---|---|---|
| *Henricus V.* - - - - | 1082. | 1106. | 1125. |
| *Lotharius II.* cogn. *Saxo.* - - | 1075. | 1125. | 1137. |
| *Conradus III.* cogn. *Suevus.* - - | 10-- | 1137. | 1152. |
| *Fridericus I.* cogn. *Ahenobardus & Barbarossa.* - - - - - | 1121. | 1152. | 1190. |
| *Henricus VI.* cogn. *Suevus.* - - | 1165. | 1190. | 1197. |
| *Philippus* cogn. *Suevus.* - - | 11-- | 1197. | 1208. |

De annis horum *Imperatorum* & genealogiâ, consulendus iterum Rupertus *in observat. ad Besold. hist. dict. c.* 18. *pag.* 657. *& seqq.* In hoc seculo duodecimo *Imperatores Constantinopolitani* occurrunt sequentes: *Johannes Comnenus*, *Manuel Comnenus*, *Alexius Comnenus*, *Andronicus Comnenus*, *Isaacius Angelus*, *Alexius Angelus*: videantur de his Joh. Cluverus *in epitom. hist. pag.* 519. *& seqq.* & Rupert. *in obs. ad Besold. syn. min. cap.* 16. *pag.* 609. *& seq.*

§. 8. Se-

## §. 8.

Sequitur *Nomothesia* hujus seculi. *Henrici V.* Decreta *Comitiorum Northusensium*: Edictum *de vindicandis injuriis in Imperii contumeliam illatis*: Ejusdem & Procerum Imperii Rescriptum *ad Henricum Imperatorem exauthoratum*: Edictum *contra impia & turbulenta decreta Paschalis Papæ & Conciliabuli Tricasini*: Rescriptum *ad Paschalem Papam, ut Ecclesiastici regalia & feuda sua Imperio ac Cæsari resignent, & decimis contenti in Ecclesia vivant*: Ejusdem pacta quædam cum *Papa Paschali de juribus Imperij & Ecclesiæ*: & Edictum *ut Archiepiscopo propter rebellionem & perfidiam per imperialem sententiam damnato, nulla obedientia præstetur*: legas apud Goldastum *in tom. I. Constitut. Imperial. à pag. 247. & seqq.*

De ratione Legum ab *Ottonum* temporibus usque ad *Lotharium II. Saxonem* (quod obiter hîc, si quid fortè in prioribus omissum fuerit, significamus) vide Herm. Conringium *in libr. de origin. jur. germ. cap. 19.* Hujus *Lotharij II.* Mandatum, *ut Episcopus in Ecclesia sua resideat, sub pœnâ depositionis &c.* nec non Processum in causa *Abbatis Caßinensis* cognoscenda & dijudicanda, quem *Monachi* sui apud *Imperatorem* accusabant; idem Goldastus *in eod. tom. I. pag. 260.* exhibet. Præter hæc, nullam certè legere hodiè est latam ab ipso legem, quæ *Germaniam* obligaverit, Conring. *de orig. jur. Germ. cap. 25. princ.* Memoranda tamen hîc sunt ea, quæ *supra tit. I. §. 4. num. 1. & tit. 10. §. 8.* de *Lotharij* II. *Imperatoris, & Irnerij JCti Bononiensis*, studio erga *Jus Justinianeum*, juxta communem vulgi opinionem, sive potius errorem, minùs curiosè attigimus, operæ precium existimantes, si hoc loco ex sæpius laudati Conringii *libro de origin. jur. germ.* quatuor hac de re quæstiones accuratius quodammodò discuteremus: quarum *prima* hæc esto: *An Juris Justinianei ante Lotharij ætatem aliquis fuerit in foro usus?* Conringius *d. libr. cap. 20. in fin. pag. 90.* sic concludit: Ante *Lotharium* in *Italiâ Juris Romani*, & quidem maximè *Justinianei*, usus aliquis arbitrarius superfuit, exiguus ubivis, frequentior tamen *Romæ*, in aliis *Exarchatus* locis quàm in *Regno Longobardico.* adde quæ Joh. Strauch *in Irnerio non errante cap. 2. thes. 8.* & Dn. Joach. Hagemeier. *in libr. de authoritat. jur. civil. & Canon. cap. 7.* tradunt. *Secunda* nunc quæstio succedit: *Num Lotharij jussu Jus Justinianeum in scholis doceri cœperit?* Quæ, ex duplici ratione negatur: (1.) quod nullo antiquo monumento fide digno Cæsari isti Juris studia referantur accepta: Conring. *d. l. cap. 21. pag. 91. &c.* qui idem Conring. *ad finem hujus libri pag. 307.* Jurisconsultorum *Bononiensium*, Bartholdo *Nihusio de Irnerio* hoc quædam percunctanti, datum *responsum* in lucem emisit, quo in *responso* solidè monstratur, nullum hac de re antiquum monumentum

tum fide dignum extare; quod ipsum etiam responsum laudatus modò *Joach. Hagemeierus* sibi de eâdem re, dum *Bononiæ* degeret, requirenti à *Professoribus ibidem* datum fuisse, candidè fatetur, *dict. cap.* 7. (2.) quòd optimi quique Veterum ea de novo exordio studii illius, *Lotharij*, item & *Bononiensium* rebus narrent; quæ probant haud obscurè, nullam *Lotharij* auctoritatem ad Juris illius interpretationem accessisse; iterum Conring. *dict. cap.* 21. *pag.* 101. & *Jctorum Bononiensium Respons. pag.* 313. ubi, *Irnerium* privatâ auctoritate interpretationi Legum initia dedisse, reperitur. *Tertia* quæstio sic se habet: *Num Lotharij Cæsaris jussu in Italiá abrogatæ sint receptæ hactenus Leges, Longobardicæ scilicet & Francicæ, & in earum locum solæ Justinianeæ in forum reductæ?* Quod Conring. *dict. lib. de orig. jur. germ. cap.* 22. ex *Sigonio* (qui omnes *Lotharij* res in *Italia* gestas usque ad obitum persequitur diligentissimè) & laudato *Bononiensium Doctorum responso*, pernegat: ex famâ itaque totum hoc est acceptum, non ævi veteris, sed Doctorum recentium: vide etiam Strauch. *in Irnerio non-errante dict. cap.* 2. *dict. thes.* 8. & Hagemeier. *dict. lib. un. cap.* 7. *Quarto* quæritur loco: *Quomodo Juris Justinianei restauratio hac ætate contigerit?* Ad quam quæstionem Conringius noster *cap.* 23. *de orig. jur. germ. pag.* 112. 113. 114. & 118. ita respondet: Illâ ipsâ ætate mirum in modum cœpit in *Italia Romanum Jus* invalescere, nec ullo jussu Cæsareo, sed solâ & unicâ æquitatis laude & opinione Populo placuisse, magno studio *Bononiæ* incumbente *Irnerio*, idque ab æquitate & singulari prudentiâ commendante: *& paulò post*: Cœperunt illa Jura iterum apud *Italos* reflorescere spontaneo populi studio, penes quem nempe arbitrium erat vel *Longobardicas* vel *Romanas* Leges sectandi, enatâ opinione *Romanum* jus *Longobardico* & æquius & plenius & utilius esse. Creditum hactenus fuit, *Irnerium* istum, qui & *Guarnerius* & *Wernerus* appellatur, hominem natione *Germanum*, Professorem Philosophiæ artiumque initiò *Ravennæ*, *Lothario* imperante, & posteà Juris, *Bononiæ*, Doctorem & *Lotharij* Cancellarium, *Summarum* seu *Epitomarum*, quas ex *Novellis Justinianeis* contractas suis locis *Codici* repetitæ prælectionis insertas habemus, fuisse auctorem. Quà tamen famâ non aliud consecutus ille fuit, quàm ut nomen ejus tanquam perpetuò errantis usurpetur, & videatur *Irnerius* dictus, quasi der Irrende. Covarruv. *ad cap. si heredes. extr. de test. n.* 7. & in transscribendis *Authenticarum* textibus aliquando vel dormitaverit, vel *Punicâ religione* fidem servaverit, Balduin. *proleg. in lib. Instit.* Sixtin. *de regal. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 34. & *seq.* & *cap.* 11. *n.* 75. & *cap.* 12. *n.* 28. adeò, ut ante viginti quasi annos, & quod excurrit, in illustri *Frisiorũ Academiá Franeckerana* JCtus celeberrimus Joh. Jacob. Wissenbachius integram *errorum Irnerianorum syllogen.* in publicum exposuerit: in cujus frontispicio *th.* 1. *Irnerium*

*um* à multis vapulantem producit, quòd complures *Authenticas* partim perperam descripserit, partim in alienum locum transtulerit, adeoque oscitanter confarcinaverit. Sed & *Errorum Irnerianorum promulsidem* ex paterno *Novellarum* opere collectam Georgius Rittershusius *an.* 1623. pro sua inaugurali ad libandum *Altorfii* propinavit. Ubi tamen omnes monent, & consentiunt, quotiens de his *Authenticis* controversia incidit, recurrendum esse ad fontes, unde sumuntur, à quibus sæpè deviare reperiuntur. Dn. Joach. Hagemeierus *dict. libr. de authoritat. Juris Civil. & Can. dict. cap.* 7. tres dat effectus harum *Summarum* seu *Epitomarum*: (1.) *inquit*, corrigunt Leges *Codicis*; (2.) limitant aut restringunt jura vetera, (3.) ampliant jura vetera. Ille ipse *Irnerius* (dicit porrò *Hagemeier.*) Libros *Legum Romanarum* eversâ *Masitanâ* civitate *Apuliæ* in bibliotheca quadam à *Pisanis* militibus inventos evulgavit, atque ità *Jura Justinianea* quasi postliminio restituit, nec non (ut Georg. Christoph. Walther. *de stat. Doctor. cap.* 3. §. 9. quidem opinatur) dignitatem vel gradum Doctoratûs, seu Doctorum promotionem, instituit: meritò igitur *Lucerna Juris* appellatur, Mund. *de muner. cap.* 1. *num.* 232. Cæterùm novissimè Joh. Strauchius *in Irnerio non errante dict. cap.* 2. *th.* 1. *& seqq.* negat, *Irnerium* hunc *Authenticarum* auctorem fuisse: Cùm ergò non sit autor, neque de tot erroribus fons est, neque (nullas omninò hîc agens partes) peccare potuit, Strauch. *dict. cap.* 2. *th.* 6. mortuus autem est hic *Irnerius* circa *Annum Christi* 1150. Hæc de *Lotharij* nomothesia.

*Conradus* III. *an.* 1142. Rescriptum ad *Joh. Comnenum Imperatorem Constantinopolitanum, de præcellentia & auctoritate Imperij Romani* edidit, Gold. *tom.* 1. *p.* 262. Idem Melch. Goldastus, *anno post millesimum centesimum quadragesimo*, adeoque post obitum *Lotharij* in *Codicem* illum *Leges Longobardicas* relatas, qui hodieque *tribus libris* distinctus superest, *in prolegom. Collect. Consuetud. & Leg. Imperial. & pag.* 11. *cum seqq.* & illo circiter tempore opus hoc concinnatum esse, testis est Conringius *d. c.* 22 *de orig. jur. germ.*

*Friderici I.* quamplurima Rescripta, Edicta, Leges, Constitutiones, Mandata, Decreta, Pacta, Responsa, & Sententias &c. lege apud eund. Goldast. *d. tom.* 1. *à pag.* 263. *usque ad pag.* 286. Statum Imperii & Ecclesiæ concernentia: Acta *Comitiorum Geilenhusiensium* sub eodem *Friderico* &c. idem Goldast. *tom.* 2. *pag.* 50. habet: Inter quas *Constitutiones* illæ *de pace* in magno semper fuêre precio: inter illa enim *Germaniæ* dissidia & bella civilia penè perpetua (ut docet Conringius noster *de origin. jur. germ. cap.* 25.) quum in omnibus fermè Regni *Comitiis* pax publica novis juramentis esset stabilienda, secundum has *Friderici* leges perdiu pacis civilis controversiæ judicatæ videntur: nec non aliæ, admodum licet paucæ, & *Friderici* hujus,

jus, & *Henrici VI.* ut & *Ottonis IV.* cùm *alibi* leguntur, tùm in libros *Juris Saxonici*, & *Suevici*, necnon *Magdeburgensis Weichbildici* transierunt. Porrò ab eodem hoc *Friderico Authenticæ* (quas ex *Novellis Justinianeis* contractas suis locis *Codici* repetitæ prælectionis insertas habemus, sicuti *modò suprà* dictum) auctoritate Imperatoriâ fuêre donatæ: ità enim de se *ipse Imperator* in *Roncaltensibus Comitiis* apud Radevicum *de gestis Friderici I. lib. 4. cap. 3. Nostis* (inquit) *quod Jura Civilia nostris beneficiis in summum provecta* (firmat) *ac moribus utentium approbata satis habent roboris*, Strauch. *in Irnerio nonerrante, dict. cap. 2. th. 7.* Ex illis ipsis *Authenticis* sunt etiam nonnullæ Imperatoris *Friderici*, ut *Auth. sacramenta puberum. C. si advers. vendit. Auth. habita. C. ne fil. pro patre. & Auth. navigia. C. de furtis. Constitutiones* etiam *Feudales* huic *Friderico I.* tribuendæ sunt: nam etsi quædam à *Lothario*, *Conrado & Henrico* quoque latæ sint, potiorem tamen hoc in jure locum tenet *Fridericus*: Compilatores enim hujus juris, *Gerhardus Capegistus & Obertus de Orto* (à quibus libros hosce collectos fuisse Otto Frisingensis *lib. 2. de reb. gest. Friderici cap. 13.* existimat) tempore hujus Imperatoris *Pragmatici & Consules Mediolanenses* itemque ejus *Consiliarii* fuêre. Recitat Radevicus *Constitutionem* insignem à *Friderico I. in Roncaliis* de Feudis latam *lib. 4. de gestis Friderici I. cap. 7.* quæ & alibi memoratur ut omnium clarissima, Conring. *cap. 30 de orig. jur. germ. pag. 176.* Dn. & præc. m. Wilhelm. Ludvvell. *in Synops. jur. feud. cap. 1. pag. 7. & 8.* Goldast. *prolegom. Collect. Consuetud. & Leg. Imperial.* Georg. Schultzen *in synops. jur. feudal. cap. 1. n. 8.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 34. n. 17.* Georg. Adam. Struvius *in syntagm. jur. feudal. cap. 1. aphorism. 5. n. 2. & 3.* Conrad. Rittershus. *lib. 1. partit. jur. feudal. cap. 1. quæst. 7.* Dn. Hagemeier. *d. libr. de auctoritat.. iur. civil. & canon. cap. 10.* Carpzov. *disput. 1. de origin. & autorit. jur. feud. th. 7.*

*Henrici VI.* Edictum *de indicendis militia sacræ privilegiis*: nec non Decreta *Francofurtensia*, *de Imperii successione & aliis capitulis*. Goldast. *tom. 1. Constitut. Imperial. pag. 287.* in lucem edidit. *Constitutio de pace Constantiæ* composita inter Imperatorem *Fridericum* & filium ejus *Henricum*, & quosdam *Nobiles Alemanniæ* ex una parte, & civitates *Lombardiæ*, *Marchiæ & Romandiolæ* ex alterâ, claudit *Corpus nostrum Juris Civilis*.

*Græcorum Imperatorum* hujus seculi quorundum nomothesia quoque, cùm *Juris Orientalis libro primo*, ab Enimundo Bonefidio *an.* 1573. edito, tùm *Corpori nostro Juris Civilis* adhæret. Constantinus Harmenopulus, Judex *Thessalonicensis* πρόχειρον sive ἐγχειρίδιον circa *annum Christi* 1150. post promulgationem *Basilicorum*, idq; non jam *operibus Justinianeis* adhærens, conscripsit; allegatis *Novellis Impp.* usque ad *Manuelem Comnenum*, qui imperavit *A. D.* 1145. eum extulit primus *Sualembergius*; D. Jac. Gothofred. p. m. *bi-*

*blioth. jur. cap. 6. pag. 82. Isaaci Angeli* Imperatoris *Constantinopolitani* mandatum ad *Fridericum* Imperatorem *Romanorum, de superiotate recognoscenda*, extat apud Melchiorem Goldastum *d. tom. 1. Constitut. Imperial. pag. 285.*

## §. 9.

Interea, quæ ad Statum Reipubl. pertinent, est *Expeditio Hierosolymitana*, quam *Fridericus* contra *Salatinum, an.* 1188. laudabiliter suscepit: centum quinquaginta millia lustrato exercitu censa sunt; nec minus cum perfidiâ *Græcorum*, quàm cum *Saracenis* negotii fuit; sed utrique pari virtute pressi, & per sexcenta hominum millia ventum ad *Jconium*, Barbarici Regni sedem: quâ expugnatâ superbissimus *Salatinus* Legatos, pacem veniamque oraturos, de reconciliandâ quibusvis conditionibus gratiâ ad *Cæsarem* misit. Paulò post Victor *Orientis*, *Turcarum* terror, *Tharsi* in præfrigidâ *Cydni* undâ per calores fervidum abluens corpus extinguitur: notant id *Scriptores* nostri factum 4. *Id. Jun. A.* C. 1190. Cluver. *in epitom. histor. p.* 543. & Rupert. *ad Besold. Syn. histor. min. cap.* 18. *pag.* 661. Sed, quod idem Cluverus ex *Antonio Sabellico* & *Joanne Nauclero, ibid. pag.* 537. refert: Imperatoris *Friderici Ænobarbi* collum calcasse *Alexandrum III.* Pontificem *Romanum*, additis *Psalmographi* verbis *Ps. 91. v.* 13. vanissimum est commentum, Dn. Bernegger. p. m. *in quæst. historic. polit.* Resp. *Robert. Königsmanno* 1626. & Christoph. Adam. Rupert. *in epistol.* ad Ampliss. cognatum nostrum *Georgium Richterum JCtum Reipubl. Noriberg. celeberrium* p. m. 3. *Id. Dec.* 1643. idemque Richter. *in responsoriâ ad Rupertum*, 16. *Dec.* 1643. in Richteri *epistolis selectiorib. pag.* 457. *& seqq.* & iterum Rupert. longè latèque, *ad Besold. Syn. histor. minor. dict. cap.* 18. *à pag.* 663. *& seqq.* ubi quamplurima de hâc fabulâ. Cæterùm Guntherus Poëta clarissimus in *Ligurino*, *Friderici* res gestas *decem libris* conscripsit, sed (teste Ruperto *ibid. pag.* 668.) non totam vitam ejus perscripsit: nam in *Cremæ* excidio, quod incidit *in A. C.* 1160. carminis finem fecit, atque adeò triginta annorum historiam reliquit intactam.

## *Parte quartâ seculum decimum tertium includitur.*

## §. 10.

| | nat. | elect. | mort. |
|---|---|---|---|
| *Otto IV.* cogn. *Saxo.* - - | 1169. | 1208. | 1218. |
| *Fridericus II. Suevus.* - - | 1193. | 1218. | 1250. |
| *Conradus IV. Suevus.* - - | 1230. | 1250. | 1254. |

Inter-

Interregnum novendecim circiter annorum:

| | nat. | elect. | mort. |
|---|---|---|---|
| *Rudolphus I. Habsburg.* - - | 1218. | 1273. | 1291. |
| *Adolphus Nassovius.* - - - | 1238. | 1291. | 1298. |
| *Albertus I. Austriacus.* - - | 1252. | 1298. | 1308. |

Singulorum genealogiæ & tempora, maximè autem *Rudolphi I. Habsburgicæ gloriæ Atlantis*, totque Cæsarum, Regum, Principumque parentis, à Ruperto *observ. ad Besold. histor. d. c.* 18. *pag.* 690. *& seqq.* annotantur, *Adolphi* genus carmine heroico descripsit Hugo Grotius *in poëmat. sylvar. lib.* 2. *pag.* 37. *& seqq.* & sic se habet: *Walravus*, qui vixit temporibus secundi & tertii *Imperatorum*, iisdemque strenuam in bellis contra *Gallos & Bohemos* operam navavit, reliquit filium cognominem *Walravum II.* hic *Robertum*: *Roberto* genitus *Walravus III. Walravo III. Henricus* Comes in *Nassau*: *Henrico Otto*: *Ottone Henricus II. Henrico II. Walravus IV.* in *Weilburg.* hic *Adolphi* Imp. pater. In decimo tertio seculo sequentes *Græcanici* numerantur Imperatores: *Balduinus, Henricus, Petrus Antissiodorensis, Robertus, Balduinus, Theodorus Lascaris, Johannes Ducas Diplobatius, Theodorus Lascaris, Johannes & Theodorus, Michaël Paleologus.* De quibus multa apud Joh. Cluverum *in epitom. histor. pag.* 554. *& seqq.* nec non apud Rupert. *in observat. ad sæpè dict. Besold. synops. histor. minor. d. cap.* 16. *pag.* 612. iterùm legi possunt.

## §. II.

Ab *Ottone IV.* Imperatore-Augusto Decretum *Valentinianense, de bonis Ecclesiasticis in necessitatem publicam erogandis*: *de personarum Ecclesiasticarum reformatione*: & *de bello Papæ & Regni Francor. qui Papæ contra Imperium adhærebat, inferendo, an.* 1212. editum est, exhibente Goldasto *t.* 1. *Const. Imp. p.* 288.

*Friderici II.* Auream Bullam *de libertate Ecclesiastica*: Decreta *Francofurtensia*: Constitutionem *de juribus ac privilegiis Civitatis Noribergensis* (quæ extat etiam ap. Dn. Limn. *lib.* 7. *de jur. publ. cap.* 35. *n.* 16.) Edictum *de cassandis statutis adversus libertatem Ecclesiæ editis*: Constitutionem *de libertate Ecclesiasticâ*: Constitutiones *contra Hæreticos*: Decretum *proscriptionis in Comites Habspurgenses latæ propter vim Ecclesiæ Beronensi illatam*: Præceptum *de capiendo & plectendo Decano Pataviensi, Papæ adversus Imperium adhærente*: Edictum *de Papæ Romani tyrannide, & Antichristianismo, contra conjurationem Principum Imperij in Comitiis Budissinis congregatorum*: Mandatum *ad Regem Bohemiæ, ut Imperio fidem adversus Papæ tyrannidem & iniquas machinationes conservet*: Præceptum *de metallifodinis in Comitatu Palatino Rheni*: Præceptum *de metallifodinis in districtu Blavensi*: Decretum *in Regem Romanorum, qui ab Imperatore ad Papam defecerat*: Legem *de Sarracenis*: Con-

firmationem sententiæ *super controverso Ducatu Bavariæ, &c.* Formulam *de jure ac privilegio Regis in Imperio*: Edictum *de usurpatione Papæ Romani in jurisdictione & auctoritate seculari, & quod Papa non possit instituere aut destituere Imperatorem, Reges ac Principes*: Ordinationem *testamentariam*: ordine recenset Goldastus noster *d. tom. 1. pag. 289. & mult. seqq.* Apud eundem Goldastum *tom. 2. pag. 51. & plurib. seqq.* ejusdem Imper. *Friderici II.* Rescripta LXXX. *variis de rebus* edita: Constitutionem *de libertate concessa Gentibus ad Catholicæ Fidei unitatem conversis*: Apologiam *contra Papam per Episcopos Imperij rescriptam*; legere fas est. Quædam etiam ejusdem *Friderici II.* Constitutiones circa finem *Corporis Jur. Civ.* reperiuntur.

*Conradi IV.* Rescripta V. Constitutionem *de privilegiis extraneorum in Regno Siciliæ*: & Constitutionem *de privilegiis Judaeorum*, habes apud eundem Goldast. *tom. 2. pag. 83. 84. & 85.*

Etiamsi posteà defuncto *Conrado*, *Alphonsus Rex Arragoniæ*, *Henricus Landgravius Hassiæ*, *Richardus Rex Angliæ*, *Guilielmus Comes Hollandiæ*, in Imperatores *Romanos* electi fuerint, ad Imperii tamen administrationem minimè sunt admissi: ideò illorum Constitutiones (quas nihilominùs Goldastus *in tom. 1. pag. 299. 300. & 308. & in tom. 2. pag. 82.* imprimi curavit) nullius ponderis vel momenti habentur. Constitutiones *Rudolphi I.* sunt hæ sequentes: ut Edictum *de diplomatibus & instrumentis linguâ Germanicâ conscipiendis*: hâc enim tempestate Conring. *lib. de orig. jur. germ. cap. 27. pag. 134. &c. Germanicè* scribendi usum invaluisse scribit: quod idem etiam testatur Dn. Limnæus noster *ad A. B. observat. prælimin. 1.* & ad *Capitulat. Caroli V. art. 14. pag. 206.* adde *Carpzov. disput. feudal. 10. subquæst. 5* Responsum *de coronatione Romana, quod sine eâ electus à Principibus sit verus Imperator, &c.* Decretum *de jure eligendi Imperatorem inter Regem Bohemiæ & Ducem Bavariæ controverso*: Decretum *in actione empti & venditi castri Beckelheimensis, vertente inter Archiepiscopum Moguntinum & Comites Sponheimenses*: Decretum *de distinctis Burggravij & Senatûs Populiq; Civitatis juribus, eorumq; concordiâ & integritate*: Rescriptum, *ut de civibus Imperij, tanquam hominibus liberis, nemo servilis conditionis judicare possit*: Constitutio, *ne cives Imperiales extra civitatem ad duellum & extranea judicia provocentur*: Cum quâ Constitutione convenit *Capitulatio Caroli V. articul. 15.* vide *infr. §. 14. hoc tit. 11.* de quibus omnibus iterum Goldastus *tom. 1. à pag. 311. & seqq.* videndus. Ejusdem *Rudolphi* Constitutionem, *de jure Electoratus in Romano Imperio, Regibus Bohemiæ competente*, vide apud eundem, *tom. 2. pag. 85.* Extat etiam hodiè typis impressa Infeudatio *Rudolphi I.* super *Burggraviatus Noribergensis Judicio Provinciali*, sub dato *Aquisgrani*, 8. *Cal. Nov. A. C.* 1273. nec non Aurea Bulla Ejusd. Imp. *de infeudatione Burggraviatus Noribergensis, A. C.* 1281. vide Dn. Limn. *lib. 5. de jur. publ. cap. 7. n. 3.*

*Adolphus* Conſtitutiones fecit (1.) *de Inſulis Rheni & aliis capitulis*: (2.) *ne bona ad Eccleſiam devoluta à conſuetis tributis eximantur*: quas habet idem Goldaſt. *tom.* 1. *pag.* 315. in priorem, Marquard. Freherus elegantiſſimum ſcripſit commentarium, *in repræſentat. Reip. Germ. tractat.* 14. *pag.* 617. *& ſeqq.*

*Alberti* I. Conſtitutio, *ne bona ad Eccleſiam devoluta à conſuetis tributis eximantur*: Conſtitutio *de privilegiis Eccleſiæ Romanæ conceſſis*: Decretum *de abſolutione Regis Bohemiæ à Banno Imperiali*: & Mandatū *de vindicandis Imperii provinciis*, apud Goldaſt *tom.* 1. *pag.* 316. 317. *&* 318. leguntur.

Eodem ſeculo decimo tertio *Jus Juſtinianeum* ex parte in *Galliam & Hiſpaniam* penetraſſe, Contingius *in lib. de origin. jur. german. c.* 24. auctor eſt. Eodem ſeculo, & *Saxonici* & *Suevici Speculi*, *Magdeburgenſis* item *Weichbildici Juris* (quæ *ſpecula & jura* legenda tradidit Goldaſtus *in Collection. Conſuetudin. & LL. Imperial.*) auctoritas celebris fuit in *Germaniâ*, Conring. *dict. libr. de origin. jur. germ cap.* 25. & *cap.* 29. *ubi de Jure Weichbildico Magdeburgenſi.* Poſt annum milleſimum ducenteſimum (docente iterum Conringio *ibid. cap.* 30.) conſcriptum quoque eſt *Speculum*, quod appellant, *Saxonici & Suevici Juris*, ut & *Jus feudale* (quod extat etiam in Goldaſti *Collect. Conſuet. & LL. Imperial.*) *Saxonicum Suevicumq;*: adde Conring. *cap.* 31. *ibid.* Eandem penè fortunam experta ſunt Gentium quarundam (ut *Friſiorum* atque *Helvetiorum*) Urbiumque (*Colonienſium* nimirum, *Aquisgranenſium*, *Lubecenſium*, *Magdeburgenſium*, *&c.*) liberiorum ſtatuta, quæ itidem ferendarum legum poteſtate impterata & opibus viribusque potentes ſingulæ, quæ in rem ſuam facere viſa ſunt, condiderunt: cœpit autem & hoc inſtitutum circa ſeculum tertium decimum, Conring. *ibid. cap.* 28. Quin & circa ſeculi tertii decimi initia *Jus Pontificium*, ſimulac promulgatum eſt à *Gregorio* IX. in *Germaniam* videtur penetraſſe: neque verò ante hæc tempora fortaſſis id quod à *Gratiano* ſeculo duodecimo confectum eſt *Decretum*, pedem hûc attulerat, Conring. *ibid. cap.* 26. & Dn. Joachim. Hagemeier. *de authorit. jur. civ. & can. cap.* 11. Quas Conſtitutiones *Imperatores Byzantini* hoc ſeculo XIII. tulerunt, tàm in ſæpius allegato *Juris Orientalis libr.* 1. quàm in fine *Corporis Juris Civ.* videre eſt.

## §. 12.

Circa ſtatum hujus ſeculi occurrit *primò Ottonis IV.* factum, quem optimum Principem *Conradus Abbas Urſpergenſis*, *Joannes Cuſpinianus*, *Sebaſtianus Munſterus*, quique hos ſequuntur recentiores nonnulli, falſis criminationibus & convitiis onerare & inſectari non ſunt veriti; verùm Henricus Meibomius pro *Divo hoc Imp. Caſ.* pio felici, Auguſto, Patre patriæ, inſi-

insignem instituit *Apologiam*, quæ in ejus *opusculis historicis an.* 1660. de novo editis, *pag.* 325. reperire est. *Secundò Friderici II. Imperatoris* vita describitur à Nic. Cisnero *in opuscul. histor. polit. lib.* 1. *pag.* 73. *&c.* *Tertiò*, de *Interregno* hujus seculi notandum venit, quod illud per octodecim, & quod excurrit, annos duraverit, quibus multa contra *Imperij* dignitatem sunt deprehensa, Cuspinian. *in Richardo & Alphonso*: & nullus penè tunc fuit angulus uspiam tranquillus, distractis *Germanorum Principum* studiis; Rupert. *in observat. ad Besold. Syn. Hist. min. cap.* 18. *pag.* 694. & Dn. Michaël Praun junior. *Syndic. Imperial. Urb. Lindav.* amicus noster & popularis, in seinem neuen teutschen Tractätlein / sub titulo, was hat Oesterreich bey Teutschland land gethan? *c.* 2. *p.* 6. sæpè enim in tali statu magnæ ortæ sunt confusiones, & insignes mutationes; ut *supr. tit.* 8. §. 7. *pag.* 190. parumper demonstratum est, & *infrà tit. seq.* 12. suo loco porrò monstrabitur. Veluti sunt *Romæ* confusiones, summò *Pontifice* defuncto; dum *Cardinales* deliberant de Successore, carceres effringuntur, necantur custodes, sontes judicibus eximuntur, omnia divina humanaque miscentur, parricidia quandoque in occasum *Pontificis* differuntur, ac sicariis tùm tutò latrocinari licet, Carpzov. *de L. Reg. Germ. cap.* 11. *n.* 29. Conring. *in commentar. historic. de electíon. Urbani IIX. & Innocentij X. Pontificum*, *an.* 1651. *edit.* nec non *in Histor. Electíon. Alexandri VII. Papæ*, 1657. *impress.* aliique à Carpzovio *d. c.* 11. *n.* 29. allegati: hisce malis *Carolus IV.* Imperator obviare cupiens constituit, ut quotiens *Sacrum* vacare contingat *Imperium*, *Comes Palatinus Rheni & Dux Saxoniæ*, Electores, sint *Vicarij Imperij*, eique, donec *Imperator* eligatur alius, æquatâ potestate præsint, *cap.* 5. *Aur. Bull.* ibique Dn. Limn. aliique à Carpzov. *dict. cap.* 11. *n.* 30. citati, de quorum juribus *suprà tit.* 8. §. 7 *p.* 188. fusiùs actum. Cæterùm ut ad hujus seculi, de quo agimus, *Interregnum* revertamur, *Blondellus* certè ad abolitionem *Juris Imperatorij* in ditione *Romanâ*, id intervallum retulit, sed à Dn. Bœclero *in vindic. S. Rom. Imperij contra Blondell. pag.* 33. masculè refutatur. Hoc *Interregni* tempore multorum annorum (inquit Conr. *differt. de Septemvir. Helmst.* 1644. Resp. *Henrico Wilhel. Pape, th.* 31.) perturbatissimus fuit *Germaniæ* status, & Reipublicæ ferè nemo curam habuit, plerisq; vel ob imbecillitatem vel ob negligentiam jura sua non satis tuentibus. Anno *Christi* 1268. *Conradinus, Friderici II.* nepos, *Conradi IV.* filius, jam adultus, cum paternā repeteret hæreditatē, adjuvantibus *Pisanis, Thuscis, & Veronensibus Longobardis, Friderico Austriaco* comitante, intravit *Romam*, ubi à *Senatore* urbis *Henrico, Alphonsi Regis* fratre, augustum in modum recipitur: verùm jam victor, penè *Siciliæ Apuliæq;*, & Magistro militum *Caroli Andegavensis* interempto, posteà infelici ad *Beneventum* prælio fusus, proditusque à nauta, in vincula conjicitur, nec multò post inclementi

menti *Clementis* sententia percutitur securi *Neapoli*, supplicii socio *Friderico*: in iis duobus capitibus *Cæsarum* simul *Suevorum*, *Austriacorum* Familia *Principum*, tristi fato defecit: *Robertus Flander* promulgatorem sententiæ, carnificem *Altus* interemit, ne tàm nobili sanguine à se fuso superbirent; Joh. Cluver. *in epitom. histor. pag.* 578. & Johann Ludwig Gottfried. im sechsten Theil der historischen Chronick *pag.* 589. Just. Lipf. *lib.* 2. *monit. & exempl. polit. cap.* 14. *exempl.* 19 *pag.* 200. Nicol. Cisner. *in opuscul. histor. polit. libr.* 1. *pag.* 185. *& seqq.* Quod *quartò Rudolphum I.* attinet, *suprà dictus Blondellus* eum (præter cæteros *Impp. Austriacos*) nominatim criminatur; quòd scil. nec *Romani Imperatoris* nomen, nec coronam à *Romanâ Ecclesiâ* consecutus, nihil de *patrimonio Petri* possederit, aut ad successores transmittere potuerit: tum, quòd accepto à civitatibus *Longobardicis* aliisque in *Italiâ* pretio, regni jura infringi passus fuerit; sed à Dn. Bœclero *in Vindic. S. Rom. Imperii contra Blondellum dict. pag.* 33. *& seqq.* iterum animosè stringitur & suggillatur. Quid porrò *Rudolphus I.* præstiterit in salutem *Reipubl. Germanicæ*, mirifico exemplo, docet præclarè iterum Amicus noster Michaël Praun junior *in dict. pereleganti tractatu german.* Was hat Oesterreich bey Teutschland gethan. *cap.* 3. *pag.* 10. *Adolphus* propter sordes & ambitionem suis fastiditus & 9. *Cal. Jun. A. C.* 1298. in ordinem redactus est, subrogato *Alberto*: contra quem *Adolphus* commissâ acie ad *Wormatiam* interficitur, 6. *Non Jul. eod. an. Albertus I.* à *Rudolphi II.* fratris filio *Johanne Cal. Maj. an.* 1308. trucidatus est, Rupert. *dict. cap.* 18. *in observat. histor. pag.* 698. inaudito apud *Germanicas* nationes parricidio.

## *Pars quinta de seculo decimo quarto agit.*

### §. 13.

| | nat. | elect. | mort. |
|---|---|---|---|
| *Henricus VII. Lucelburg.* - - | 1272. | 1308. | 1313. |
| *Fridericus* Pulcher *Austr.* - - | 12-- | 1314. | 1330. |
| *Ludovicus Bavarus.* - - - | 1284. | 1314. | 1347. |
| *Carolus IV. Lucelburg.* - - | 1316. | 1346. | 1378. |
| *Wenceslaus Lucelburg.* - - | 1361. | 1378. | 1419. |

De *Henrici VII.* genealogiâ vide Rupert. *in obs. hist. ad Besold. cap.* 18. *pag.* 699 *Carolus IV.* natus patre *Johanne Bohemiæ* Rege, *Henrici VII.* Imperatoris filio, maternum genus antiquissimis *Bohemiæ* Regibus traxit. Contra *Ludovicum* à Principibus quibusdam pecuniâ corruptis creatus est, *A. C.* 1346. sed mortuo *Ludovico*, cum eum Principes agnoscere nollent, *Gunthero Comiti Suartzeburgico*, viro bellicoso Imperium detulerunt, quod non diu

obtinuit, sublatus veneno: sic ad *Carolum* rediit favor. Limn. *ad A. B. procem. obs. 5. num. 3.* Impreatorum in *Græcia* catalogus hoc seculo talis est: *Andronicus Palæologus, Andronicus Palæologius, Johannes Palæologus, Andronicus Palæologus, Manuel Andronici* frater: vide iterum Joh. Cluverum *in epit. hist. p. 596. & seqq.* & Christoph. Ad. Rupertum *in Besold. Syn. hist. min. observ. c. 16. p. 613.*

## §. 14.

Quoad nomothesiam, *Henricus VII.* sequentes rogavit Leges: Responsum, *quod civium Imperialium Dominus solus sit Imperator, & non Magistratus Municipalis*: Rescriptum, *ne civium Imperialium incolæ ad extranea judicia pertrahantur*: (videantur etiam ea, quæ hac de re Limn. ad *Caroli V. Capitulat. art. 15. pag. 222.* scripsit:) Formulam *de officio Forrestarii*: Rescriptum *de redintegranda sylva Imperiali in agros excisa*: Edictum, *quo Communitas, quæ se à Domini sui potestate liberavit, in immediatam Imperii protectionem suscipiatur*: Mandatum ad *Forrestarios & Zeidlarios, de furrentis vastatis aut abalienatis restaurandis*: Mandatum *de restauranda sylva Imperiali in agros destructa*: Mandatum *super coronatione Regiâ Regni Longobardorum*: Edictum *de coronatione Romanâ*: Sententiam *proscriptionis & banni in Regem Siciliæ Imperio rebellem*: Constitutionem *de officio Sculteti in civitate Imperiali, & de privilegiis civium*: Goldast. *tom. 1. pag. 318. & seqq.* Ejusdem *Henrici VII.* Juramentum *pro defensione Ecclesiæ Romanæ*, extat apud eund. Goldast. *tom. 2. pag. 86.* Ejusdem Extravagantes (*quomodo in Læsæ Majestatis crimine procedatur? & qui sint rebelles?*) Corpori Juris nostri civilis *ad finem* annexæ sunt: adde Conring. *de orig. jur. germ. cap. 31. pag. 180.*

*Ludovici Bavari* (juxta Goldasti *tom. 1. Const. pag. 324. & seqq.*) Constitutiones sunt hæ: Rescriptum, *quo civitates à proscriptione Judicii Rotvvilensis, & excommunicatione Episcopi Constantiensis absolvuntur, & Imperii societati piorumque cœtibus restituuntur*: In Instrumento Pacis *Westphalico de an. 1648.* (de quo *infr. tit. seq. 12. & tit. 19. part. 3.*) *articul. 5. in fin.* mentio fit de abolendâ curiâ imperiali *Rotwilæ*: Edictum, *de fidelibus Imperii contra tyrannidem Papæ & Regis Franciæ tutandis ac defendendis*: Edictum *contra injustam excommunicationem Papæ Romani*: Decreta *Ratisponensia, de juribus Regni & Imperii conservandis adversum iniquas usurpationes Papæ Romani*. Edictum publicè contra *Papam Romanum* propositum, & oppidatim affixum, concernens *jura Regni & Imperii*: Edictum *de exauthoratione & abdicatione Joannis Papæ, propter tyrannidem, injurias, fastum, & ambitionem Reipubl. perniciosam, veritatique Christianæ & religioni nostræ exitiosam*, publicatum *Romæ, an. 1328.* Constitutio *de officio Comitis Palatii Lateranensis in urbe Romæ*: Formula *de facultate civitatis condendæ & privilegiandæ*: de quo privilegio

legio multa apud Knipschildium, in absolutissimo tractat: *de Civitat. Imperial. jurib.* Decreta *Comitiorum Francofurtensium*. Rescriptum Apologeticum contra *Papæ Bullam excommunicatoriam*, concernens *jura Regni & Imperii*: Constitutio *de Imperii juribus & excellentiâ, & potestate electi Romanorum Regis*: Declaratio super divortio matrimonii inter *Johannem filium Regis Bohemiæ & Margaritam Ducissam Carinthiæ*. Ejusdem *Ludovici Bavari* Constitutiones tres (1.) *ne fideles Imperii coram alio Judicio, Ecclesiastico vel Seculari, quàm Imperiali, ratione bonorum ab Imperio collatorum, respondeant*: (2.) *de divortio matrimoniali*: (3.) *de dispensatione super affinitate consanguinitatis*; habemus in Goldasti *tom. 2. dict. pag. 86. & seqq.* necnon *eod. tom. 2. pag. 90.* Acta Comitiorum *Francofurtensium super injustis articulis Papæ Romani, quibus statum & jura Imperii labefactare voluit*. In Hier. Balbi *libro singulari de coronatione ad Carolum V. Imp. pag. 39.* extat etiam *Ludovici Bajovari* Imp. Constitutio *de Imperii juribus & excellentia*: de quâ etiam Gottlieb von Hagen *in Comitiolog. 1654. pag. 80.* Conring. *de orig. jur. germ. cap. 27. pag. 138.*

Sequitur famosissima, præcipua, primæva (Carpz. *disp. feud. 1. subq. ex A. B. 2. n. 1. & seqq.* Bœcl. *in Legislatore Germ. c. 3. p. 30.*) Lex Imperii fundamentalis, quam *Carolus IV. Auream Aullam* vocavit, & 4. *Id. Jan.* 1356. in Comitiis *Noribergæ* habitis, promulgavit, Limn. *ad A. B. proœm. observ.* 34. & 37. *pag.* 53. & 57. & Carpzov. *dict. subq. 2. n. 12.* extat illa in Goldasti *tom. 1. Constitut. Imperial. pag. 352. &c. latinè*: *germanicè* verò Codici *Recessuum Imperii* præfixa, Limn. *in A. B. observ. prælimin. 2. 3. & 4.* *Carolina* autem hæc *Bulla* non unam saltem, sed varias leges exhibet: unde etiam *Liber* dicitur, qui variis constat *capitulis*: illæ autem leges vel sunt confirmatoriæ consuetudinum receptarum; vel definitivæ controversiarum, vel novorum jurium collativæ, vel jam antea latarum legum reiterativæ, Limn. *ad A. B. proœm observat. 19. pag. 43.* quas omnes tractare & disponere constat, de *Imperatore*: *Augustâ*: *Electoribus Ecclesiasticis & Secularibus in genere*: *Electorum munere*: *Eorum privilegiis*: *Variis encomiis, quæ Electoribus attribuuntur*: *Electoribus Ecclesiasticis in genere*: *Electoribus Ecclesiasticis in specie*: *Electoribus Secularibus in genere*: *Electorum Secularium liberis & successoribus*: *Electoribus secularibus in specie*: *Electorum secularium Vicariis*: *Electorum nunciis*: *Ministris Curiæ, vel Aulæ Imperialis, cottidianis*: *Civitatibus*: *Feudorum investiturâ, resignatione, amissione*: *Conspirationibus, colligationibus, seu confœderationibus*: *Diffidationibus*: *Pfalburgeris*; Dn Limn. *ad A. B. observat. prælimin. 5. pag. 9. & seqq.* Authores, qui in *Auream Bullam* commentati sunt, non uno omnes modo usos fuisse deprehenditur: Goldastus *in rational. tom. 1. Constit. Imperial. pag. 96. & seqq.* breves notas exhi-

exhibuit: Baxtorffius ſcripſit *diſſertationem Hiſtorico-Politicam ad 17. priora Bullæ capita*; in Repræſent. Reipubl. German. *tractat. 2. pag. 245. & ſeqq.* Dom. Arumæus exhibuit *Diſcurſus Academicos ſex*, quibus totam *Bullam* publicis diſputationibus examini ſubjecit: Martinus Rumelinus *Diſſertationibus Academicis* eandem tractavit; ad quas poſtea Nicolaus Mylerus ſcripſit *additiones*: Georgius Theodorus Dieterich nuper edidit *Notas ad Auream Bullam*: & longè antea in *Italia* Hier. Caninius *Diſcurſum* ad eandem, poſtea traductum in *Linguam Gallicam à J. Leſecq. Lutetiis* impreſſum, *an.* 1613. Carpzovius *in volum. diſput. hiſtor. polit. jurid.* congeſſit *decem diſputationes feudales*, quarum cuilibet *ſemidecadem quæſtionum ex A. B.* adjecit. Dn. Joh. Limnæus noſter noviſſimè elegantiſſimas ad hanc *Bullam Carolinam Obſervationes* conſcripſit, hactenus aliquoties à nobis laudatas & allegatas. Cæterum elogia & defectus *A. B.* recenſet Dn Limn. *in obſerv. prælimin. 7. p. 22.* adde *lib. 1. jur. publ. cap.* 11. *num. 98. & 99* Unam hîc alteramvé quæſtionem annectere libet. (1.) *An Aurea Caroli IV. Bulla rurſus abrogari poßit?* Ipſe Imperator *Carolus IV.* eam in perpetuum durare voluit, *cap.* 1. ibi, wir erkennen und ſetzen mit dieſem Käyſerl. Gebot / ſo ewig wären ſol. *cap.* 7. ibi, ietzo und zu allen künfftigen Zeiten / *cap.* 8. ibi, ſo ewiglich Krafft haben ſol. *cap.* 9. in pr. ewiglich zu halten. Limn. *ad A. B. obſ. prælimin. 8. pag.* 23. usque adeò, ut nec ipſemet *Imperator* eam valeat abrogare, juramento ad obſervantiam obſtrictus, *in Capitulatione Cæſareâ, ſupr. tit. 4. §. 9. n. 2.* niſi *Electores*, cæterique *Imperii Ordines* pro ſtatu & utilitate Reipubl. in abrogationem & immutationem conſenſerint, *cap.* 12. *§. 2. h. A. B.* ibi, auff unſer und ihr Wolgefallen wåhren ſol. ex quo plurimi ſalvari poterunt actus, tacito ſaltem *Archi Principum Electorum & Ordinum Imperii* conſenſu, contra ſanctionem hanc celebrati, & per contrariam obſervantiam ac conſuetudinem introducti, quorum ſeries benè longa recenſetur à Dn. Limnæo *libr. 1. jur. publ. cap.* 11. *num.* 101. *&* 120. *& ſeqq.* (ubi hanc quæſtionem bimembrem facit: *An A. B. in omnibus jugiter obſervata ſit: & an mutari poßit?*) & Carpzovio *ad L. Reg. Germ. cap. 3. ſect. 3. num. 9. & cap. 5. ſect. 8. num.* 37. Joh. Wurmſer. *exercit. jur. publ. 1. quæſt. 6. pag.* 11. E re autem *Imperii* omninò futurum arbitratur Dn. Limn. *ad A. B. obſ. prælim. 8. num. 3. pag.* 24. ſi nova Aurea Bulla conficiatur ab illis, ad quos ea poteſtas pertinet, in quâ uſus hodiernus, & deciſio quæſtionum, inter *Electores* hactenus controverſarum, exhibeatur, aliaque, quæ vel in veteri omiſſa, vel non ſatis exactè tradita, explicentur, hocque modo perfecta fiat Sanctio *Imperii* fundamentalis: quemadmodum *an.* 1648. in conventu *Monaſterienſi & Oſnabrugenſi* optimè placuit, ut certa conſtansque *Cæſarea Capitulatio*, communi Statuum conſenſu, concipiatur, *Inſtrum. Pac. Cæſar. Suec. artic. 8. §. habeantur,*

de

de quo placito *suprà tit.* 4. §. 2. *num.* 3. *pag.* 64. *&* §. 7. *pag.* 78. quædam attulimus. (2.) Sequitur altera quæstio : *An Imperatori vivo rectè Rex Romanus adjungatur ?* Id quod cùm Reinkingk *lib.* 1. *de Regim. sec. & eccl. class.* 3. *c.* 14. tùm Limn. *lib.* 2. *jur. publ. cap.* 15. utrique affirmant, sed diversimodè : Reink. *d. cap.* 14. *num.* 28. hoc ità procedere putat, si *Imperator* tali electioni consentiat, si verò reclamet, aliud dicendum esse: Limn. verò *dict. cap.* 15. *num* 30. ità statuit: nunquam *Regem Romanorum*, sive consentiat sive dissentiat *Imperator*, eligi posse, nisi justæ subsint causæ : non quidem *Constitutionis Carolinæ in Aurea Bullâ* (in quâ ne verbum quidem ullum, neque ulla mentio, de *Regis Romanorum*, vivente *Imperatore*, electione, sed omne id, quod de *Rege Rom.* ibi dicitur, de *Imperatore Rom.* intelligendum; *dict. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 22. *& seqq. & in annotam. ad proœm. Capitulat. Ferdinand. I.* verb. mit folgender genehmhaltung / *num.* 14. *& seqq. pag.* 429. *& seqq. & tom.* 5. *in addit. & dict. cap.* 15. *num.* 23. *& observat. prælimin.* 7. *ad A. B. & c.* 1. §. 1. *obs.* 3.) sed *Capitulationis Cæsareæ* (Imperatoris scilicet *Matthiæ*, *artic.* 35. ibi, so offt sie es / ubi Dn. Limn. *pag.* 572. ea, quæ hoc versiculo continentur, nova esse dicit, causamque ejus novitatis procrastinationi *Rudolphi II.* imputat) auctoritate. Limnæo Carpz. *ad Leg. Reg. Germ. c.* 11. *sect.* 3. *n.* 19. 20. *&* 21. *& disp. feud.* 2. *subq.* 3. contradicit quidem, sed hic ab illo *tom.* 5. *addit. dict. c. & n. p.* 77. *& seqq* septem rationibus iterum egregiè refutatur. Omnium autem optimè hâc de re disserit noviter Anton. Gunter. Fritzius *de elect. Rom. Reg. dissertat. exeget.* 5. *quæst.* 10. *p.* 89. ubi hanc quæstionem in has tres propositiones resolvit : *primò*, vivo Imperatore & volente cum Electorum consensu & approbatione aliquis designari & eligi Rex Romanorum potest : *secundò*, vivo Imperatore & volente absque Electorum consensu & ratihabitione Rex Romanorum neque designari neque eligi potest: *tertiò*, vivo & nolente Imperatore ab Electoribus alius & designari & eligi Rex Romanorum potest. Adde, quæ *suprà tit.* 4. § 5. *& tit.* 8. §. 6. de *Rege Rom.* à nobis relata sunt. & Petr. de Andl. *de Imp. Rom. Germ. lib.* 2. *cap.* 2. & Joh. Wurmser. *exercit. jur. publ.* 2. *quæst.* 8. *pag.* 61. Sed ut ad *Constitutiones Carolinas* redeamus, aliæ ante *Auream Bullam*, aliæ post eam ab ipso latæ sunt. Ante *Auream Bullam*, Confirmationem *de electione Regis Bohemiæ*: Rescriptum *de primariis precibus*: Formulam *concessæ sedis liberæ & Freigraviatus*: Recognitionem, *quod Imperatrici imponitur diadema in Aquisgrano*: Constitutionem *de officio Archi cancellarii Imperatricis Romanæ in coronatione ejus & aliàs observando*: Confirmationem *de jure & successione Electorum Palatinorum*: Mandatum *de jure & successione Electorum Palatinorum*: Constitutioné *de incorporatione Ducatuum Poloniæ & Silesiæ & Marchionatus Lusatiæ, quod in perpetuum Regno Bobeiæ sint indivisibiliter counita*: Decretū *de jure &*

*ſucceſſione Electorum Palatinorum*; condidit; Goldaſt. *tom.* 1. *Conſtit. Imperial. pag.* 342. *& ſeqq.* Poſt *Auream Bullam Carolus IV.* promulgavit Conſtitutionem *de Foreſtariis & Zeidlariis*: Formulam *de juribus ac privilegiis Principum Imperii*: Bullam *de jure & ſucceſſione Electorum Saxoniæ*; Goldaſt. *dict. tom.* 1. *pag.* 368. *& ſeqq.* item (ex Goldaſti *tom.* 2. *pag.* 92. *& ſeq.*) Conſtitutionem *de privilegiis & immunitatibus Clericorum*: nec non Conſtitutionem *de jure Electoratus in Romano Imperio, Regibus Bohemiæ competente.*

A *Wenceslao* hæ conditæ ſunt Leges: Conſtitutio *de primariis precibus*: Reſcriptũ *de impedimentis, cur de ſchiſmate Papali cognoſcendo & tollendo nondum inſtituta ſit tractatio*: Decretum *de extirpatione ſchiſmatis Papalis*: Goldaſt. *tom.* 1. *pag.* 375. *&* 378. *& tom.* 2. *pag.* 96. ubi Edictum ab eodem *Wenceslao* conditum, *de Papæ & Sacerdotum corrupto ſtatu emendando, & unitate Eccleſiaſtica reſtauranda.* Etſi verò ſat multas *Conſtitutiones* hoc ſeculo latas, nobis edidit *Goldaſtus* ille, monumentis Imperii publicatis æternam laudem commeritus: non tamen dubium eſt, plures longè adhuc cùm alibi, tum in *Moguntinis* Regni tabulariis & archivis detineri, vel etiam per incuriam intercidiſſe. Scilicet typographiæ arte nondum inventâ *Imperii Decreta* tantùm ad paucos potuerunt pervenire, & magis magisque indies collabaſcente *Cæſarum* auctoritate & Republ. in partes abeunte, parum coloris *Conſtitutionibus* illis ſuperfuit, adeoque à pauciſſimis data opera eſt illis comparandis aut cognoſcendis: igitur vulgò penè unius *Caroli IV. Aureæ*, de quâ diximus, *Bullæ*, ex tanto ævi ſpatio, memoria & uſus aliquis remanſit: Conring. *de origine jur. germ. c.*27. *p.*134. *& ſeq.* Totius *Juris Saxonici, Suevici & Magdeburgici* auctoritas quæ fuerit latè per *Germaniam & Poloniam*, quo tempore *Aurea Caroli IV. Bulla* prodiit, liquet ex Conring. *d. l. cap.* 31.

*Andronici* ejusdem nominis ſecundi, *Imperatoris Conſtantinopolitani*, Auream Bullam, *Henrico Henrici* mirabilis filio, *Alberti M.* nepoti, Duci *Brunſuicenſi* regiones *Orientis* perluſtranti, datam, Henricus Meibomius edidit, & notis ac narratione de Principis ejusdem poſteris illuſtravit, quæ extat in ejus *opuſcul. hiſtoric. Helmſtadii an.* 1660. impreſſis, *pag.* 177. *& ſeqq.*

Et hæc etiam de *nomothesia* hujus ſeculi decimi quarti ſufficiant.

## §. 15.

Nunc ad memorabilia, quæ hoc ſeculo *Imperii* Statum vel meliorem vel deteriorem reddiderunt, progrediendum. In eo autem *Germaniæ* Status ſummâ in confuſione, & perturbatiſſimus fuit, cujus rationem cum laude nominatus amicus noſter, Mich. Praun junior. *d. tr. Germ. cap.* 4. hanc dat, quòd non niſi unicus ab *Auſtriâ* Imperio tunc præfuerit. De *Henrici VII.* quidem Imperio in urbem *Romam*, de latis per *Italiam* in victos legibus,

gibus, factis in reos læsæ majestatis judiciis, exempla sunt omni exceptione majora, *supr.* §. *praec.* 14. in quibus & renovatam *Legem Regiam* à *Romanis* ponunt, Urspergensis *supplemento*, & Goldasti *Constitutionibus* non omissam, Dn. Bœcler. *in Vindic. S. Rom. Imp. contra Blondell. pag.* 35. *in fin.* & *suprà tit.* 4. §. 1. & 2. *in fin.* adde Nicol. Cisner. *in opuscul. hist. polit. lib.* 1. *pag.* 223. & *seqq.* *Ludovicus Bavarus* clarissimus fuit Heros, & meritò summis Imperatoribus annumerandus: cui, ad omnium virtutum magno principe dignarum cumulum, hoc unum defuisse videtur, quòd lenius cum *Pontificibus* egit, nimiâque submissione superbiam eorum in se magis exasperaverit, ut censet Dn. & Præc. m. Berneggerus p. m. *in Tuba pacis pag.* 224. ubi res inter *Imperatorem* & *Pontificem* gestæ fusiùs tractantur: adde Rupert. *observat. in Syn. Besold. min. cap.* 18. *pag.* 701. & Nic. Cisner. *in opuscul. hist. polit. lib.* 1. *pag.* 256. &c. *Caroli IV.* qui propterea minimè pœnitendus Imperio Princeps censeri debet, maximum opus fuit *Aurea Bulla, de qua paragrapho superiori*, quod firmamentum & propugnaculum murusque tranquillitatis & pacis in Imperio semper fuit. Ad ea porrò, quibus laudem meritus *Carolus IV.* referri debent, quæ Dn. Limn. *ad A. B. procem. observat.* 5. *num.* 4. & Carpzov. *disp. feud.* 1. *subquæst.* 2. *num.* 9. habent, quantumvis eo pestilentiorem pestem *Germaniæ* nunquam obtigisse aliàs dixerit *Maximilianus I.* Imp. ut Jacob. Spiegel. *in Scholiis ad Guntheri Ligurinum. lib.* 1. *pag.* 14. & *lib.* 5. *pag.* 106. prodidit: & post eum Limnæus & Carpzovius *dict. loc.* repetiverunt. De cæteris *Caroli IV.* quæ in perniciem *Imperij* perpetravit, vitiis, plura leguntur ap. Dn. Limn. *ad procem. A. B. d. obs.* 5. *num* 5. & *seqq.* inter quæ etiam refertur nimia liberalitas, & translatio *Regni Arelatensis* in Regem *Franciæ*, *dict. obs.* 5. *n.* 12. & 13. adde *lib.* 1. *Juris publ. cap.* 9. *num.* 11. & *tom.* 4. *Addit ad dict. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 9. & *tom.* 5. *ibid.* ubi tamen hoc posterius falsum esse scribit. Meritò igitur ejus laudes præcedunt & antecellunt, maximè autem in ordinandis & ad meliorem formam redactis *Imperij Comitiis*, quibus hodiè *Germaniam* Imperii sui majestatem & libertatem (Limn. *lib.* 9. *iur. publ. cap.* 1. *num.* 13.) firmare videmus. Cum itaque, quod prius circa *Comitia Imperij* quasi consuetudinis erat, nunc latam hanc à *Carolo IV. Auream Bullam* mandato legis firmatum sit, Limn. *ad A. B. cap.* 28. §. 5. *obs.* 12. *pag.* 587. & *tot. cap.* 12. & 27. ideò de *Comitiis* & *Recessibus Imp.* (præter illa, quæ *suprà tit.* 4. §. 9. *num.* 6. à nobis tradita sunt) pauca addere constituimus. Apud plerasque gentes in usu fuisse legimus, conventus inire atque salutis publicæ curam communi firmare suffragio: scilicet hoc illos natura docuit, plus oculos videre, quàm oculum, atque in consilio plurimorum Reipublicæ robur consistere: illud tamen in *Germaniâ* discriminis fuit, quod olim rarius inter eos, quàm hodiè, pro

com-

communi defensione habiti fuerint conventus; Tacit *in Agricolæ vitâ c.* 12. *Recessus Trevir. & Colon. de an.* 1512. §. Item haben wir / und die Ständte deß Reichs / uns mit einander vereiniget und vertragen / daß wir zu fester Handhabung und Vollziehung dieser Ordnung / auch Betrachtung und Versehung deß H. Reichs Nothturfft / alle Jahr ꝛc. *pag.* 85. *fac. b.* innuit: Cæsarem & Status in eo consensisse, ut durante illâ ordinatione (*per sexennium scil.*) quotannis *Francofurtiæ* aut *Wormatiæ* Comitia celebrarentur: hinc notus factus est omnibus Æneæ Sylvii jocoserius *epist.* 72. *c.* 5. *omnes Germanorum diætas esse fœcundas, & quamlibet in ventre habere alteram*: & *epist.* 92. *d.* 7. *credibile esse, quia fœmineum sit nomen, libenter imprægnari diætas ac parturire*: frequentissimos agimus conventus, *inquit* Sleidan. *in orat. ad Imper. Princip.* adeò quidem, ut apud exteros in proverbium & jocum venerint *Germanorum* Comitia: quorum frequentia ab *Italis* hoc proverbio notata fuit: *semper conveniunt Germani & nunquam conveniunt*, Jacob. Spiegel. *in scholiis ad Gunther. Ligurin. lib.* 1. *pag.* 35. Carpzov. *ad L. Reg. German. cap.* 5. *num.* 19. de Imp. *Carolo V.* refert Guil. Zenocarus à Scavenberg. *lib.* 5. *de Repub. vita, moribus &c. Caroli, cap.* 5. *pag.* 272. cum Cæsar *Aquisgrani, Wormatiæ, Augustæ, Ratisbonæ*, ipsemet sæpius negotia religionis, & *Turcarum*, in Comitiis *Germanicis* frustra tractavisset, dicere illum solitum fuisse, *diæta diætam parit, sed partus suffocat matrem*: sed hodiè non tàm frequentia esse Comitia quàm olim, nemo est qui negare audeat: habentur enim toties solummodò, quoties id publica utilitas aut necessitas postulaverit, *Instrum. Pacis Westphal.* 1648. *artic.* 8. §. *habeantur.* Indessen hat man sich erinnert / daß für jüngstem Reichs-Tag / in geraumer Zeit kein Reichs- sondern nur Collegial-Täge gehalten / und der Gestalt das moderamen Imperii fast für Ihre Käyserl. Majest. und das Churfürstl. Collegium allein gezogen worden / welches billich zu ändern / und (wie auch zu Osnabrück allbereit im Vorschlag gewesen) dahin einzurichten / daß in gewisser Zeit / als etwan alle drey Jahr / oder wenn ein oder mehr Creysse darumb anhalten / ein Reichs-Tag solle außgeschrieben und gehalten werden: ità visum fuit *Statibus* circuli inferioris *Saxoniæ*, ut legitur in deß Creyß-Tags Abschied zu Lüneburg / 7. *Novemb.* 1652. adde Capitulat. *Leopoldi I.* sacratissimi nostri Imperatoris *artic.* 17. & quæ *supr. ad tit.* 4. §. 9. *num.* 6. annotavimus: nihil autem aliud sunt *Comitia Imperij*, quàm conventus Cæsaris atque Ordinum Imperii ad ipsius Imperii utilitatem: habentur etiam aliquando *Conventus Deputatorum, Conventus Visitatorum Cameræ, & Conventus Circulorum.* Carpzov. *ad L. Reg. Germ. dict. cap.* 5. *num.* 17. Plura hìc addere non libet, qui ampliora desiderant, legere possunt Arnisæum *in polit. lib.* 1. *cap.* 14. *pag.* 280. Besold. *Synops. Polit. lib.* 2. *cap.* 6. *th.* 16. & *in thes. pract.* verb. Reichs-Abschied &

Reichs-

Reichs-Tag. & Speidel. *specul. hist. pol. jurid.* iisd. verb. Petr. de Andlo *de Imp. Rom. Germ. lib. 2. cap. 15.* Reinkingk *lib. 1. de regim sec. & eccles. class. 5. cap. 8.* Carpzov. *ad L. Reg. Germ. cap. 5. per tot. & disput. feudal. 10. subquæst. 1. & seqq.* Jacob. Lampad. *Republ. Rom. Germ. part. 3. cap. 8. pag. 142.* Georg. Braudlacht. *in epitom. jurisprud. publ. lib. 7. cap. 1.* Joh. Wurmser. *exercit. jur. publ. 7. quæst. 1. & seqq.* Myler. *de stat. Imperij jurib. cap. 15.* Fab. Gustmeier. *in fecial. German. lib. 2. cap. 3.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2.* Stamler *de reserv. Imperat. §. 27. & seqq.* Tob. Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. 2.* Goldast. Politisch Reichshändel. *part. 22.* Cluten. *de comit. elector. in repræsentat. Reipub. Germ. tractat. 18. pag. 781.* Hippolith. à Lapid. *de ration. stat. in Imperio Rom. Germ. part. 1. cap. 4. & part. 2. cap. 3. & part. 3. cap. 5.* ibique Joh. Sluter. *animadvers.* tit. Friedrich von Herden Grundfeste deß H. Röm. Reichs teutscher nation. *per tot.* Christoph. Forstn. *de Comit. Elector. Ratisb. 1630. in fin. epist.* Just. After. *exam. Com. Ratisb. 1636.* Gottlieb von Hagen *Comitiolog. Ratisbon. 1654. part. 3.* Authorem deß teutschen Tractätleins *de Comitiis Augustæ Vindelic. 4. Sept. an. 1582.* habitis. Just. Reifenberg. *Nomothes.* Onuphr. Panvin. *de Comit. Imp.* Wilhelm. Becker *in Synops. Jur. Publ. lib. 4. cap. 1. & cap. 3.* Dan. Ott. *de jur. publ. cap. 12. pag. 446. & cap. 13. pag. 461.* Bernhard. Bertram *disput. inaug.* in Nic. Hampel. *nucl. discurs.* Joh. Gunther. *disp. inaugur. Argent. 1626.* & Authorem *Reipublicæ Romano German. tom. 2. pag. 355.* Inter quos omnium optimè hanc *Comitiorum* materiam tractavit & deduxit Dn. Limnæus noster *libro nono de jure publico cap. 1.* ubi *primò* præparatoria: *Quis Comitia indicet, cur indicet, quomodo indicet, ubi celebranda indicet, & qui eò evocentur, Comitiis ut intersint? à num. 15. & seqq.* *Secundò* forma consistens in *propositione, à num. 120. & seqq. consultatione à num. 131. & seqq. & conclusione, à num. 176. & seqq.* *Tertiò* finis, qui est Sanctio pragmatica, seu Imperii Recessus, *à num. 194. & seqq.* Sunt autem *Recessus Imperij* Decreta Comitialia, seu, communes Reipubl. universæ, hoc est, Imperatoris cum Ordinibus initæ sponsiones & pactiones, perpetuæ legis vim habentes, & ad ipsam Imperii administrationem variis in Comitiis rogatæ, sancitæ & promulgatæ: adde eundem Limnæum *ad Capitul. Caroli V. artic. 12. pag. 195. & seqq. & ad Capitulat. Matth. artic. 12. pag. 561. & ad Capitul. Ferdinandi III. art. 14. & ad Capitulat. Leopoldi d. artic. 17. tom. 5. ad jus publ. lib. 1. cap. 12. num. 35. pag. 338. & seqq.*

Et tantum etiam de tertia epocha.

# TITULUS XII.
# DE QUARTA EPOCHA IMPERATORUM.

## *Pars prima, seculum decimum quintum continens.*

### §. I.

I. RUpertus *Palatinus, Ruperti & Beatricis filius, Adolphi* Simplicis nepos, *Rudolphi* (qui frater erat *Ludovici IV.* Imperatoris) pronepos, natus *A. C.* 1356. *Wenceslao* remoto, & interfecto *Friderico* (de quo Rupert. *in observat. ad Besold. Synops. histor. minor. dict. cap.* 18. *pagin.* 704.) Imperator creatus est *A. C.* 1400. Obiit hic Imperator *A. C.* 1410.

II. *Rupertorum* senioris & junioris, qui postea *Rex Romanorum*, dispositionem *de minorennibus* invenies *in repræsentat. Reipubl. German. tractat.* II. *pag.* 566. & 567. Ejusdem *Ruperti* Imperatoris Constitutio *de Vicariatu Imperij Germani in absentia Imperatoris*: Edictum *pro confirmatione Gregorij Papæ, & rejectione Alexandri Antipapæ*: & Formula *concessæ sedis liberæ & Freigraviatus*: leguntur apud Goldastum *tom.* 1. *pag.* 381. & *seqq.*

III. Quoad statum, antiquitatem & præeminentiam domus *Palatinæ* ac *Bavaricæ*, Henricus Salmuth *in respons. jur. pro matrimoni Georgij Ariberti Principis Anhaltini cum virgine nobili Johanna Croisseck p.* 6. & 7. quamplurimos egregios Authores in laudem tàm excelsæ familiæ producit, qui *ibid.* videri possunt: lectu hac de re digna quoque occurrit *perspicua dissertatio de singularibus & propriis juribus, deque eminentia & prærogativa Comitis Palatini ad Rhenum, Sacri Romani Imperij Archidapiferi, super alios Principes Europæ, an.* 1638. typis impressa: addenda Georgii Hornii *disputatio de Palatinatu superiore & Electoratu Rheni, in repræsentat. Reipubl. Germ. tractat.* 17. *pag.* 781. ut & Imperatoris *Sigismundi Aurea Bulla, de jure & successione Comitis Palatini Rheni*, de quâ mox §. 2. *num.* 2. nec non Reinkingk *lib.* 1. *de reg. sec. & eccl. class.* 4. *cap.* 4. & 5. & Dn. Limn. *lib.* 3. *de jur. publ. capp.* 9. 12. & *ad Aur. Bull. cap.* 5. §. 1. *obs.* 1. *pag.* 265. & *seqq.* ac *in annot. ad Capitul. Caroli V. art.* 3. verb. Pfaltz und Sachsen *pag.* 141. & *tom.* 5. *jur. publ. in addit.*

*ad dict. lib. 3. cap.* 12. *num.* 40. *pag.* 223. *& seqq.* Carpzov. *ad L. Reg. German. c.* 11. *sect.* 12. *& seqq. & in indic. ib.* verb. *Palatinus.* & iterum Dn. Limn. *tom.* 4. *addit. ad jus publ. in indic.* eod. verb. In gloriosam memoriam hujus Imperatoris *Ruperti Palatini*, ejusq; Imperii, quoad statum Regiminis, hoc etiam singulariter notandum occurrit, quod Imperii Civitates (circa *annum Christi* 1400.) ob benemerita erga *Imperium Romanum*, ab Imperii præfectis, eorumque molestiis tandem sese exemerint, territorialemque jurisdictionem in suis territoriis sibi acquisierint, Dan. Haider. *in discurs.* von Reichs-Vögten. *fol.* 14. *& in Actis Lindav. lit. Pp.* 1. *fol.* 581. Nic. Myler. *in Archolog. de Statuum Imperij Origine, cap.* 22. *num.* 2. *pag.* 208. Qui locus ansam nobis præbet quærendi, *An Civitates Imperiales tantam, quantam cæteri Status Imperij, jurudictionem habeant: & an eâ, ex quibusdam causis, facilius quàm superiores status iterum privari possint?* Hæc quæstio est bimembris, posterius membrum primùm aggredior, & Civitates Imperiales suâ potestate iterum privari posse pernego: Reperiuntur quidem multi malevoli & Liberarum Civitatum Imperii Osores, qui ipsis privilegia sua & alia superioritatis jura invident, ut Nicol. Myler. *in dict. archolog. de Stat. Imp. orig. d. cap.* 22. *num.* 3. 6. *&* 10. testatur, inter quos *JCtus quidam Dillingensis*, Author deß Rechtlichen Bedenckens / wessen sich die Stadt N. auff der Röm. Käys. Majest. ihro überschickte *Mandata monitoria, avocatoria & requisitoria* zu verhalten ꝛc. (quod Consilium Juridicum *Dillingæ an.* 1631. impressum) antesignanus est, qui *pag.* 10. virulento calamo scribit: daß die Reichs-Städte nur *limitatam, specialem & inferiorem*, und nicht *summam potestatem* haben / *& quâ privari possunt, si per nimiam iniquitatem, aut alio modo, eâ abutantur*: & nos etiam maximo cum periculo & dispendio nostro in eundem seduxit errorem; Sed jam eum publicè revocamus, δεύτεραι enim φροντίδες σοφώτεραι, & cum Dn. Gottlieb von Hagen Auctore *comitiologiæ Ratubon. de an.* 1654. *part.* 3. *dissert.* 4. *pag.* 147. *& seqq. & part.* 4. *dissert.* 8. *pag.* 237. *& seqq. & part.* 5. *pag.* 407. *& seqq.* aliisque cordatis, nunc melius & rectius de Civitatibus Imperialibus sentimus: Ipsis scilicet privilegia sua quæsita & concessa, amplius auferri non posse, *Instrum. Pac. art.* 8. §. *tàm in universalibus &c. & Capitulat. Leopold. Cæsar. art.* 3. Carpzov. *Comment. ad L. Reg. Germ. cap.* 3. Limn. *ad Capitulat. Carol. V. art.* 4. *pag.* 151 *& Matth. art.* 4. *pag.* 559. Knipschildt. *de jur. civit. lib.* 1. *cap.* 18 *num.* 10. *& seqq.* Prius quæstionis membrum, veluti de quo minus dubitandum, maximè ex *eod. Instr. Pac. dict. art. &* §. Joh. Mich. Heinz. *disp. inaug. Argent.* 1626. *de subject. & libert. Civitat. Imp. thes.* 18. *&* 26. Limn. *lib* 7 *jur. publ. cap.* 1. latissimè Knipschildt. *de jur. civit. lib.* 2. *cap.* 2. *per tot.* Nicol. Myler. *in dict. Archolog. cap.* 22. *num.* 3. 5. 6. *seqq.* affirmamus, & Civitates Imp. eodem

modo, quo reliqui Status, ad hæcce summi quasi fastigii jura pervenisse; tantum, quantum Imperator in Imperio, in suo territorio posse; Principis vicem in suo districtu obtinere; & de regalibus privativè, non cumulativè, investitos esse; constanter asserimus, adde *supr. tit.* 5. §. 8. *num.* 2. *pag.* 128.

## §. 2.

I. *Sigismundus Caroli IV.* Imperatoris filius ex *Anna*, natus *A. C.* 1367. in Imperio successit, *A. C.* 1410. *Romæ* serò coronatus est ab *Eugenio*, id est, *A. C.* 1432. obiit *d.* 9. *Decembr. A. C.* 1437. In *Oriente Johannes Andronici* filius, *Johannis* nepos, *Andronici* pronepos; post *Manuelis* patrui mortem 1419. imperat, defunctus 1421. Post eum *Johannes*, *Manuelis* filius, *Johannis* nepos, *Andronici* pronepos, Imperium obtinuit usque ad *A. C.* 1454. ultimus *Constantinopolitanus* Princeps: nam sub ejus Principatu *d.* 29. *Maij A. C.* 1453. (ut paulò *inferius* §. 5. *hujus tituli*, pleniùs recensebitur) capta urbs à *Mahumete II.* & Imperium totum eversum est.

II. Quoad *Sigismundi* nomothesiam, condidit ille Mandatum *ad Regem Franciæ, ut veniat ad Concilium Constantiense pro tollendo schismate Paparum, & reformatione Ecclesiæ instituenda*: atque Edictum *de salvo conductu Joannis Hussi ad Concilium*: item Sacra, *directa ad Concilium Constantiense, ne absente se quicquam definire aut decernere aggrediantur*: Porrò Avisamenta, *super materia Apostolicarum reservationum, & collatione beneficiorum hactenus per summos Pontifices & Ordinarios Collatores practicata*, &c. nec non Decretum, *in causa vertente inter Archiepiscopum Civitatemque Coloniensem ex una, & Ducem Montensem ex altera partibus, super erectione novi thelonij & extructione novi castelli ad Rhenum*; apud Goldast. *tom.* 1. *pag.* 386. *& seqq.* Nürnbergisch Reichs-Abschied/ 1431. von Pfalbürgern ꝛc. in den alten Reichs-Abschieden und Handlungen *pag.* 1. zu finden/ getruckt zu Amberg/ 1607. Ejusdem *Sigismundi* Constitutio *de officio vicarij generalis, & jure primogenituræ*: ut & Aurea Bullâ *de jure & successione Comitis Palatini Rheni* &c. extat quoque apud eundem Goldast. *dict. tom.* 1. *Constit. Imperial. pag.* 395. & 398. (adde Marquard. Freheri *notas perpetuas ad hanc Sigismundi auream bullam, tract.* 10. *p.* 555. *& seqq.*) ut & Constitutio *de privilegiis & immunitatibus Clericorum*, iterum apud Goldast. *tom.* 2. *pag.* 107. nec non Reformatio *de an.* 1436. cujus Reformationis mentionem facit Christoph. Lehman. *Chron. Spir. lib.* 4. *cap.* 3. *pag.* 281. ubi multa de privilegiis Civitatum Imperialium notantur, adde Dn. Nicol. Myler. ab Ehrenbach *in archolog. cap.* 22. *num.* 2. & 4.

III. Fuit hic Imperator prudentiâ, magnitudine animi, liberalitate, ac cæteris amplissimâ fortunâ dignis ornatus virtutibus; sed bello infelix,

lix, quod contra *Turcas* & *Bohemos* gessit, Rupert. *ad Besold, histor. minor. observat. cap.* 18. *pag.* 705. Majestate Regia (inquit de eodem Joh. Cluver. *in epitom. histor. pag* 640.) quam in procero ostentabat corpore, liberalitate simul & virtute animi, quam multarum peritiâ linguarum exornabat, omnes facilè anteibat suæ ætatis Reges: æquaturus erat *Carolos* & *Ottones*, si ad pacis artes parem bellandi felicitatem pudicitiamque corporis, addidisset.

## §. 3.

Quoniam cæteri omnes, qui sequuntur, Principes haud interruptâ serie ex familia *Austriaca* ad fasces Imperii evecti sunt; ideò non immeritò hoc loco nobilē illam adducimus quæstionem: *Libera an etiamnum hodiè sit electio Imperatoris, an verò Domui Austriacæ alligata?* Hujus quæstionis decisionem non aliunde, quàm ex *Capitulationibus Cæsareis* petendam esse, neque in Imperio *Romano Germanico* locum successioni, aut saltem suspicioni, quæ successionem inducere possit, dari constanter asseveramus, quæ certè est abominabilis & detestabilis, & in *Capitulatione* (*supr. tit.* 4. §. 9. *n.* 9.) expressè prohibita: quotquot enim *Cæsares* hodiè *Romani* creantur, instrumento solemni, manus propriæ subscriptione & sigillo suo confirmato, atque adeò sanctissimè totam illam successionem hereditariam adeò abjurant, ut coram facie DEI ac Imperii nunquam ac ullo modo ad illam se adspiraturos promittant. Pungit quidem, ut & aliàs semper, Hippol. à Lapide *de rat. stat. part.* 2. *cap.* 2. *sect.* 1. & 2. & *part.* 3. *cap.* 2. *per tot.* domum *Austriacam*, ex quâ, cum jam decem Imperatores serie continuata sceptrorum *Germanicorum* potiti fuerint, tam altè in familia *Austriacorum* Imperium radices egisse putat, ut ejus evellendi vix ulla spes appareat, ex Bodin. *lib.* 2. *de Rep. cap.* 3. neque effugit laudata hæc domus *Davidis Blondelli*, & plurium etiam aliorum aculeos, qui nimis *Palatinæ* causæ faventes accuratius inquisiverunt, & ex interceptis & effractis epistolis recondita consilia patefecerunt: sed legamus etiam de hac laudabili familia *Wilhelm. Jocherum*, *Richardum Bartholinum*, *Nicol. Frischlinum*, *Carpzovium*, *Ostermannum*, *Enenckelium*, *Leonhard. Wurffbain*, Gottlieb von Hagen/ *Mich. Praun junior.* *aliosque*, qui nil quicquam periculi vel præjudicii liberrimæ electioni hinc imminere existimant, cum & veteres *Germanos* vota libera ad familias antecessorum sæpiùs adstrinxisse, edocti simus à Tacito *de morib. german.* Lehman. *in Chron. Spir. lib.* 2. *cap.* 3. Melch. Goldast. *de maj. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 3. & *seq.* Liberrima enim quantumvis semper fuerit electio novi *Regis Romanorum*, in Imperio nostro statim à tempore *Conradi I.* haud facilè tamen, siquis dignus fuit ex defuncti familia, eum *Septemviri* prætereundum duxēre; unde

unde *Franconica*, *Saxonica*, *Suevica*, & *Austriaca* stirps diutinè Imperium retinuerunt: nec tamen inde *Septemviri* ullo obstringuntur vinculo, quin si ità visum fuerit, seriem Imperatorum ex certâ familiâ electorum interrumpere possint, liberrimis sibi reservatis suffragiis: nimirum *Archi-Principes Electores* ex Domo *Austriacâ Regem Romanorum* eligentes, jure id faciunt eo, quo ex aliena etiam familia in solium Imperiale quem sublimare possent, *in Aur. Bull. cap. 2. §. 2. ibique* Limn. *observ. 23.* liberrimâ autem eorum voluntate Domui *Austriacæ* tamdiu concredita fuerunt Imperii gubernacula, partim ob singulares virtutes militares (de quibus Enenkel. *de privileg. milit. in dedicat. ad Imperat. Matthiam*) ac alia benemerita, in quorum recompensationem ad honores Imperii supremos evecta est, partim propter potentiam & reditus familiæ *Austriacæ*, dignitati Imperatoriæ sustinendæ sufficientes; Sleidan. *lib. 1. & 7. & passim, in Commentar. de Stat. Relig.* quò pertinent etiam ea, quæ tradunt Knipschildt. *de fideicom. nobil. cap. 1. num. 173.* Gottlieb von Hagen *Comitiolog. Ratisbon. 1654. part. 1. dissert. 1. pag. 3. & seqq. & dissert. 2. pag. 19. & dissert. 7. pag. 48. & seqq. & part. 2. dissert. 1. pag. 65. & part. 4. dissert. 9. pag. 270* Leonhard. Wurffbain. *Relat. historic. 2.* Mich. Praun. jun. Synd. Lindav. *in sæp. laud. tract.* Was hat Oesterreich bey Teutschland gethan? *cap. 5.* Limn. *lib. 2. jur. publ. cap. 3. per tot. & annot. ad Capitulat. Caroli V. proœm.* ibi. Erwehlter. *pag. 48.* & ibi, Ertz-Hertzog zu Oesterreich. *pag. 66. & ad art. 28. p. 291. & seqq.* Carpzov. *comment. ad L. Reg. cap. 11. & disp. miscell. 3. dogm. 8. & disp. 9. quæst. 1.* Anton. Gunther. Fritz. *tract. de elect. Reg. Rom. dissert. 5. quæst. 3.* Henry le Duc de Rohan, *dans le Capitain parfait, ou des Interest des Princes d'Europe*, in editione germanica, 1645. *part. 3. discurs. 1. pag. 160.* ubi agitur von dem Interesse deß hochlöbl. Ertz-Haußes Oesterreichs zu der Römischen Cron: multi tamen sunt, qui *Ducem* hunc *Rohanensem* (veluti quem priores duas partes *gallico* primùm sermone scripsisse, *Latino* posteà & *Germanico* idiomate ab aliis versas, certò constat) tertiæ partis *Authorem* esse non credunt.

## §. 4.

I, *Albertus II. Alberti*, quem Mirabilia Mundi cognominabant, filius, *Alberti* nepos, *Alberti* contracti, Ducis *Austriæ*, pronepos, *Alberti* Imperatoris abnepos, natus est in hanc lucem *A. C.* 1392. & *Sigismundi* soceri morte (nam *Elisabetham*, ejus filiam, in matrimonio habebat) vacantem Imperii titulum accepit, *A. C.* 1437. vitâ functus est in expeditione contra *Turcas*, 6. *Cal. Novembr. A. C.* 1439. eo mortuo fuit Interregnum *mensium 2. dierum. 4.* In *Oriente* regnabat, eo tempore, *Johannes*, *Manuelis* filius, ultimus Imperator *Constantinopolitanus*.

II. Hu-

II. Hujus *Alberti II. Imperatoris Augusti*, *& Caroli VII. Regis Franciæ* capitula Pragmaticæ Sanctionis, *A. C.* 1438. edita, extant apud Goldast. *tom.* 1. *Constit. Imp. pag.* 401.

III. De hoc *Alberto II.* Imperatore Lipsius *in epist. dedicatoria*, præfixa *Admirandis* : *Memini legere, Albertum II uno tempore, atque adeò uno anno, factum Regem Bohemiæ & Hungariæ & Romanorum. O quæ ista felicitas! sed quàm brevis felicitas! biennio enim non toto imperavit, & optimum Principem Deus cœlo invexit; quia terra virtutum illarum parùm capax erat, aut digna.* Joh. Cluverus *in histor. mund. epit. pag.* 654. de eodem Imperatore scribit : quod fuerit argumentum *rerum humanarum instabilitatis, quæ quò citius in altum surgunt, eò faciliùs graviùsque ad ima decidunt.* Sanè res adversus *Moravos*, *Bohemos*, *Polonos & Turcas* maximas gessit, sed in expeditione contra postremos istos vitâ functus est, ut diximus, vid. Joh. Cluver. *in histor. mund. epitom. dict. pag.* 654. *& seqq.*

## §. 5.

I. *Fridericus* III. sive (ut alii volunt, qui vel *Fridericum Pulchrum*, *Ludovici Bavari* æmulum, vel *Fridericum Brunsuicensem*, ob brevitatem Imperii ex Imperatorum albo non expungunt) *IV. Ernesti* ferrei & *Cimburgæ Massoviæ* filius, *Leopoldi probi*, qui & *Militiæ Decus* cognominatus est, nepos, *Alberti contracti*, qui & *sapiens*, pronepos, *Alberti* Imperatoris abnepos, *Rudolphi I. Habspurgensis* atnepos, natus est 1415. *Romanorum* adiit *Regnum A. C.* 1440. ductâ in uxorem *Leonorâ Eduardi Regis Portugalliæ* filiâ, in *Italiam* transcendit, *Romamque* ingressus à *Nicolao V.* Pontifice imperiali corona redimitus, *Imperator Augustusq;* appellatus est, *Cal. April.* 1451. ut est in *moneta aurea* apud Octavium Stradam, *pag.* 477. alii rejiciunt in *annum* 1652. Obiit 23. *August. A. C.* 1493. cum imperasset *annis* 53. *Friderico* coætaneus fuit in *Oriente*, *Johannes*, *Manuelis* filius, ultimus Imperator *Constantinopolitanus*, de cujus interitu *mox num.* 3. *h.* § 5.

II. Nomothesia *Friderici III.* hæc est : Edidit Ille primo Imperii anno, 1440. Avisamenta, quæ tempore *Concilij Basiliensis* à Statibus Imperii *Moguntiæ* fuêre deliberata : & Mandatum ad *Regem Franciæ*, *Carolum VII.* ut veniat ad *Comitia Moguntina*, pro tollendo schismate Papali, & confirmatione *Decretorum Concilij Basiliensis* tractandâ, teste & exhibente Goldasto *tom.* 1. *Constitut. Imperial. pag.* 403. *& seqq.* Hippolith. à Lapide *in dissertat. de rat. stat. Imp. Rom. Germ. præfat. ad Lector.* in odium hodiernorum *Jctorum*, sive *Legistarum*, ut vocat per contemptum, recenset Legem Imperii, quæ *Friderici III.* tempore, scil. *an.* 1441. de excludendis, tàm à

priva-

privatis judiciis, quàm à publicis consiliis, *Legislis*, sub incude fuit, sed dolet, eam executioni non fuisse mandatam. Idem Imperator in *Reformatione Francofurtensi* 1442. agit (1.) de *diffidatione* : res ipsa à LL. damnata, non tamen vetita planè in hoc *Recessu*, sed arctissimis Legum vinculis circumscripta, de qua *Imperator* statuit : ut ante diffidationem is, cum quo lis est & controversia, prius in judicio sistatur, & ordinario modo conveniatur : & diffidatio hæc fieri debeat modo in *Aurea Bulla tit. 16.* expresso : excipit tamen *Imperator* Rusticos, Mercatores, Aurigas, Circumforaneos, Clericos, personas miserabiles : Item loca quædam certa, ut Templa, Cæmiteria &c. quibus omnibus, autoritate Imperatoria, durantibus his diffidationibus, immunitas & tutela promittitur : porrò jubet *Imperator*, ut vagi milites non tolerentur, nisi dicant, aut productis testimoniis verificent, cui *Domino* inserviant : iisque *Salvum Conductum* denegat, & potestatem captivandi ubivis concedit. (2.) agit de *executione privata* : res LL. *Cæsareis* omninò vetita, *l. extat. ff. quod metus causa. l. si quis in tantam. C. unde vi.* hîc autem, necessitate id suadente, quadantenus concessa sub certis conditionibus. (3.) agit de *Judicio Westphalico* occulto, de quo proprio tractatu hîc disseritur. (4.) agit de *Moneti* & earum valore. Habemus ab eod. *Friderico III.* concordata *Nationis Germanicæ* cum *Sede Rom.* pro Ecclesiæ unione, ac pace & tranquillitate inter eandem & *Nationem* prædictam perpetuò confovendis, *A. C.* 1447. ap. Goldast. *tom.* 1. *Constitut. Imperial. pag.* 408. adde Limn. *annotam. ad Capitulat. Caroli V. mantiss. 6. pag.* 355. In hujus decimi quinti seculi fine, singulariter notandum, quod *Nomothesia*, *Maximiliani Primi* tempore, apud *Germanicam Nationem* maxima habuerit incrementa : etsi enim à seculo decimo tertio, & decimo quarto, frequentiùs *Leges Germanicæ* scribi cœperint (teste Herm. Conringio *de origin. juris germani. cap.* 27. ubi multa memorabila de *Constitutionibus Cæsareis* ad ævum *Maximiliani Primi*, & *cap.* 31. quo de usu scriptarum legum per seculum decimum tertium & quartum, agitur) *Jus* tamen *Romanum & Feudale Longobardicum*, in scholas & fora *Germaniæ*, per modò laudatum *Maximilianum I.* circa exitum seculi demum decimi quinti introducta esse docet idem Conringius *ibid. cap.* 32. *& seq.* Quia verò *Maximiliani I.* plerique regiminis anni in seculum decimum sextum incidunt : ideò ejus *nomothesiam*, quatenus ea adhuc postremis sex annis seculum decimum quintum claudit, in sequens decimum sextum seculum, melioris, ob tantum *Legislatorem*, cohærentiæ gratiâ, meritò reservamus.

III. Quàm turbidus *Imperij Romani* status fuerit tempore *Friderici III.* quo imperante *Reformatio Francofurtensis*, 1442. condita, de quâ *paulò suprà*, & ab *init. Recess. Imp.* non solùm Historiæ testantur, sed & textus ipse dictæ

dictæ *Reformationis Francofurtensis.* Armis enim magis adsueta *Germania* quàm literis, arma magis quàm eas tractabat: unde (non poterat enim aliter fieri) cœca barbaries, animorum indomita elatio, justitiæ proculcatio: imò perpetuò bello infestabatur jam satis aliàs viribus exutum *Imperium*, non quidem aperto, sed, quod erat eò noxius, intestino & civili. Prudentis est Principis, si vitia integrè è Republ. tollere nequeat, ità tamen limitibus legibusque constringere, ut metu pœnæ in iis liberius patrandis deterreantur nefarii. Ideò non frustà incomparabilis iste Imperator *Fridericus III.* (cujus vitam ulteriorem cordati & benevoli Lectores, per *Fridericum Nauseam Blancicampianum Episcopum Viennensem* summariè descriptam, & à Marquardo Frehero *notis ad tractatum Petri de Andlo de Imperio Rom. Germ.* præfixam, *in repræsentat. Reipubl. German. pag.* 116. legere possunt) illud in dictâ & laudatâ *Reformatione Francofurtensi* eodem modo præstitit. Res ejus bello præclarè gestas Joh. Cluverus *in histor. mund. epit. pag.* 656. *& seqq.* nervosè, ut solet, describit. Sub hujusdem imperio, hoc est, *A. C.* 1449. bellum grave exarsit inter *Albertum Brandeburgicum* (qui *Achilles Germanicus* appellatus est) & *Noribergenses. Marchio* socios habebat *XVII. Principes*: *Noribergenses Civitates* quasdam *Imperij* validas. Certatum est biennio præliis novem, damni utrinque plurimum datum & acceptum: exusti agri, eversæ villæ, cæsi agricolæ, abacta pecora: tantisper donec exhaustâ utrâque parte egestas pacem extorsit, ut scribit *Æneas Sylvius*: & post eum Christoph. Ad. Rupert. *observat. in Besold. Syn. min. cap.* 18. *pag.* 707.

*A. C.* 1453. regnante in *Oriente Johanne*, *Manuelis* filio, ut aliquoties diximus; *Friderico III.* reliquisque *Christianorum* in *Occidente Archi-Principibus* nihilo minus, quàm de *Constantinopoli* defendendâ cogitantibus (nam Imperator eo anno *Ladulaum Austriacis & Hungaris* tradere, armis compulsus erat: dissidiumque inter *Electores Germanos* jam ad arma processerat) atque adeò toto *Occidente* tot vitiis laborante; *Mahumetes II. Turcarum Imperator*, contracto in *Europâ Asiâque* quadringentorum millium exercitu, terrâ marique *Constantinopolim*, cujus ambitum centum & undecim stadiorum prodit *Laonicus*, obsederat. Erant ei sternendis mœnibus tormenta ænea prægrandia, inter quæ unum à LXX. boum jugis, viris bis mille trahebatur, globum torquens trium talentorum. Cum XL. dies continuos in muros detonuisset, promisit ei, qui primus per ruinas irrumperet, amplissimam *Europæ* provinciam, exercitui triduanam ditissimæ urbis direptionem. Si quis segnius rem gereret, ei capitis pœnam statuit. Indicto tridui jejunio, omnes vel ad moriendum, vel ad vincendum paratos esse jussit. *Constantino* pacem petenti, centena imperat aureorum mil-

lia annua, aut salvis opibus incolumem ex urbe discessum. Cum eæ conditiones minimè placerent, renovatur oppugnatio, pellitur loco *Justinianus Genuensis*, qui cum trecentis armatis primum impetum sustinebat. *Constantinus* ipse, & qui circa eum erant, in fugam versi sternuntur: Ipso Imperatore, dum ad portam urbis trepidus se recipit, fugientium multitudine oppresso: portæ obstruuntur cadaveribus, ne fuga pateat fugibundis: janitores etiam abjiciunt quarundam claves, ut retentos in urbe cives redintegrare cogant prælium. Mascula pubes penè universa occiditur, virgines & matronæ meliores rapiuntur in servitutem, ultra LX. millia. Totam historiam fusiùs exequuntur Leunclav. *libr.* 15. *histor.* Reusner. *lib.* 3. *epist. Turcic. pag.* 113. *& libr.* 4. *pag.* 135. & Jo. Cuspianus *de Turcar. origin. & viis, per quas Christiani Turcas profligare possent, pag.* 271. *& seqq.* Victor *Mahumetes* indubiè *Magnus* fuit *Imperator*, qui cognitionis illustrium virorum fœminarumque cupidus, historias sibi verti in suum sermonem jussit *Græcas Romanasque*, & ipsos Viros depingi à *Gentile Bellino*, eleganti pictore, quem ad hanc operam à *Venetis* exambierat. Captâ *Constantinopoli* cùm videret urbem cædibus exhaustam, & pene dirutam, novis incolis frequentem reddidit: Gymnasia pro Studiosis Literarum struxit; Professoribus cibos, panes, alimenta, pecunias & menstrua salaria tribuit: Templum *Sophiæ Constantinopolitanum* instauravit, & quâ ruinosum erat, refecit: multas balineas & hospitalia pro viatoribus & mercatoribus erexit: pauperibus, pupillis, viduis eleemosynas distribuit: Ipsos *Christianos* conventus suos instaurare jussit, lectumque ab iis *Patriarcham*, pedo ei pastorali tradito palàm confirmavit, Just. Lips. *monit. & exempl. Polit. libr.* 1. *cap.* 8. *exempl.* 20. *pag.* 76. Crudeliorem tamen fatentur omnes, nec mirùm, talem fuisse, qui sævis progenitus; & inter sævos educatus, sævis etiam imperavit, Christoph. Ad. Rupert. *observat. in Syn. Besold. min. cap.* 16. *pag.* 620. Atque ità tandem defecit, quæ cum morte per aliquod secula luctata est, *Nova Roma*, ubi Imperator *Constantinus Magnus Constantinopolim*, quæ prius *Bizantium* appellabatur, ædificavit; *Imperiique* Sedem, & omnia *Romanæ Vrbis* ornamenta in eam, non satis sano consilio, transtulit, vide *supr. tit.* 10. §. 3. *pag.* 255. Nam etsi locus ipse ad Imperii sedem aptissimus fuerit; cœlum tamen & fatum hanc urbem *Romani Imperij* sedem, esse non patiebantur: ut enim singulæ non modò *Regiones*, verum etiam *Vrbes* sua fata, moresque suos proprios & ritus habent; sic illa in alium locum transferri non tutò possunt, etiamsi Homines ipsi, & Leges simul transferantur: Cœli namque temperies hominum mores mutat, cum quibus & fata ipsa commutantur, quod sic esse exitus comprobavit: *Imperio* enim ferè in *Asiam* translato, *Imperatores* ex ea *Provincia*, *Legionesque Romanæ* deinceps

fuerunt.

fuerunt, quæ & *Græca* levitate, & ambitione in factiones divisæ, atque *Asiæ*, mollitie enervatæ, *Barbarorum* incursiones repellere non potuerunt: cum intereà *Italia*, & *Roma* orbis terrarum *Arx*, capite carens, atque militari disciplinâ amissâ, omnibus gentibus prædæ esset. Sic *Imperium* illud, ut arbor bona in proprio solo optimos fructus ferebat, in alienum cœlum & solum translatum brevi interiit, Gottlieb von Hagen *in Comitiolog. Ratisbon.* 1654. *part.* 4. *dissertat.* 8. *pag.* 224. *& seq.*

Evigilare hodie videtur, post ducentos, & quod excurrit, annos *Orbis Christianus*: Faxit *Deus*, ut nimis alto securitatis somno sepultus, resurgat tandem, & Dn. Joh. Hieronymi im Hoff / *Patricij Noribergensis* longè celeberrimi, *singularia* hâc de re *monita politica*, saluberrima, ambabus, quod dicitur, manibus, amplectatur; quorum *capite* 46. ineffabilem, ob sacrosanctas, & innumeras alias nobis *Christianis* ereptas terras, jacturam, & lamentandam *Christianæ Reipubl.* calamitatem, perpendit ac deplorat: *Capite* 47. præcipuos *Europæ* Principes, qui aliquid juris in *Imperium Ottomannicum* habere dicuntur, & justo titulo ablata repetere possunt, producit, illisque ad persequendam causam, & capessendum fortius bellum, eò majorem animum addere studet. *Capite* 48. bellum contra *Turcas* suscipiendum, haudquaquam ἀδύνατον quid, aut impossibile esse, plurimis ostendit exemplis. *Capite* 49. docet; quibus & quorum mediis subsidiisque bellum *Turcicum* susceptum, fortiter, prudenter, & feliciter expediri possit? *Capite* tandem *quinquagesimo & ultimo*, quot & quibus in locis hujusmodi bellum in expedito foret, & *Turca* commodè aggrediendus esset, demonstratur, adde Jo. Cuspinian. *in dict. lib. de Turcar. origin. &c. pag.* 251. *& seqq.* Plurima insuper de rebus *Turcicis* memorabilia, & lectu dignissima, occurrunt, apud Dn. Christoph. Forstner. *in not. politic. ad Tacit. Annal. libr.* 4. *pag.* 356. *& seqq.* Joh. Bapist. Montalban. *Comm. de Turc. morib.* Authorem anonymum deß wolgemeinten und unvorgreifflichen præliminar-discurs von dem Türcken-Krieg / und schwebenden Reichstag zu Regenspurg / 1663. im ersten und andern Theil / ad seculum decimum septimum, inferiùs subsecuturum, applicanda: & apud Joh. Baptistam Eissen V. J. D. in seinem Rathschlag und Bedencken / wegen der Käyserl. Craiß-Hülffe aus dem H. Röm. Reich / wider den Erb-Feind Christlichen Bluts nnd Nahmens / den Türcken / ꝛc.

## *Pars secunda, in qua seculum reperitur decimum sextum.*

## §. 6.

I. *Maximilianus I. an.* 1459. *Friderico* Imperatore natus, ex *Leonora Eduardi Regis Angliæ filiâ*, post functum patrem (cui etiamnum viventi consortem & successorem ipsum *Electores* designaverant) *A. C.* 1493. Reipubl. clavum capessens, infulas solennes *Cæsarum*, cum facilè posset, *Romæ* suscipere non laboravit, præsertim cùm eorum, quæ superioribus Imperatoribus fulgore coronæ *Romam* pellectis acciderant, probè meminisset. Triennio ante mortem (quæ accidit *prid. id. Jan. A.C.* 1519.) capulum funebrem è querno ligno, arcæ viatoriæ inclusum, circumferri secum jussit, cavitque testamento, ut exanimum corpus suum rudi linteo involutum, sine ulla exenteratione, illi imponeretur, naribus, ore, auribusque vivâ calce oppletis, Lips. *in monit. & exempl. polit. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 5.

II. *Maximilianum I. Cæsarem* optimum, Patrem Patriæ, & plurimorum *Recessuum* Autorem, ob nomothesiam, summamque Justitiæ administrationem, meritò laudamus. *Status Imperij A. C.* 1495. (cujus transpositi anni ratio, qui aliàs ad præcedens seculum decimum quintum referri debuisset, §. *præcedent*: reddita) *Wormatiam* convocavit, & habitâ cum iis consultatione *Legem* sanxit, sex partibus principalibus constantem. (1.) est Constitutio supremi Judicii. (2.) Constitutio Judicii Austregarum. (3.) Constitutio Pacis publicæ. (4.) Constitutio de communi denario. (5.) Constitutio de Blasphemiâ. (6.) Constitutio de reformatione Judicii *Westphalici*. De Camerâ Imperiali legatur Limnæus noster *lib.* 9. *jur. publ. cap.* 2. *per tot.* Gottlieb von Hagen *in Comitiolog. Ratisb.* 1654. *part.* 4. *dissert.* 9. *pag.* 275. *& seqq. &* 287. *& seqq.* Denais. Rhoding. Jacob. Blumen / Herman. Conring. *in exercitat: de Judiciis Reip. Germ.* By *Christophoro Vlrico à* Burgkstorff / 1647. *thes.* 99. Matth. Stephan. *lib.* 2. *de jurisd. part.* 1. *cap.* 3. Joh. Bechtold, *Syllog.* verb. *Camera.* Schvvanem. Mindan. aliique: ubi ex eod. Herm. Conringio *libr. de orig. Jur. Germ. cap.* 32. (quod *suprà* etiam *tit.* 1. §. 4. *n.* 1. *pag.* 5. *& h. tit.* 12. §. *præc.* 5. monuimus) notandum: *Jus Romanum*, ut & *Feudale Langobardicum*, in scholas & fora *Germaniæ* priori seculo decimo quinto introducta esse: Quomodo autem & in quantum *Leges Romanæ*, ut & *Feudales Langobardicæ*, in *Germania* scholas & fora, isto seculo decimo quinto sint receptæ? docet idem Conring. *ibid. cap. seq.* 33. *pag.* 194. *& seqq.* vide *infr.* §. 7. *n.* 2. *ibid. has tres hujus Rec.* Quæritur hîc: *An Imperator cum Camerâ Imperiali concurrentem habeat jurisdictionem?*

Multi

Multi cum Paurmeiſtero *libr. 2. de juriſdict. cap. 5. n. 30. &c.* hoc affirmant, ſed negativa verior eſt; juxta Reinkingk, *de regim. ſecul. & eccleſ. libr. 1. claſſ. 5. cap. 7. n. 21. & ſeqq.* Limn. *libr. 9. jur. publ. cap. 2. n. 91.* Hippolith. à Lapid. *de ration. ſtat. part. 1. cap. 10. per tot.* Author der Frag / ob der Käyſerliche Hoff-Rath / mit und neben dem Käyſerlichen Cammer-Gericht zu Speyer / *concurrentem juriſdictionem*, in allen und jeden Sachen ohne Unterſcheid habe? Getruckt zu Amberg bey Johann Schönfeld 1614. quæ quæſtio eodem nititur fundamento, quo iſta, *ſupr. tit. 5. §. 8. n. 2. pag.* 128. poſita: *An Princeps mandata juriſdictione, privativè vel cumulativè eam conceſſiſſe intelligatur?* De *Auſtregis* vide iterum Limn. *d. lib. 9. cap. 5.* Conring. *dict. exerc. de judic. Reip. Germ. th.* 48. 53. 61. 62. *&* 63. Jacob Blumen *in proceſſ. Cam. tit.* 27. Gottlieb von Hagen *in Comitiolog. Ratisbon.* 1654. *part.* 4. *diſſert. 9. pag.* 272. *&* 273. & Bechtold. verb. *Auſtregæ*, & *infrà h.* §. 6. *n.* 3. ibi, *quinta mutatio contigit.* De Conſtitutione *Pacis publicæ*, Limn. *lib. 1. jur. pub. cap. 13. in fin.* & *ad Aur. Bull. cap. 1. §. 2.* ubi *de Banno Imperial.* & *ad cap. 17.* ubi *de diffidat.* Andr. Gail. *de pac. publ. lib. 2. & lib 1. obſ. 3. & ſeqq.* Mynſing *cent. 5. obſ.* 78. Colleg. Jur. Argent. *lib. 48. tit. 6. th. 6. & ſeqq.* Neapolit. *tom. 2. Dig. tit. Pax. & 4. ff. d. t. c. 4.* §. 8. *Inſt. de judic. publ.* ibique Dd. Vigel. *meth. jur. contr. lib. 1. cap.* 14. Carpzov. *pract. crim. part. 1. quæſt.* 35. *&* 36. & *ad L. Reg. Germ. cap. 3. ſect.* 4. Tyleman. de Benign. *Syntagm. 1. deciſ. Cameral. dec. 1. vot. 5. & 6. & Syntagm. 3. dec. 2 vot.* 4. Gylman. *Symphor. ſuppl. tom. 1. fol.* 43. Mindan. *lib. 1. c. 22. & ſeqq.* adde *infr. §. 7. n. 2.* ibi, *Abſente Cæſare Carolo V.* De reformatione Judicii *Weſtphalici*, circa bannitos, tradit pauca Sichardus *in Cod. ad leg. 1. de hered. inſtit. lib. 6. tit. 24. n.* 17. plura verò Conring. *d. exerc. de judic. Reip. Germ. th* 40. Gottlieb von Hagen *in Comitiolog. Ratub.* 1654. *part. 4. diſſert. 9. pag. 273. & ſeqq.* vide etiam Beſoldum *in theſaur. pract.* verb. Weſtphaliſch Gericht oder Proceſs, & Speidel. *Specul. Jurid. Polit.* verb. Weſtphaliſch Blut-Gericht, & Goldaſt. *tom. 2. Conſtit. Imperial. pag.* 112.

Ejusdem *Maximiliani I.* Conſtitutio, (quam *anno* 1497. *Friburgi in Briſgovia*, de vinis & vinariis, condidit, Idemque Goldaſtus *dict. tom. 2. pag.* 114. exhibet) hodiè non multum attenditur.

Progrediendum itaque nunc eſt ad hujus ſeculi decimi ſexti nomotheſiam, cujus ſeculi primus *Receſſus* à *Maximiliano I. Auguſtæ Vindelicorum* conditus *an.* 1500. quinque præcipuè continet partes, (1.) Ordinationem Regimenti Regni: in quo conſider. Præſes, Adſeſſores, Secretarii, Vrbs Norinberga, Cauſæ tractandæ, Authoritas, Salarium. (2.) Modum Collectæ *Turcicæ*. (3.) Correctionem nonnullorum articulorum Pacis prophanæ. (4.) Deſcriptionem Banni contumaciæ. (5.) Fuſiorem explicatio-

nem Cameræ Imperialis, De hoc Regimento à *Maximiliano I.* instituto, Hippolithus à Lapide *in suâ dissertatione de ration. stat. in Imperio Roman. Germ. part.* 2. *cap.* 4. multa præclara in laudem ejus tradit, & post Comitia alterum Germanicæ libertatis fulcrum appellitat, & quo sublato *Austriacos* omnem potestatem sensim ad se traxisse scribit, *ibid. cap.* 5. laudat tamen *Austriacos*, hujus seculi decimi sexti *Imperatores*, meritò, ut solet, Mich. Praun. jun. im Teutschen Tractärlein / was Oesterreich bey Teutschland gethan? *cap.* 6. *pag.* 43. Cæterùm Hippolithus à Lapide *part.* 3. *cap.* 5. restitutionem Regimenti inter media restaurandi & firmandi status refert, & Consilium Aulicum è medio tollendum suadet: adde Gottliebs von Hagen Comitiolog. *Ratisb.* 1654. *part.* 4. *dissertat.* 9. *pag.* 271. *& seqq. &* 277. *&c.* & Speidel. *Specul Histor. Polit. Jurid.* verb. Regiment.

Ex *Rescripto* ad Ordines Imperii *anno* 1505. emanato, recenset quædam Herm. Conring. *d. exercit. de Judic. Reip. Germ. thes.* 57.

In Comitiis *Constantiæ & Ratisbonæ* 1507. habitis, itidem de Ordinatione *Cameræ* actum fuit.

Extat & ejusdem *Maximiliani* I. Constitutio de formulâ articulorum militarium, apud Goldast. *tom.* 2. *Constitut. Imperial. pag.* 116.

*Ejusdem* Edictum Banni sive proscriptionis Imperialis contra Ducem & Rempublicam *Venetorum*, *ibid. pag.* 117.

Gravamina *Germanicæ Nationis* & *S. Romani Imperij* adversus *Sedem Apostolicam*, cum remediis & avisamentis, & *Cæsareæ Majestatis* Edicto, *ibid. pag.* 119. *& seqq.*

*Ejusdem* Imperatoris epitome pragmaticæ Sanctionis, *ibid. pag.* 123. *& seqq.*

*Ejusdem* gravamina adversus *Sedem ac Curiam Romanam*, apud eund. Goldast. *tom.* 1. *pag.* 420.

*Ejusdem & Ludovici XII Regis Franciæ* Edicta de convocatione & celebratione *Concilij Pisani*, pro necessitate & utilitate Reipubl. Christianæ, contra Tyrannidem *Julij II. Papæ Romani*, *ibid. tom.* 1. *pag.* 421. de qua controversia Rupert. *in observat. ad Besold. Syn. min. cap.* 18. *pag* 708. & Joh. Frischman. *in Pietat. Francic. erga Pontifices n.* 27. *pag.* 22. *& n.* 14. *pag.* 37.

*Recessus de anno* 1512. ab eodem Imperatore *Coloniæ* habiti præcipuum thema est, indictio novæ collectæ: ubi etiam Comitia annua iterum introducuntur, Limn. *l.* 9. *de jur. publ. c.* 1. *n.* 26. *&* 30. Hippolith. à Lapid. *part.* 2. *cap.* 5. *sect.* 1. *pag.* 376. *& supr. tit.* 11, §. 15. deinde tractatur fusè satis & explicitè de cujusvis Circuli Capitaneo; Conring. *exercit. de Judiciis Reip. Germ. thes.* 64. & *de finib. Imperij Germ. cap.* 28. *pag.* 749. denique de *Notariis* & *Testamentis* in eo agitur: Goldast. *tom.* 1. *Constit. Imperial. pag.* 430.

qu:m

quam *Maximiliani I.* nomothesiam Justus Reifenberg togâ exposuit & commentariis illustrnit. Idem Imp. *Maximilianus* eod. anno Edictum de vitio ingluviei & ebrietatis promulgavit, quod extat apud eund. Goldast. *dict. pag.* 430.

Nomothesia *Wormatiensis* anni *decimi septimi*, de ulteriori ordinatione Cameræ agit.

Ultimus hujus Imperatoris *Recessus Augustæ Vindelicorum an.* 1518. enunciatus fuit, cujus præcipuum thema erat novæ collectæ indictio contra violentas *Turcarum* invasiones. Propositionem de bello *Turcis* inferendo, ad *Principes & Ordines S. R. Imperij* in hisce Comitiis factam, habes apud Goldast. *tom.* 1. *Constit. Imperial. pag.* 436.

Ejusdemque cosultationem de expeditione in *Turcas* suscipiendâ, per universitatem *Christianorum ibid.* deliberatam, apud eund. *tom.* 2. *pag.* 127. *& seqq.* Præter paulò *suprà* §. 5. *n.* 3. de rebus *Turcicis* allegata quædam, invenies quoque nonnulla in Zeiller. *Catalog. Histor. part.* 3. *pag.* 285. in Matth. Dresser. *Isagog. historic. Millenar. sext. circa fin. in oration. de bello Turcico*, & *miscell. m. polem. litt.* C. F. *& passim.* Æn. Sylv *sive*, *Pij* II. Pontif. max. *epist.* 127. 131. 163. 275. 279. 391. 392. 393. 394. 396. 407. 411. 413. In Philippi Honorii *praxi prudentiæ Politicæ*, Horatii Malaguzzi *dissertatione de Turcici Imperij cum aliis Monarchiis comparati magnitudine*, Lazari Soranzi *libro de militaribus copiis Turcicis*, Philippi Camerarii *operis horarum subcisivarum*, & A. Gislenii Busbequii *Consilio de re militari contra Turcam instituendâ*: *& Legationis Turcicæ Epistolis*, Dn. Bœcler. *annot. histor. de passag.* nec non Goldast. in Politischen Reichs-Händeln *part.* 10. *pag.* 233. *& part.* 15. *pag.* 469. Quoties *Carolus V. Imp.* Status Imperii ad auxilia contra *Turcas* ferenda imploraverit, videbis *infrà* in laudabili & sollicitâ ejus nomothesiâ, §. *seq.* 7. *n.* 2. quod & alii plures post eum *Cæsares* sæpius fecerunt.

*Maximiliani I.* Rescriptum ad *Leonem X. Pontificem Rom.* de controversiis *Lutheri*, missum ex *Comitiis Augustanis* 1518. extat. apud eund. Goldast. *tom.* 2. *pag.* 140.

III. Quoad statum bellicum, fuit *Maximiliano* bellum contra *Venetos*, *Julium* II. Pontificem, *Rupertum Palatinum*, *Helvetios*, aliosque, partim felix, partim damnosum, Rupert. *observ. in syn. Besold. min. d. cap.* 18. *pag.* 708. Conring. *de finib. Imperij Germ. cap.* 23. *pag.* 549. *& seqq.* Hic Imperator *Belgicas* provincias in corpus Imperii cooptavit. Conring. *ibid. cap.* 28. *pag.* 749. Jac. August. Thuan. *histor. libr.* 1. & Sleidan. *de statu religionis libr.* 1. Quoad statum rei civilis, judiciorum instituendorum, jurisque dicendi; multum ille mutavit à pristino: nam (1.) arrogantes isti *Curiæ Papalis* conatus, quamvis non facilè quidem illi, nec penitùs desierint (ut

pertinax

pertinax est *Curiæ illius* improbitas) dixeris tamen sub hoc Imperatore fortassis illos quodammodò è medio sublatos esse: quæ felicitas Reipubl. *Protestantibus* unicè, vel certè potissimùm ferenda est accepta: is enim Imperator haud temerè permisit Principum Laicorum causas ad *Judicium Curiæ Romanæ* trahi, quemadmodum liquet ex *paul. supr.* laudato *Rescripto Cæsareo* ad *Ordines Imperij de an.* 1505. Conring. *de Judic. Reip. Germ. dict. th.* 57. Magno etiam *Germaniæ* bono factum (2.) est, ut sublatâ Principum illâ χειροδίκῃ (de quâ Gottlieb von Hagen *in dict. Comit. Ratisb.* 1654. *d. part.* 4. *diss.* 9. *p.* 271. *& seq.* & Besold. *thesaur. pol.* & Speidel. *Spec. Jur. Pol.* verb. Faustrecht/ nec non Conring. *dict. exercit. de Judic. Reip. Germ. thes.* 54.) ab eo usq; tempore controversiæ legitimis Judiciis passim commissæ sint: quamvis enim inveteratum malum, publicâ Reipubl. impotentiâ, atque singulorum Ordinum domi constituto robore subnixum, non ex voto potuerit eradicari, attamen & rectiùs quàm antehac aliquot seculis in ejusmodi Judicia à Principibus consensum, & per bonas leges bellicis illis motibus obviam itum est: causam, quâ impulsi Principes ferociæ pristinæ nonnihil remiserunt, fortassis haud immeritò dixeris *Vrbium Germanicarum* vires, ut æmulas Principibus, ità suppares, illâ *Maximiliani* tempestate. Flexi indubiè ad humaniora hæc instituta Principum animi haud leviter fuerunt per *Romani atque Canonici Juris* Peritos, qui à *Maximiliani* ætate consiliis Reipubl. passim per *Germaniam* sunt admoti, in aulis Principum anteà regnantibus penè solis illiteratis ac militaris ordinis hominibus: ut solet Respubl. sese habere ad ingenium Regentium, Conring. *d. exercit. thes.* 58. (3.) Id quoque planè novo more cœpit, quod ipsimet Principes aut *Cæsar* ipsemet non ampliùs vacent dijudicandis controversiis suis ut antehac, sed omnem hanc curam in *Romanarum Legum* Peritos, plebeii licet generis, ministros suos soleant rejicere: cui rei mos patrius ab omni retrò ævo hactenus servatus plurimùm adversatur. Non potuit verò non hoc obtinere, ex quo pro Legibus patriis *Romanæ* atque *Pontificiæ* in *Germania* invaluerunt, quod ab ætate usque *Maximiliani* quàm maximè cœpit: neque verò fieri temerè poterit, ut Principes ipsi *Romanum* & *Canonicum Jus* addiscant, quæ hujus doctrinæ est prolixitas, & aulicæ educationis indulgentia, Conring. *ibid. th.* 59. vide tamen *supr. tit.* 1. §. 11. *tit.* 6. §. 9. *& tit.* 7. §. 2. *n.* 2. (4.) Huic rei consequens est *quarta* mutatio circa diuturnitatem litium: namque multùm profectò lites illæ Principum solito factæ diuturniores, ex quo per alios & coram aliis, quàm qui sunt sui ordinis, litigare cœperunt: quod ipsum ex parte accidit quasi necessitate quadam, partim vi novarum Legum, partim denique malitiâ causidicorum: fieri etenim non potest, ut qui ministerio funguntur, possint perinde atque Principes ipsimet finire contro-

enim

versias, quippe quibus circumscripta variis modis est agendi potestas, quæ in Principum litigantium ipsorummet liberrimo est arbitratu Conring. *ibid. thes.* 60. (5.) *Quinta* mutatio contigit circa arbitraria judicia, quæ à nonnullis Principum sunt constituta: est autem illa non uniusmodi: cum enim antehac non nisi apud paucos fortassis illa obtinuissent, nec tàm auctoritate Reipubl. quàm ex Principum quorundam privato instituto: quando *Maximiliano Cæsare* nova Judiciorum ratio instituеretur, & Principes quidem judicarent sua interesse, ut arbitraria judicia perirent, *Cæsar* verò restitutam nonnihil vellet suam (quam in summis illis causis dijudicandis obtinuerat quondam) auctoritatem, placuit, ut omnes Ptincipum causæ, si quidem reus ità velit, coram *Arbitrariis Judicibus* à *Cæsare* in id confirmatis agerentur; datâ tamen veniâ appellandi à sententiâ ad summum Judicium, quod appellant *Camerale*: Itaque & Leges multæ sunt conscriptæ de judiciis illis arbitrariis, quæ semigermanicâ voce vulgò *Austrege* nuncupantur, de quibus *suprà h.* §. 6. *n.* 2. ibi, *de Austregis*, Conring. *ibid. th.* 48. 53. 61. 62. & 63. Hippolith. à Lapid. *de ration. stat. in Imp. Rom. Germ. part.* 2. *cap.* 10. Limn. *tom.* 5. *addit. jur. publ. pag.* 91. *ad lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 32. Besold. *in thesaur. pract.* & Speidel. *Specul. Jurid. Polit.* verb. Außträg/ & Fürsten-Recht. (6.) Nova quoque est illa, quam Leges definiunt, latas sententias exequendi ratio, si partes nolint iis ultrò obtemperare; actum de eâ primò omnium est in *Coloniensibus Comitiis* 1512. de quibus *supr. h.* §. 6. *n.* 2. ibi, *deinde tractatur fusè*: & pòst in *sequentibus* multis: visum enim est expedire, si, in decem Circulos distributâ *Germaniâ*, cuilibet exequendi illa auctoritas deferatur; Conring. *dict. exerc. de Judic. Reip. Germ. thes.* 64. Rhoding. *in pandect. Camer. lib.* 3. *tit.* 63. & Jac. Blumen *in process. Camer. noviss. tit.* 77. (7.) Præ aliis maximi ponderis est mutatio illa, quòd nempè *Cæsares* de Principum feudalibus bonis maximis, imò vitâ & omni fortunâ (non tantùm non auditâ aliorum *Principum*, ut *Parium Curiæ*, sententiâ, sed ne quidem in Judicio aliquo per Principum Delegatos constituto decernere cœperint, Conring. *ibid. thes.* 65. Adde Dn. Mich. Praun Junior. Teutsches Tracktätl. was hat Oesterreich bey Teutschland gethan? *cap.* 6. & Joh. Cluver. *epitom. histor. pag.* 680. & *seqq.*

## §. 7.

I. *Carolus V. Philippi Hispaniarum Regis*, & *Johannæ* (cui Pater *Ferdinandus*, *Hispaniæ Rex*) filius, *Maximiliani I.* Imperatoris, & *Mariæ Burgundicæ* nepos, natus 24. *Febr. A. C.* 1500. *Gandavi in Flandriâ*, *Francofurti* eligitur Imperator 28. *Junij A. C.* 1519. & *Aquisgrani* 23. *Octobr. A. C.* 1520. coronatur. Non visus Majorum memoriâ potentior, aut rebus gestis in orbe

*Christiano* illustrior, aut præclarior, post *Carolum & Othonem Magnos. Anno Chr.* 1556. 15. Sept. (referente Sleidano *commentar. lib.* 26. *in fin.*) rerum humanarum tædio, & amore secessus, apud *Bruxellas* Regno se Imperioq; abdicavit, illud in *Philippum* filium, hoc in *Ferdinandum* fratrem transtulit; atque in *Hispaniam* profectus cum duabus sororibus viduis, *Leonorâ Galliarum, & Mariâ Pannoniarum* Reginis, in Monasterio *S. Justi Toletanæ* Provinciæ, placidissimum vitæ finem 21. *Sept. A. C.* 1558. consecutus est; Saubert. *mirac. Aug Conf. p.* 13.

II. *Carolus V. Imperator* (cujus quam plurima mandata, edicta, & constitutiones, Goldast. *in Constit. Imperial. tom.* 1. *p.* 439. *& seqq. & tom.* 2. *pag.* 142. *& seqq.* exhibet) juravit Imperio 3. *Jul.* 1519. vide ejus *Capitulat.* ap. Carpzov. & Limn. *pag.* 38. *& seqq.* Prima sui Imperii habuit *Wormatiæ* comitia 1521. in quibus *Recessum* condidit quatuor partibus constantem. (1.) *Prima* pars tractat de Regimento Regni. vide *supr.* §. 6. *n.* 2. ibi, *De hoc Regimento.* (2.) *Secunda* exampliat Ordinationem Cameralem, sed pro otiosis hæc habenda, quòd in *Ferdinandina Ordinatione* hæc rectiùs tractentur. (3.) *Tertia* continet explicationem pacis profanæ, vid. *supr.* §. 6. *n.* 2. ibi, *De Constitutione Pacis publicæ*, & Rhoding. in *Pandect. Camer. lib.* 1. *tit.* 7. *lib.* 3. *tit.* 42. Jac. Blumen in *process. Camer. noviss. tit.* 29. (4.) *Quarta* exhibet varias Constitutiones, de Regimento Regni, de successione nepotum & filiorum fratrum, concordat *l.* 2. *ff. de suis & legit. Nov.* 118. *c.* 1. *&* 3. *& Nov.* 127. *cap.* 1. de coronatione papali, (vid. *supr. tit.* 11. §. 2. *n.* 1. *pag.* 293. *& eod. tit.* §. 3. *n.* 2. *pag.* 303. ibi, *Triplici olim coronâ & h. tit.* 12. §. 5. *n.* 3. *&* §. 6. *n.* 2.) quam solenniùs suscipiendam jubet status, ut cogant militem ad eam dari solitum, adde Besold. *thesaur. pract.* verb. Römerzug. & Goldast. *tom.* 1. *pag.* 441. *&c.* ubi Edictum contra Lutherum, *& tom.* 2. *pag.* 142. *& seqq.*

*Recessus an.* 1522. *Noribergæ* facti præcipuum thema est, renovatio & ulterior explicatio pacis profanæ, quatuor membris. (1.) de ordinatione Capitanei Circularis. (2.) modo persequendi violatores pacis publicæ. (3.) modo executionis contra bannitos. (4.) conservatione pacis profanæ.

*Recessus an.* 1524. *Noribergæ* conditus, novem continet partes (1.) de sustentatione Cameræ Imperii. (2.) Regimento Regni. (3.) Statuum querelis, ob immodicam Collectarum impositionem. (4.) Privatis Principum litibus. (5.) Executione sententiarum. (6.) Monetariâ re corrigendâ: de quâ consulendus in superfluum Melch. Goldast. *in Catholico Rei Monetaria*, vel, *in Legibus Monarchicis generalibus de rebus nummariis*, edit: *Francoferd. an.* 1662. impensis *Rulandiorum*, typis *Joannis Gœrlini*, (7.) de Mone-

Monopoliis non ferendis. (8.) Ecclesiasticis rebus. (9.) Turcico auxilio. Refer etiam huc *Constitutiones* ex Goldast. *tom.* 1. *pag.* 447. *&* *tom.* 2. *pag.* 149. *& seqq.*

Porrò cum *Carolus V.* in *Hispania* esset, Comitia *Augustæ* habenda à Commissariis Cæsaris, 1525. indictæ sunt: sed exitum ea habuêre non utilem, quod præcipui Imperii Principes præsentes nec adfuerint, nec suos cum plenâ potestate Legatos miserint.

Ideò Commissarii Cæsarei alia indixerunt Comitia *Spiræ* habenda: ubi *an.* 1526. cum Statibus Imperii *Recessum* condiderunt, sex partes continentem, (1.) De Concilio in *Germaniâ* habendo. (2.) De seditione rusticorum compescendâ, quò pertinet Petri Haarern Historische Beschreibung deß Vrsprungs/ Fortgans und Ends/ deren in Jahr 1525. entstandenen Auffruhr und Rebellion der Bauren im Teutschland/ getruckt zu Franckfurth bey Johann Stöcken 1627. (3.) de prohibita Clericorum turbatione: cum enim inciperent Evangelici suam Religionem profiteri, salaria erant necessaria, quæ dum constituerentur, Catholicis à suis reditibus tantum decedebat, (4.) suppetiis *Hungariæ Regi* ferendis contra impressionem *Turcæ*. (5.) Regimenti & Cameræ continuatione & sustentatione. (6.) cumulantur multæ & variæ Constitutiones. Plura apud Goldast. *tom.* 1. *pag.* 479. *&c.* invenies.

De Comitiis *Ratisbonensibus* 1527. idem dicendum, quod diximus suprà 1525. omnia enim in hisce Comitiis decisa nullius sunt valoris aut roboris.

*Cæsar*, cum *an.* 1529. adhuc in *Hispaniâ* erat, missis inde literis Status *Spiram* evocat, & suo nomine Comitiis fratrem *Ferdinandum* præficit: Suntque hujus *Recessus* duæ partes principales (1.) de religione: de quâ non mutandâ Decretum fit acerbum nimis; quod cum durius videretur Statibus, contra illud fuêre protestati, unde *Protestantes* dicti. (2.) de auxilio *Turcico*, quod præstare noluerunt Status Evangelici: additur, quod fratrum & sororum liberi soli relicti, non in stirpes, sed in capita succedant, *d. l.* 2. §. 2. *ff. de suis & legit. d. Nov.* 118. *c.* 3. & Anabaptistæ capite puniendi. adde, quæ habet Goldast. *tom.* 2. *pag.* 154. *& seq.*

Notissima porrò Orbi sunt Comitia *Augustana*, *de an.* 1530. quid in iis decisum, docet nos *Recessus* in illis factus, qui continet quinque partes. (1.) Oblationem *Augustanæ Confessionis*, Confessionem nonnullarum Civitatum, præcipua Evangelicæ Doctrinæ capita, *Decretum*, quid in posterum in articulis fidei doceri debeat, prohibitionem licentiæ solitæ omnia typis excudendi, *Mandatum* ad *Protestantes*, ut omnia bona Ecclesiastica restituant, Jus emigrationis, promissionem, ut generale Concilium habeatur,

ſanctionem, ut cenſus tàm Eccleſiaſticorum quàm Laicorum abſque ullâ contradictione & inhibitione perſolvatur, inter *Cæſarem & Catholicos Status* mutuam promiſſionem auxiliorum contra omnes invaſores. (2.) Cameræ ſuſtentationem, emendationem vitiorum & abuſuum, quæ injuriâ temporis irrepſerant. (3.) Plurium reſervationem ad futura Comitia & commodius tempus. (4.) *Turcæ* violentas invaſiones. (5.) Politici ſtatus aliquales reformationes. Pertinent hûc ſimpliciter quædam ex Goldaſt. *tom. 1. pag. 504. & ſeqq. & tom. 2. pag. 156. & ſeqq.* Legantur hîc diligenter Dn. Joh. Sauberti Theologi Noriberg. celeberrimi, p. m. *Miracula Auguſtanæ Confeſſionis*, & Sächſiſche Vertheidigung deß Augapffels.

*Receſſus Spirenſis de an.* 1531. nil niſi emendationem Cameræ continet.

*Receſſus Ratisbonenſis* 1532. præcipuum thema eſt, de Religionis negotio, & Concilio habendo: quæ cum magis ad Hiſtoriæ cognitionem, quàm deciſionē rerum Imperii pertineant, legenda magis quàm explicanda ſunt. Junge Goldaſt. *tom. 1. pag.* 511. Editæ & confirmatæ ſunt *eod. anno* ejusd. Imperatoris *Conſtitutiones Criminales*, 219. *articulis* conſtantes, quæ à *Matth. Steph.* cum Jure Communi collatæ, ex eoque latiùs declaratæ, & utiliſſimis additionibus, obſervationibusque practicis illuſtratæ ſunt.

*In Receſſibus an.* 1533. *& an.* 1538. *Spiræ* habitis, iterùm emendationes Cameræ continentur, quas hîc referre planè ſupervacui operis, cum *an.* 1555. *& an.* 1613. *& an.* 1654. abſolutiſſimæ factæ fuerint Ordinationes Cameræ. Goldaſtus *tom. 2. pag. 170. &c.* hîc inſerit *Reſcriptum* de injuſtis Proceſſibus Judicii Cameræ Imperialis.

*Receſſus Ratisbonenſis de an.* 1541. præcipuè de Religione tractat: de cujus veritate inquirere vult Imperator per colloquium aliquod de eâ inſtituendum, cujus colloquii denominantur Perſonæ, Locus & Modus colloquendi, ſed effectum non eſt ſortitum hoc colloquium. Præter hæc obſerva. (1.) Quod Imperator conſolidet Cameræ conſtitutionem, agatque de ejus ſuſtentatione, & tandem Aſſeſſores ad ſervanda hæc decreta juramento adſtringat. (2.) Prohibeat famoſos libellos hinc inde per Imperium diſperſos, ut & picturas in odium Catholicorum effictas. vide *infr. §. 9. n. 2. Receſſ. Erford.* 1567. (3.) de auxilio contra *Turcam* ferendo agat, admoneatque Status, ut ſuas portiones ad expeditionem *Turcicam* conferant. Formulam de inſignibus ſive armis gentilitiis portandis habet Goldaſtus *tom. 1. pag.* 513. Acta Colloquii *Ratub.* 1541. habiti, Idem *tom. 2. pag.* 182.

*In Receſſibus, Spirenſi & Noribergenſi, de an.* 1542. duo præcipuè tractantur. *Primum* eſt ſollicitatio auxilii contra violentas *Turcarum* impreſſiones: *Alterum* eſt modus collectandi ſingulos Imperii ſubditos, ut erigatur fortis exercitus, qui *Turcis* opponi poſſit.

Re-

*Recessus anno* 1544. iterùm *Spiræ* promulgatus, est hujus tenoris: Ut *Franciscus Galliæ* Rex, *Hispaniæ* Regi, & Imperatori *Carolo V.* ægrè faceret, cum *Turcâ* fœdus iniit: ideoque Imperator *Galliæ* Regem & *Turcam* pro communibus hostibus Christiani orbis habet & agnoscit, & contra hos duos bellum gerere decernit, ideoque Status Imperii rogat, ut fortia suppeditent pecuniæ & militis auxilia.

*Recessus Wormatiensis* 1545. *& Ratisbonensis* 1546. de *pace religiosâ profanâque*, nec non de ordinatione Cameræ agunt. Ejusdem confirmatio *Articulorum Lovaniensium* de fide & religione Christiana: & Mandatum ad Ducem *Wirtembergicum* rebellionis reum, ut se suaque omnia ultrò dedat, aut læsæ majestatis indignationem pœnamque perferat; legitur apud eundem Goldast. *tom.* 1. *pag.* 517. *Recessus* sive *Decretum* Electorum, Principum ac Statuum Imperii *Hannoveræ* congregatorum, de militibus vagantibus & grassatoribus, ibid. *tom.* 2. *pag.* 235.

Victor porrò Cæsar *an.* 1548. post debellatum *Saxoniæ Electorem* comitia indixit, Statusque *Augustam* convocavit: in illis hic *Recessus* fuit conditus, qui agit, (1.) de Religione. (2.) Pace profanâ, ubi & modus procedendi in causâ banni traditur. (3.) Justitiâ exercendâ, ad quem finem consequendum necessarium esse putat Imperator, ut Cameræ sua constet authoritas, nec non de Politici statûs aliquali reformatione. (4.) Monetæ ordinatione, & Collectarum moderatione. (5.) Statuum quorundam Imperii exemptione. Tabulam pacti, inter *Carolum V.* & *Imperij ordines*, de exemtione *Belgicarum* provinciarum initi, lege apud Conring. *de finib. Imperij German. cap.* 28. *pag.* 750. *& seqq.* Plures à *Carolo V. hoc anno* 1548. promulgatas *Constitutiones, Reformationes & Mandata, &c.* exhibet iterum Goldastus noster *tom.* 1. *pag.* 518. *& seqq. & tom.* 2. *pag.* 241. *& seqq.* Cæterùm de variis Provinciarum in Imperio exemtionibus, earumq; remediis, præter Conring. *de finib. Imperij German.* lege etiam Leonh. Wurffbain. *relat. histor.* 3. *part.* 6. 9. 10. 11. *&* 12. & Gottlieb von Hagen *Comitiolog. Ratisb.* 1654. *part.* 4. *dissert.* 8.

*Anno* 1551. Res maximoperè turbidæ erant in *Romano* Imperio: Imperator enim per durum imperium animas Statuum planè à se alienaverat, nec cum Cæsare faciebat *Mauritius Elector Saxoniæ*, qui pervidebat clandestina Imperatoris consilia, quibus Imperium & inprimis *Germaniam* subjugare cogitabat: *Gallus* etiam occasionem hanc videns, bellum in Cæsarem parat, quod occultò foverunt Status nonnulli: ut autem se hisce Imperator expediret, comitia *Augustæ* indicit, factoque in iis *Recessu*, quæ publica negotia attinent, tractatur in eo, (1.) de negotio religionis: putat enim Imperator, rem faciliùs componi non posse, quàm si generali concilio res

ea decidatur. (2.) Religionis declaratio interim, dum concilium illud habetur, confirmatur, (3.) Imperator narrat, *Civitatem Magdeburgum* pacem publicam fregiſſe, rebellem eſſe factam, & beneficiis Cæſareis indignam ſe reddidiſſe, (4.) agitur de Camerâ Imperiali, & putat Imperator conſultum, ut Aſſeſſoribus Cameræ, decem alii extraordinarii adjungantur, qui per biennium ordinarios adjuvent, ut cauſæ eò citiùs decidantur. (5.) Promittit Imperator, ſe pro viribus anniſurum, ut bona Eccleſiaſtica reſtituantur. (6.) Inſtituuntur monetæ ordinationes, (de quibus vide Goldaſti *Catholicon rei monetariæ*) & moderationes collectarum, & confirmatur decretum anteà hâc de re factum, Jungenda hîc à Goldaſto tradita *tom. 2. pag.* 340. *& ſeqq.* De tranſactione *Paſſavienſi an.* 1552. vide Goldaſt. *tom.* I. *Conſtitut. Imperial. pag.* 566.

Abſente Cæſare *Carolo V.* Rex *Rom. Ferdinandus an.* 1555. comitia *Auguſtæ* indicit: In hiſce comitiis variis de rebus tractatur, arduis & cauſam religionis & pacis publicæ ſpectantibus. Hic *Receſſus* dividitur in tres partes. (1.) agit de religione, & huic *Receſſui Pax Religionis* inſeritur, Lex æternùm manſura. Hanc *Religionis Pacem* præceſſerunt aliquot *Conſtitutiones*: ut, 23. *Jul.* 1532. 2. *Aug. eod. an.* Tranſactio *Cadamica*, 1534. 1537. 1541. 1544. 1548. Tranſactio *Paſſavienſis.* 1552. quæ tranſactio poſteà *Auguſtæ*, 1555. in hiſce Comitiis, ab Imperatore & Statibus ſolenniter approbata & recepta: *Pax Religionis* renovata & confirmata fuit, 1557. 1559. 1566. 1613. 1619. (vid. *Capitulat. Ferdinandi II. art.* 2. 38.) 1648. (*Inſtr. Pac. art.* 5. *p.* 8.) Reinkingk de *reg. Sec. & Eccl. Lib.* 3 *claſſ.* 1. *c.* 1. Petr. Syring. *diſp. ult. in nucl. diſcurſ.* Juſt. Meier. *in Colleg. Argent. l.* 48. *tit.* 6. *th.* 25. Gail. *l.* 1. *obſ.* 2. Carpz *ad L. Reg. Germ. cap.* 3. *ſect.* 4. 5. *& ſeqq. & diſp. hiſt. polit. jurid.* 4. Sächſiſche Vertheidigung deß Augapffels. Limn. *lib.* 1. *jur. publ. cap.* 13. Sleidan. *comment. lib.* 8. *pag.* 134. Fridr. Hortleder, *de cauſ. bell. Germ. lib.* 1. *cap.* 10. 17. *& lib.* 3. *cap.* 13. JCti Dilingenſ. 1629. *inter polem. m. lit. B.* D. Joh. Conr. Dannhavver, *diſput.* 1637. *R. Joh. Georg. Heuchelin.* Mindan. *de Proceſſ. extrah. lib.* 1. *cap.* 28. *& ſeqq.* Rhoding. in *pand. Camer. lib.* 1. *tit.* 6. Jacob. Blumen in *proceſſ. Camer. noviſſ. tit.* 28. Matth. Steph. *de juriſdict. lib.* 3. Goldaſt. in Politiſchen Reichshändeln / *part.* 21. *pag.* 905. (2.) pars agit de pace profana: ubi mandat *primò* Imperator, ut ab omnibus Imperii Statibus pax profana à *Maximiliano* promulgata, à ſe verò repetita & confirmata ſanctè & inviolabiter obſervetur: *ſecundò* prohibet in *Imperio Rom.* omnes clancularias luſtrationes, militum coactiones, per quas non ſolùm Pax Patriæ turbetur, ſed ſubditi inſignibus damnis afficiantur: vide *ſupr.* §. 6. *n.* 2. ibi, *de conſtitutione pacis publicæ.* (3.) pars agit de legitimâ defenſione: Quia arma infeſta in *Germaniâ* eo tempore circumvolabant concedebat Imperator, ut, Circulus quiſ;

quisq; arma & vires conjungeret ad ingruentem vim propellendam: Ut autem eò certiùs hoc auxilium sibi Circulus præstaret, & rectior esset belligerandi ratio, constituit Imperator cujusque Circuli Præfectum, qui hîc vocatur Kreiß-Obrister / quem distinguunt von den Creißausschreibenden Fürsten: nam hæc duo non esse confundenda, sed distinguenda alibi latiùs explicatur: de hoc Præfecto Imperator ulteriùs disponit, quod concessum sit unicuivis Circulo, eum ob certas causas ab officio removere: Ipsi autem dat facultatem, quandocunque libuerit, renunciare, & subjungit, ut si contingat hoc munus quavis aliâ ratione vacare, sit potestas Circulo, alium in ejus locum surrogandi; vide *supr.* §. 6. *n.* 2. ibi, *Recess. de an.* 1512. & *n.* 3. ibi, *Nova quoque est illa.*

Has tres hujus Recessus partes sequitur *Ordinatio Cameræ Spirensis*; cujus *liber primus* seu *pars prima* occupatur in describendis personis, quæ ad Judicium Camerale requiruntur, illæ personæ sunt vel principales, vel minùs principales: In *secundâ parte* agit Imperator de Jurisdictione Cameræ; seu quæ personæ coram Camerâ conveniri, & quæ causæ coram illâ deduci & ventilari debeant, tàm in primâ, quàm in secundâ instantiâ: *Tertiæ partis* duo principaliora sunt membra; *primum*, proponit modũ & seriẽ processus ordinandi in Camera; *secundum* dat remedia contra sententias in Camera latas: vide *supr.* §. 6. *n.* 2. ibi, *de Camerâ Imper. legatur Limnæus noster.*

Pertinet ad hunc *annum* 1555. *Ferdinandi Rom. Regis declaratio* de libertate religionis concessâ Nobilibus & Communitatibus sub Episcoporum & Abbatum ditione consistentibus, apud Goldast. *tom.* 1. *pag.* 574. & *Caroli V. Constitutio* de cessione atque translatione Provinciarum *Belgicarum* & *Burgundicarum Philippo* filio facta, ibid. *pag.* 575. Item **Passawische** Gravaminâ, **der Städte Bedencke hierüber / und der Königl. Maj. Antwort.** Limn. in *annot. ad Capitulat. Caroli V. mantiss.* 3. 4. & 5. *p.* 384. 392. 393.

Idem Goldastus *tom.* 2. *pag.* 361. Recessum Visitationis Judicii Cameralis, 18. *Maij*, 1556. actum habitumque exhibet.

Tandem *Caroli V. Constitutio & Edictum*, de suâ administrationis Imperii Rom. abdicatione, & substitutione *Ferdinandi Regis*, extat apud eund. Goldast. *tom.* 1. *pag.* 576. & *seq.*

III. CAROLUS V. (quoad statum bellicum) *Solymannum Turcam* bis ab obsidione *Viennæ* repulit: *Gallorum Regem Franciscum* in *Insubribus* acie victum, cum *Rege Navarræ* & præcipuâ *Gallicâ Nobilitate* cepit: *Germaniæ Principes*, qui *Smalcaldiũ* fœdus inierant, ad *Mülbergam* ingenti pugna vicit, capto *Johanne Friderico*, *Electore Saxoniæ*, Fridr. Hortleder prolixè *in libris* von Vrsachen deß teutschen Kriegs *Caroli V. Imp.* nec non von Rechtmäßigkeit / Anfang / Fort- und Außgang deß teutschen Kriegs *ejusd. Imper.* Legatur

etiam

etiam Historische Beschreibung deß Vrsprungs / Fortgangs und Ends / deren im Jahr 1525. entstandenen Auffruhr und Rebellion der Bauren in Teutschland Petri Haareri, worbey die Historia von Stürmung / Eroberung und Plünderung der Stadt Rom / *an.* 1527. Mare mediterraneum à pyratarum injuriis liberavit, Carthagine Tunetoque capta, Conring. *de finib. Imperij German. cap.* 30. *pag.* 841. *& seqq.*

Sub ejusdem Cæsaris Imperio (quoad statum Ecclesiæ) *Dei immortalis* nunquam tacendo beneficio è densissimis tenebris lux divinæ veritatis emersit; sed hanc felicitatem infelicitas nihilo minor ex dissensione in causâ religionis est comitata: quâ ex re natæ sunt inter populos *Europæ* discordiæ implacabiles, odia plusquam *Vatiniana*, bella dirissima; & nullum non malorum genus: inde illa nomina priùs nunquam hoc sensu audita, *Pontificiorum & Protestantium*; inde studia partium non solùm in vitâ hominum, sed etiam in scriptis palàm dominantia: inde unius & ejusdem *Religionis Christianæ* duplex & multum diversa *Theologia*, in maximi quidem momenti capitibus doctrinæ, arcano *providentiæ divinæ* beneficio, ut plurimum consentiens, in aliis diffidens, & in mutuam perniciem conjurata, Fridr. Hortleder. *in dict. lib.* von den Vrsachen / und Rechtmessigkeit deß teutschen Kriegs *Caroli V.* Goldast. in Politischen Reichshändeln / *part.* 14. *pag.* 455. & *part.* 18. 19. *&* 20. *pag.* 735. 765. *&* 837. *& part.* 24. 25. *&* 26. Gabriel Prateol. *de vit. & sect. omnium Hæretic. lib.*10. verb. *Luterani. pag.*261. *& seqq.* Sleidan. *de stat. relig. & Reip.* Jacob. Aug. Thuan. *histor. lib.* 1. 2. *& seqq. usq. ad libr.* 21. Leonh. Wurffbain JCt. Noriberg. *in relat. histor.* 3. *per tot.* Conring. *de finib. Imperij German. passim.* Joh Cluver. *in epitom. histor. pag.* 699. *& plur. seqq.* Christoph. Ad. Rupert. *in observ. ad Besold. Synops. min. cap.* 18. *pag.* 709. *& seq.* Michaël Praun Junior. *in sæpè laudat. tract. germ.* Was hat Oesterreich bey Teutschland gethan? *cap.* 6. De *Concilio Tridentino* illud hîc memorabile notandum, quod *an.* 1545. inchoatum, & *anno* demum 1563. finitum fuerit, Jacob. August. Thuan. *dict. loc.* & Cluver. in *epitom. histor. pag.* 716. 718. 721. vide *Ideam Comitialeam an.* 1630. ubi de hujus *Concilij* insufficientiâ pro- & contra disputatur; *inter miscell. m. polem. lit. E.* Denique in laudem, honorem, & æternam tanti *Cæsaris* gloriam, addere libet Dan. Heinsii *epigramma*, quod *inter poëmata extemporanea pag.* 232. in cellulam in urbe *Gandavo* (in qua natus est *Carolus V.*) cum ad eam visendam accessisset, cecinit,

*Terrarum domitor, plus quovis Cæsare Cæsar*
*Carolus, hac primum serpere cœpit humo.*

*Salvete,*

*Salvete, ô domus & magni incunabula Divi,*
*Quem mundo genitum Ganda superba dedit.*
*Privatos urbes aliæ mirentur alumnos,*
*Quis credet cives nos habuisse Deos?*

## §. 8.

I. *Ferdinandus* I. *Caroli V.* frater, natus in hanc lucem, *an.* 1503. Imperium vero consecutus *an.* 1556. *&* 18. *Martij an.* 1558. coronatus est. Obiit 25. *Julij A. C.* 1564. Jac. Aug. Thuan. *histor. lib.* 36. *pag.* 323.

II. Sequitur nomothesia *Ferdinandi* I. cujus *Capitulatio Cæsarea*, seu, *Lex Imperij fundamentalis*, exhibetur à Carpzovio, & Limnæo, pag. 412. &c. *Recessus Ratisbonensis de an.* 1557. quinque continet membra. (1.) est præparatio ad colloquium *Wormatiense*: sed non felicem exitum sortitum est hoc colloquium, cum Pontificiis obveniret occasio hoc colloquium abrumpendi, ac id quòd aliàs nolebant, effugiendi. (2.) proponitur periculum imminens à *Turcâ*, quod commotâ mente Statibus ob oculos ponitur, & ab illis enixè auxilia petuntur: cui petito tandem detulerunt Status, & subsidiariam collectam octo mensium duplicatæ Romanæ expeditionis dare unanimiter consenserunt. (3.) prohibentur omnes clancularıæ deprædationes, assassinia, latrocinia, ac jubet Imperator, ut mandata ea de re facta sanctè observentur. (4.) dicit Imperator, sibi oblata esse quædam gravamina Cameræ Imperialis, sed ea in hisce Comitiis non ritè decidi posse tradit, ea propter & Visitatoribus commendat, quos ex omni Statuum numero eligit. (5.) in hoc membro tractatur de monetis, & refert se ad *Edictum* in re monetariâ.

*Recessus Spirensis ejusdem anni* 1557. iterum de visitatione Cameræ agit: ap. Goldast. *tom.* 2. *p.* 366. *Ferdinandi I. Laudum* in causâ *Archiepiscopi Rigensis, & Sigismundi Regis Poloniæ* ex unâ, & *Magistri Ordinis Livoniæ*, ex alterâ partibus, vide apud Goldast. *tom.* 1. *pag.* 577.

Primùm *Augustæ* 1559. Comitia celebravit *Ferdinandus* I. & hujus facti *Recessus* sex membra sunt. In (1.) membro tractatur de Religione, & sperasse se, dicit Imperator, feliciores instituti colloquii progressus. In (2.) membro agitur de auxilio contra *Turcas* ferendo, ubi Status hortatur, ut ocyus ea quæ de collectis restant, conferant & persolvant. In (3.) membro publica illa latrocinia & deprædationes severè vetat, & confirmat hoc casu omnes factas *Ordinationes & Mandata.* In (4.) membro decernitur Visitatio. In (5.) agitur de monetis, & se refert Imperator ad *Edictum* mo-

netale: vide Goldasti *collectanea monetaria tit. 2. pag. 8.* In (6.) membro confirmatur titulus reformationis Politiæ de filiis opificum.

Ejusd. Imperatoris *Rescriptum* de confirmatione suæ electionis in *Imperatorem Romanorum*, & gratulatione ad electum Pontificem, 1560. est ap. Goldast. *tom. 2. pag. 372.*

Ejusdem *Rescriptum* de Concilii libertate, & reformatione Ecclesiæ, 1562. *ibid. pag. 373.*

Cæsareæ Majestatis *articuli* de reformatione Ecclesiæ, per Legatos in *Concilio Tridentino* propositi, 1562. *ibid. pag. 375.*

Cæsareæ Majestatis *scriptum* de communione corporis & sanguinis Christi sub utrâque specie, Patribus *Concilij Tridentini* per Legatos exhibitum, 1562. *ibid. pag. 376.*

In *Recessu Wormatiensi* 1564. præcipuè confirmatur pax publica: pœnæ vibrantur in otiosos & vagabundos milites: Imperator tandem se præparat ad defensionem, si bello ab aliquo peti debeat.

*Ferdinandi I. Sacrum Mandatum* de methodo articulorum fidei juxta *Augustanam confessionem* conscribendâ & explicandâ, 1564. dat Goldast. *tom. 1. pag. 580.*

Ejusdem *Sacrum Mandatum* super eâdem re, *ibid. pag. 581.*

*Ferdinandi I. Rescriptum* de Sacramento Eucharistiæ sub utrâque specie, & conjugio Sacerdotum, 1564. Goldast. *tom. 2. pag. 379.*

III. *Ferdinando* adhuc vivo, *Wilhelmus à Grumbach Nobilis Francus*, vasallus *Antistitis Würzburgensis*, congregatis sociis, & Patronum nactus *Johannem Fridericum Saxoniæ* Ducem, *Johannis Friderici* Electoris filium, *Würzburgum* (cujus Episcopum *Melchiorem Zobelium* paulò antè dicebatur interfecisse) noctu effractis portis adortus cepit & diripuit: Igitur Imperator *Ferdinandus* atrocitate facti graviter offensus mandat, ut in Judicio Camerali non tàm violatæ fidei erga *Dominum Feudi* insidiosè circumventum, sed & fractæ pacis publicæ reus agatur: Intereà *Ferdinandus* moritur, ut sub *Maximiliano* demum turbæ finem acceperint, captâ ab *Augusto Saxoniæ* Electore (cui executio contra proscriptos demandata erat) arce *Grimmenstein*, & paulò pòst conjuratis supplicio affectis, quod factum *A.C.* 1567. Gotard. Arthus. *in Mercur. Gallo-Belg. lib. 3. pag. 400. & seq.* vide *infr.* §. 9. *n. 2. in Recess.* 1567. Cæterum res hujus Imperatoris pace belloque gestas, lege apud Sleidan. *in lib. histor. de statu relig. & Reip.* & apud. Jac. Aug. Thuan. *histor. à libr. 21. usque ad lib. 36.* nec non apud Joh. Cluver. *in epitom. histor. pag. 724. & seqq.*

Fuit hic Imperator Princeps prudentiâ, justitiâ, liberalitate, assiduitate, vigilantiâ nulli secundus: sed super eas omnes virtutes pietatis in il-

lo, & pacis in domo *Dei* constituendæ præcipuum studium fuit: nam ut in impetu *Turcarum*, cui impar viribus erat, sustinendo ac frangendo, morâ & arte uti, optimum factu experientiâ didicerat, sic & in religionis negotio non igne & ferro grassari, sed colloquiis, disputationibus, amicis collationibus, conciliis denique sive nationalibus sive œcumenicis rem gerere tutiùs judicabat, Joh. Saubert. *in miracul. Augustan. Confess. pag.* 15. *& seqq.* ex quibus verò verius est, eum admirabili & quasi fatali ardore & pietate, summum *Augustanæ confessionis* Patronum & Defensorem fuisse; adde Busbequium *sub fin. epistol.* 4. *pag.* 384. *& seqq.* de legatione *Turcicâ*, & fatebere, speculum fuisse boni Principis. De quo *Busbequio*, quod hîc obiter notandum, constat nobis, eum *Ferdinando I. & Maximiliano II.* virtutis ac prudentiæ gratiâ ità probatum fuisse, ut nullius ferè magis consilio Cæsares niterentur, maximè verò *Legatione Turcicâ* claruisse. Sed, ut in viam redeamus, dispar *Pij IV. Pontificis Rom.* apud *Germanos* Principes & *Danorum* Regem, authoritas fuit: cum enim generale Concilium, quod superiores Pontifices aut parùm cupere, aut negligentiùs tractare assueverant, se studiosiùs apparere simularet, illud iterum *Tridenti* continuandum indixit, misitque Legatos, qui *Protestantes* eôdem invitarent. *Fridericus Palatinus*, *Augustus Saxo*, Septemviri, multique alii *Teutonum* Principes, qui *Naumburgi* convenerant, *Ferdinando Cæsari* responderunt, ab œcumenico aut nationali, sed libero Concilio, se neutiquam esse alienos, quale hactenus Pontifex nullum promittat: Legatis *Pij* dictum, nihil Pontifici in Principes juris esse, neq; indicendæ Synodi authoritatem ei competere: *Lubeccam* progressis *Rex Danus* literas commeatus denegavit, indignum ratus, intra Regni fines admittere eos, à quorum *Domino* pridem neque auditus ipse, neque convictus, pro hæretico haberetur.

## §. 9.

I. *Maximilianus* II. *Ferdinandi* Imperatoris ex *Annâ Reginâ Hungariæ & Bohemiæ* filius, natus *an.* 1527. vivo patre 1562. *Rex Romanorum* creatus, eidem succedit in Imperio & Regnis hæreditariis. Obiit 12. *Octobr. A. C.* 1576. *in Comitiis Ratisbonensibus*, teste Matth. Dressero in *Isagog. histor. millenar. sexto*, *pag.* 512. *& seq.*

II. *Maximiliani II. Imperatoris Augusti Capitulatio* extat apud Carpzovium, & Limnæum, *pag.* 483. *& seqq.* Ejusdem *Rescriptum* de viâ regiâ reformandi abusus in Ecclesiâ & fide Catholicâ obortos, *an.* 1564. invenies apud Goldast. *tom.* 1. *pag.* 581. & Ejusdem *Sacra* super eâdem re, *ibid. pag.* 582. *Rescriptum & considerationes* de conjugio Presbyterorum. *tom.* 2. *p.* 380. Prima sunt Comitia, quæ *A.* 1566. *Augustæ* celebravit *Maximilianus II.* & con-

& continet hic Recessus membra sex. In (1.) agit iterum de Religione. In (2.) confirmatur pax profana. In (3.) agitur de auxilio *Turcico*, In (4.) tractatur de ordinatione Camerali, cujus nonnullos *Titulos* Imperator hîc extendit & ampliat. (5.) membro tractatur de reductione partium per vim ab Imperio *Romano* avulsarum, (vide Conring. *de finib. Imperij Germ. cap. 23. pag. 525.* nec non *supr.* §. 7. *n.* 2. ibi, *Statuum quorundam Imperij exemptione.*) Sed hæc consultatio quodammodo videtur esse inutilis. In (6.) membro repetitur ante hac instituta moderationis tractatio.

Postquam Imperator in *Recessus Ratisbonensis de an. 1567. primâ* parte, longâ & magnificâ oratione per Commissarios suos Statibus de auxilio *Turcico* gratias egisset, ac eventum belli *Turcici* enarrasset, simulque imminens adhuc malum à *Selimo* filio defuncti in acie *Solymanni* condignè enarrasset: pergit Status Imperii de ulteriora auxilio sollicitare: repetendum autem ex superiori *Recessu*, Status consensisse in auxilia *Turcica* per integrum continuare triennium, idque ad modum simplicis expeditionis *Romanæ*, quare Imperator instantibus precibus tandem à Statibus extorsit, ut hæ collectæ in triennium destinatæ intra spatium biennii solverentur, ita ut summa Collectarum triennalium jam ad biennii spatium redacta fuerit. In *alterâ* parte hujus *Recessus* agitur de Receptatore *Johanne Friderico Saxonum* Duce, & rebellibus Imperii, qui *Herbipoli* tantam inflixerunt cladem, vide *supr.* §. 8. *n.* 3.

*Recessus Erfordensis* ejusdem *anni* 1567. tractat (1.) de refusione expensarum, quæ in executione prædictorum rebellium insumptæ sunt. (2.) Auxilio *Turcico*. (3.) Bello inter *Daniæ & Sueciæ* Reges. (4.) Prohibitione famosorum libellorum, & picturarum, vid. *supr.* §. 7. *n.* 2. *Recess.* 1541.

Postquam *Maximilianus II*, pacem octennalem cum *Turcâ* fecerat, quod uterque jam funesto bello quassatus optaret requiem; mentem animumque ad curas Imperii reflectit, & *an.* 1570. *Spiræ* Comitia instituit: ubi pro more *Recessu* facto conqueritur initio, quod seria sua consilia de tranquillitate *Germaniæ* toties agitata condignum sortiri non potuerit effectum: complectitur autem hic *Recessus* octo membra: in (1.) tractatur de modo exauctorationis militum, & concedit *Germanis*, ut illis liceat, ubi velint, stipendia mereri militaria. In (2.) membro agitur de suppeditandâ pecuniâ ad ædificanda fortalitia adversus impressiones *Turcarum*. In (3.) tractatur de expeditione *Gothicâ*, & de impensis in illam factis ad persequendos scilicet *bannitos*, qui multa ex tempore patrarunt flagitia. In (4.) membro disquisitio instituitur de *Camerâ Spirensi*. In (5.) consultatur de modo restitutionis partium ab Imperio avulsarum, (vide *suprà* §. 7. *n.* 2. ibi, *Statuum quorundam Imperij exemptione.*) In (6.) tractatur de redintegratione Matri-

culæ

culæ Imperii. In (7.) membro confirmatur *Edictum* monetale. In (8.) agit Imperator de typographia, eamque quodammodo prohibet. Quæ de disciplina militari in *h. Rec.* tractantur, non indigent fusiori explicatione, quod sæpius hodiè immutata sit unà cum modo & ratione gerendi belli.

In die *Deputationis Francofurti* 1571. (cui plures Status, quàm institutio hujus conventus requirebat, adfuerunt) actum fuit præcipuè de *Edicto* monetali & Imperii matriculà. Hujus Imperatoris *Rescriptum* de *Laniena Parisiensi*, & *Belgicâ seditione* extat apud Goldast. *tom.* 2. *pag.* 383.

In *Recessu Ratisbonensi de an.* 1576. Imperator præmissâ excusatione, quod nõ libenter Comitia nõ necessaria indicat, rerum tamen deliberandarum momentum tam esse ponderosum dicit, ut hunc conventũ etiam ab invito se extorserit: conqueritur autem ab initio de *Turcarum* fœdifrago conatu, quod nõ attentis induciis octennalibus immani scelere terras Imperii depopulaverint, fortalitia quædam occupàrint, ac permultos *Christianos* in miserrimam servitutẽ abegerint. Partes autem ex divisione Imperatoris ipsius hic *Recessus* quinque continet: *Prima* pars continet cõsultationem de reprimendis *Turcarum* violentis deprædationibus, & sufflaminatione ulterioris irruptionis: & concluserunt Status, se opitulaturos Imperatori pecuniâ & milite. *Secunda* prohibet ulterius lustrari milites in *Rom.* Imperio pro extraneis Principibus, quâ de re etiam *suprà* actum. *Tertia* explicat quædam Ordinationis Cameralis dubia. *Quarta* continet confirmationem *Edicti* monetalis, quò iterum pertinet Goldasti *Catholicon rei monetariæ*. *Quinta* explicat modum processus in causâ moderationis collectarum. Videatur *Huberti Langueti* judicium de hoc Imperii conventu, *epistol.* 54. & 55. *pag.* 192. & 196. Pertinent etiam ad hunc annum *Constitutio Nicolai V.* declarata: & *Concordata Principum Germaniæ* cum *Nicolao V.* apud D. Limn. *annot. ad Capitulat. Caroli V. mantiss.* 7. & 8. *pag.* 399. & 401. adde *supr. h. t.* 12. § 5. *n.* 2. *pag.* 334.

III. Fuit hic Imperator magnanimus, humanus, doctus, ac magnæ prudentiæ; nec non multarum linguarum, *Germanicæ, Latinæ, Italiæ, Gallicæ, Hispanicæ, Ungaricæ atque Bohemicæ*, peritus: cùm tamen *Aurea Caroli IV. Bulla tit. ult.* id solummodo ab Imperatorum & Electorum filiis requirat, ut in *Grammaticâ, Italicâ & Sclavicâ* linguis instruantur, *ibiq;* Georg. Theod. Dieterichs *not.* & Dn. Limn. *obs. ad A. B. c.* 30. cunctis deniq; acceptus Princeps. Quàm aversatus sit omnem vim ac crudelitatẽ in causâ religionis, imò quàm ad *Laniena᷉ Parisiensem* exhorruerit, docet Ejusdem *Rescriptum* (de quo *paulò suprà*) ad *Lazarum à Schwendi* Baronem, &c. utitur inter alia hisce verbis: *Res pietatis gladio non volunt dijudicari neque tractari; neque aliter sentiet quisquam, in quo aliquid est pietatis & honestatis, ullumve pacis &*

*tranquillitatis studium reliquum*, Goldast. *dict. tom. 2. pag.* 384. Eo regnante purioris *Christianismi* doctrina longiùs se diffudit: nam per *Galliam*, *Angliam*, *Scotiam*, *Pannoniam*, *Poloniam*, *Belgium* roborata, diœceses quoque Episcopales *Magdeburgicam*, *Halberstadensem*, *Verdanam* in *Saxoniâ*, illustremque *Brunsuicensium* Ducatum pervasit. *Joachimus Fridericus* Marchio ditionem, *Magdeburgicam*, Canonici *Halberstadenses*, postulato Præsule *Henrico Julio*, *Halberstadensem*, *Eberhardus Holtius Verdanam* diœcesin, renovato *Evangelio* imbuerunt: Extincto *Henrico* patre, *Julius Brunsvicensium* Dux avitis terris exoptatum melioris *Christianismi* exercitium indulsit, adjunctâ *Academiâ*, felici pietatis & bonarum artium officinâ. *Nicolaus Razevilus*, *Vilnensis in Lithuaniâ Palatinus*, edito *Sarmaticè* sacro Codice, facem *Evangelij Polonis & Lithuanis* prætulit. Quoad reliqua in statu quieto & turbido à *Maximiliano II.* gesta, remittimus *Lectores benevolos* ad Thuan. *histor. lib.* 36. 37. *& mult. seqq. usque ad librum* 63. Joh. Cluver. *in epitom. histor. pag.* 729. *& seqq.* D. Michaël Praun. Junior. Was hat Oesterreich bey Teutschland gethan? *dict. cap.* 6. & ad M. Caspar. Elogii Leichpred.

## §. 10.

I. *Rudolphus* II. *Maximiliano* II. ex *Mariâ Caroli V.* filiâ natus *d.* 18. *Julij A. C.* 1552. fit *Rex Romanorum* 1575. & *an. seq.* succedit Patri. Tandem *die* 10. *Jan. A. C.* 1612. plenus gloriâ, magno desiderio sui relicto, decessit.

II. *Rudolphi II.* Legem fundamentalem habemus apud Carpzovium, & Limnæum, *pag.* 505. *& seqq.* Quoad cæteram nomothesiam hujus Imperatoris, *Francofurti* 1577. in die *Deputationis*, Ordinatio Politiæ in meliùs reformatur. vide Languet. *epistol.* 56. 57. *& seqq.* Prima fuêre Comitia *A. C.* 1582. quæ *Augustæ* celebravit Imp. *Rudolphus* II. Continet autem hic *Recessus* septem partes. *Prima* tractat de subsidio contra *Turcam* ferendo. *Secunda* prohibet lustrationem & coactionem militum extra Imperium deducendorum. *Tertia* curam gerit *Circuli Westphalici* ob motus *Hollandicos*. *Quarta* parte consultatur, quâ ratione Imperio per vim & fraudem subtracta membra possint reoccupari, vide Conring. *de finib. Imperij Germ. cap.* 23. *pag.* 525, nec non *supr.* §. 7. *n.* 2. *Recess.* 1548. *Quinta* agit de Justitiâ, & indicit *Conventum Deputationis Spiræ* habendum *anno* sequenti, quod ob insignem dubiorum & gravaminum molem hîc nihil tractari possit. *Sextâ* parte consultatur de integrandâ Matriculâ. *Septimâ* parte confirmatur *Edictum* Monetale, videatur iterum Goldasti *Catholicon rei monetariæ*.

Præter hæc in *Comitiis Augustanis* actum fuit de duobus negotiis maximè ponderosis: scilicet (1.) de *Calendario Gregoriano*, quem obtrudere volebat *Germanis Papa Gregorius* XIII. sed nihil obtinuit ab Imperatore. Cujus

jus *Edictum* hâc de re extat in Limn. *annot. ad Capitulat. Ferdinandi III. maniss.* 2. *pag.* 780. (2.) de matrimonio Electoris & Archiepiscopi *Coloniensis Gebhardi Truchsessii*, quod *Thuanus & Osiander* fusiùs enarrant: adde Teutsches Außschreiben und gründlichen warhafften Bericht / Herrn Gebharts Ertz-Bischoffs zu Cölln / &c. Aus was Christlichen Ursachen Sie die Freylassung der wahren Christlichen Religion Augspurgischer *Confession* verstattet / und was Sie / sich in Ehelichen Standt zu begeben / bewegt: Gedruckt im Jahr 1583.

*Recessus Ratisbonensis* 1594. præcipuum fuit, ut impetraret à Statibus Imp. auxilia contra *Turcas*, *Hungariam* eo tempore miserè vastantes: obiter confirmat pacem profanam, & decernitur Legatio in *Belgium* ad componendos motus, quæ tamen fuit absque effectu. Non hîc silentio prætereundum est *Mandatum* pro *Civitatibus Hanseaticis* contra *Anglos*, sub dato *Pragæ* 1. *Aug.* 1597. *inter misell. m. polem. lit. F.*

In *Recessu Ratisb.* 1598. nihil etiam tractatur, quam de auxilio contra *Turcas* ferendo: & exponit Imp. periculi magnitudinem, & enixè sollicitat Status, ut concurrant ad amoliendas tàm periculosas impressiones.

De cæteris duobus *Rudolphi II.* conventibus, habitâ temporis ratione, paulò pòst *in seq.* §. 11. agemus.

III. Hic Imperator matrimonii abstinens, liberiorique, quàm fas erat, veneri assuetus, culpam haud modicâ dignitatis jacturâ luit, cætera eximius, quem nemo unquam reprehendere ausus est, nisi sacerrimi bellorum *Germanicorum* concitatores, & Circæis veneficiis dementiti alastores: talis enim est *Daniel Eremita*, nefarius apostata, cujus verba, quæ reperiuntur in *Itinerario Germanico*, Christ. Ad. Rupertus *observ. in Synops. Besold. min. cap.* 18. *pag.* 712. non vult recitare: scilicet optimus Imperator Divorum Patris & Avi vestigiis insistens, consilium *Christianæ* pacis amplexus erat, & ob id furiosis istis minimè placere poterat: sed bene habet, est enim argumentum recti, malis & malorum eximio *Danieli Eremitæ* displicere. Ipsi à consiliis fuit clariss. & nobiliss. *A. Gulenius Busbequius*, cujus mentio honorifica facta, *suprà* §. 6. *n.* 2. & § 8. *n.* 3. in *Legatione Turcicâ*, aliisque optimè meritus. Laudatus modò Rupertus *dict. pag.* 712. *Rudolphum* inter Heroës collocat meritò, qui cerberorum rabiosis latratibus piissimas aures clausit, & summâ prudentiâ cavit illud incendium, quod ejus post mortem accensum, devastavit totam patriam.

*Rudolphus Turcam* potiùs, communem hostem, submovendum censuit, quod etiam magna dexteritate præstitit, prægnanteque jam dissidiorum civilium Germaniâ, derepentè in fata concessit, immensâ vi auri in thesauris relictâ, majori pacis publicæ desiderio: junge Thuan. histor. *à lib.*

*lib.63. & seqq. usque ad fin. totius historiæ* : Joh. Cluver. *in epitom. histor. pag. 736. & seqq.* Mich. Praun. jun. Was hat Oesterreich bey Teutschland gethan? *cap. 7.*

## *Tertiæ Parti subest seculum decimum septimum.*

### §. II.

I. *Matthias, Rudolphi II.* frater, natus *Viennæ in Austriâ die 24. Febr. A.C. 1557.* Electorum unanimi consensu Imperator *Romanorum Francofurti* eligitur *d. 13. Jun. A. C. 1612.* & *ibidem* coronatur die 24. *Jun.* obiit *Matthias d. 10. Mart. A. C. 1619.*

II. Antequam ad hujus Imperatoris nomothesiam progrediamur, ratio ordinis & temporis postulare videtur, ut prius à reliquis hujus seculi *Recessibus*, adhuc à *Rudolpho II.* conditis, nos expediamus. Sicut in Constitutionum correctionibus non ordo observari, sed corrigendæ partes hinc inde desumi solent : ità & *Spiræ 1600. Deputationis Recessui* accidit : variæ enim præcedentium & ante conditorum *Recessuum* partes hoc loco referuntur, explicantur, restringuntur, corriguntur, ità ut in correctione præcedentium ferè totus consistat : continet autem duas sectiones principales : *Prima* agit de modo exercendæ justitiæ in Camerâ Imperiali : *Altera* quædam alia tractat, quæ ad statum politicum formandum erant necessaria. In *prima* sectione continentur novem membra. (1.) agit de numero copiarum, quot scilicet in Camerâ exhiberi debeant, & jubet Imperator appellatum, ut acta prioris instantiæ quinquies describi curet. (2.) tractat de pauperibus litigantibus, de quibus *ordin. Cam. part. 1. tit. 41.* (3.) concernit summam appellabilem, quâ de in *Recess. an. 1654.* (4.) occupatur in describenda qualitate Assessorum. (5.) agit de causæ continentia. (6.) de effectu Promotorialium. (7.) enarrantur causæ, in quibus locum habent mandata sine clausula. (8.) inhibentur Procuratorum frivolæ absentiæ. (9.) continentur varia *Ordinationis Cameralis* capitula, quæ Imperator corrigit, & quatenus intelligi debeant, explicat. In *alterâ* sectione agit Imperator de statu politico informando, & quidem deciditur quæstio : *Quatenus in Imperio Romano interesse Creditor à tempore moræ legitimè petere possit* ? R. ultra quinque pro centum peti non debere : deinde etiam controversia deciditur, quod stante ac durante *Revisione* executio debeat suspendi, quâ de re novi quid decisum in *Recessu an. 1654.*

*Recessus Ratisbonensis de an. 1603.* continet sex partes. (1.) tractat implora-

plorationem auxilii *Turcici.* (2.) agitur de tumultibus *Belgicis.* (3.) exponit Imperator rebellionem urbis *Embdæ* adv. Com. *Enno.* (4.) consultatur de verò Justitiæ administrandæ modo. (5.) agitur de re monetaria : ubi iterum Goldasti *Catholicon* &c. repetendum. (6.) proponit Statibus necessitatem complendæ & redintegrandæ Matriculæ Imperii, humaniterque petit, ut requisitis hâc [illegible] re in *Recess.* 1582. 1594. 159 factis debitè satisfiat, ut tandem certè subditi Imperii ab aliis dignosci possint.

*Rudolphi II.* Imperatoris Augusti *Edictum* de pace religionis concessa *Bohemis* & conjunctarum provinciarum incolis, ut *S. Romani Imperii* membris, *A. C.* 1609. est apud Goldast. *tom.* I. *Constitut. Imperial. pag.* 583. Et tantùm de *Rudolphi II.* nomothesia.

*Matthiæ* Imperatoris Augusti, *primò* omnium, Lex Imperii fundamentalis, seu *Capitulatio*, *de dato* Franckfurt am Mayn/ den 18. *Jun.* 1612. extat apud *Carpzov. & Limn. pag.* 544.

*Matthiæ* Imperatoris Augusti *Mandatum* de tollendo novo vectigali, atque demolienda nova munitione ad *Rhenum A. C.* 1612. extat apud eund. *ibid. pag.* 584. adde Joh. Ludwig Gottfriedts Historische Chronikh *pag.* 1134. *& seq.*

Dissensiones porrò inter Status Imperii effecerunt, ut Comitia hæc *Ratisbonæ* 1613. indicere Cæsar *Matthias* necesse habuerit, nihilque toto hoc tempore *Ratisbonæ* actum, quàm quod Status Imperii collectam contra *Turcarum* impetus seu collectam *Turcicam* concesserint: de hâc colligendâ, de modo colligendi hanc collectam totus occupatur *Recessus*, nihilque præter hoc aliud, quod notatu aut observatu dignum est, continet : Ideòque, quod benè notandum, à *Protestantium* parte minimè receptus fuit, videatur gründliche Relation deß jenigen/ so bey dem zu Regenspurg *an.* 1613. gewesenen Reichs-Tag von der Evangelischen Gesandten verhandlet worden; Auch der Ursachen/ warumb sie deß andern Theils für sich gemachten Abschied nicht angenommen/ sondern darwider protestirt haben : Getruckt im Jahr/ 1614. Goldasti Politische Reichs-Händel/ *part.* 25. *c.* 4. *p.* 1050. *& seqq.* nec non Johannis Ludovici Gottfridi Historische *Chronica*, *p.* 1136. *& seqq.*

In iisdem etiam Comitiis ab Imperatore *Matthiâ* nova quidem & melior *Cameræ Ordinatio* concipi jussa est, sed eadem neque approbata neque confirmata fuit. *A. C.* 1614. *Matthias* Imp. Conventum *Circuli Austriaci* habuit, de quo Idem Jo. Ludov. Gottfried in Historischer *Chronica*, *pag.* 1143. *Anno sequenti* iterum *Conventus Circularis* instituitur à *Protestantibus* unitis *Noribergæ*, Gottfried *ibid. pag.* 1144. *A. C.* 1617. uniti *Protestantes Heilbronnæ* convenerunt, Gottfried *ibid. pag.* 1151.

III. Circa statum seu formam Reipub. *primò* hîc notandum, quod

 ante

ante Cæsarem *Matthiam* quinque mensium interregnum fuerit, à morte scilicet *Rudolphi II.* (quæ obiit in 10. *Jan.* 1612.) ad electionem *Matthiæ*, qui 13. *Jun. eodem anno* electus est. De periculis & incommodis interregnorum vide Besold. *lib. 3. de succeff. regn. differt. 4. n. 1. & seqq.* Imperator *Carolus IV.* quomodo sustulerit ejusmodi incommoda, docet Carpzov. de *Leg. Reg. Germ. cap.* 11 *n. 27. & seqq. usq. ad fin.* vide *supr. tit. 4. §. 4. in fin. & tit. 8. §. 7. & tit. 9. §. 19. & tit.* 11. §. 12. *&* 15. *& h. tit.* 12. § 4. *n.* 1. nec non Goldasti Politische Reichs-Händel / *part. 7. pag.* 207. *&c.* ubi controversia illa celebris super Vicariatu, inter *Palatinum* & *Bavarum* Electores, notatur.

Circa tempora hujus Imperatoris *secundò* etiam hoc notabile occurrit, quod *A. C.* 1616. plurimi frigoris vehementiâ perierint, & *A. C.* 1617. primùm fata *Germaniæ*, diu anteà intestinis discordiis provocata, se aperuerint, quarum una haud dubia causa (præter otium à *Turcicis* externisque armis, & alia, quæ populos nimiâ libertate luxuriantes in mutuas dissensiones agere solent) *Religio* fuit: *Calvinistarum* quippe factio immensis opibus succrescens longa belli meditamenta proferre incepit: ac nemo non videbat, *Germaniam* bellis civilibus in exitium ruituram, idipsum agentibus *Externis*, qui partium studia callidè promovebant, ut gens potentissima intestinis motibus divisa obnoxium proximis latus aperiret, longæq; libertatis licentiâ concideret. In eo animorum motu *Matthias* Cæsar ætate curisque fractus, quarum tædio jam olim succubuerat, cum sobole careret, spe successionis in *Ferdinandum Archiducem* patruelem suum inclinatâ, fratre *Alberto*, quem itidem ætas spesque prolis defecerat, & *Hispanis* qualicunq; jure suo ultrò concedentibus, illum Regnis *Bohemiæ* & *Hungariæ* inaugurandum curat. *A. C.* 1618. *Calvinistarum* Dux *Matthias* Comes *Turrianus Bohemis* auctor fuit, ut tres ex *Primariis Cæsareis Ministris* ex summâ *Pragensi* arce raptim præcipitarentur: miraculi instar fuit, eos casu illo, quamvis summâ locorum altitudine, nihil læsos, Joh. Ludw. Gottfried in Historischer Chronic / *pag.* 1154. *& seq.* adde Joh. Philippi Abelini ersten Theil deß Merianischen *Theatri Europæi à pag. 1. & multis seqq.* & Dn. Michaëlis Praun Junioris offt angezogenes teutsche Tractätlein / was hat Oesterreich bey Teutschland gethan? *cap. 7. pag. 74. & seqq.* *Tertium* hujus Imperii memorabile est aliud Interregnum, quod incidit in *an.* 1619. à *Matthiæ* obitu, usque ad *Ferdinandi II.* electionem, id est, à 10. *Mart. usq; ad* 18. *August.* itidem quinque mensium: sed in hoc Interregno, ratione Vicariatus nulla erant dissidia inter *Bavarum* & *Palatinum*, majoribus æmulationibus ea impedientibus; nam eo ipso tempore nō solùm *Bohemi* Regnum *Ferdinando* apertè abrogant, & *Fridericum Electorem Palatinum*, *Calvinistici* fœderis Ducem, substituunt: sed etiam confœderati *Catholici*

(Ger-

(*Germaniâ* totâ aut aperto bello aut belli timore implicitâ) & ipsi militem conscribunt, summâ fœderis *Maximiliano Bavariæ Duci* permissâ, unde spes eorum elusa, qui alium Comitiorum eventum, aut moras Interregni longiores (semper magnis rerum mutationibus obnoxias) operiebantur: vide Authorem *Epitom. Rer. Germ. anno* 1619. *pag.* 12; & 13. & *supr. tit.* 4. §. 4. *in fin. & tit.* 8. §. 7. & *tit.* 9. §. 19. & *tit.* 11. §. 12. & 15. & *h. tit.* 12. §. 4. *n.* 1. & & *paulò suprà h.* §. 11. *n.* 3. adde Jo. Philippi Abelini ersten Theil deß Merianischen *Theatri Europæi à pag.* 107. &c.

## §. 12.

I. *Ferdinandus* II. natus *d.* 9. *Jul. A. C.* 1578. patre *Carolo* Archiduce *Austriæ*, *Ferdinandi* I. Imperatoris filio, matre *Mariâ Bavarâ. Die* 18 *Aug.* 1619. Imperator *Francofurti* electus, & exeunte mense coronatus est. Obiit *Viennæ d.* 25. *Febr. A. C.* 1637.

II. Hujus Imperatoris ante omnia Lex fundamentalis, id est, *Capitulatio*, 28. *Aug.* 1619. *Francofurti* cum Electoribus inita, quoad nomothesiam ejus, notanda & observanda occurrit, tradita à Carpzovio & Limnæo, *pag.* 584. *Ferdinandus* II. toto quidem Regiminis tempore nulla celebravit Comitia, quamplurima tamen promulgavit *Edicta & Mandata* in negotio Religionis. In *Annis Christi* 1619. 1620. & 1621. dum Electores *Mülhusiæ* congregati erant, *Mandata monitorialia* edidit, contra *Fridericum V. Regem Bohemiæ, Electorem Palatinum*, &c. ad restitutionem *Regni Bohemiæ*, quæ apud Casp. Lundorpium in *actis publ. tom.* 1. *lib.* 5. & 6. in *miscellan. m. polem. lit.* Z. leguntur: nec non in *Theatro Europæo Meriano part.* 1. *pag.* 300. &c. & *pag.* 318. & *seqq.*

*A.C.* 1625. *ex Austriâ Lutheranæ Religionis* Præcones proscripsit. Leonh. Pappus Canonicus *Constant.* & *August.* Author. *Epitom. Rer. Germ. an.* 1625. *pag.* 37.

*A. C* 1627. In *Austria* & *Bohemia* repetitis *Edictis Protestantium Religio* proscribitur, dato anno spacio ad convasandum deliberandumvé, qui sanctionibus teneri nollet; Leonh. Papp. *ibid. an.* 1627. *pag.* 54.

*Eod. an.* 1627. *Mülhusiæ* (quæ urbs aliquot Comitiis Electoralibus nobilitata) Electores consilia conferunt. quâ ratione res Imperii ordinandæ, pax componenda, ac si obtineri nequeat, sumtus bello suppeditari possent; nullius earum rerum perficiendæ tempus erat, itaque quod consilio explicari non posset, sorti permissum: *Epit. Rer. Germ. ibid.*

*Colmariæ* quoque *eod. an.* permissu *Cæsaris* per *Lotharingi* & *Wirtenbergici* Ducum Legatos de *Palatini* restitutione, sed irrito effectu, actum; *ibid.*

*A. C.* 1628. Multam sermonibus materiam præbuerunt frequentia

quæ in urbibus Imperii *F dictæ* ependerunt, quibus Religionis usus ad præscriptum legis eâ de re conditæ severius exigi cœptus, passim etiam *Lege Majestatis* eorum bona publicabantur, qui superiorum rebellibus consociasse consilia insimulabantur, *epitom. rer. Germ. ibid.* 1628. *pag.* 66. & Joh. Saubert. *in libr. provident. divin.* 1643. ex *Malach. c.* 3. *vers.* 16. *in fin.* ad Gallum Baronem de *Racknitz*.

*A.* 1629. mense *Martio*, rem diu agitatam, & in cujus expectationem universæ *Germaniæ* animi spe metuvé erecti erant, de *Bonis Ecclesiasticis* definire ausus publicâ sanctione, quicquid eorum contra Pacem Religionis occupatum esse appareret, restituendum edicit: magnis ea motibus excepta promulgatio; *Catholicis*, ut ad diu sperata tot victoriarum præmia, immodicâ lætitiâ gestientibus; *Protestantibus* contrà, quorum vix ullus ab eorum bonorum contactu immunis, in universum non aliter quàm se pro victis æstimantibus; *dict. epitom. rer. Germ.* 1629. *pag.* 73. *& seq.* adde *scripta m. polem. litt.* B. C. L. *&* X. Quid circa *fin. ejusd. anni* 1629. & *init. anni* 1630. *Francofurti* inter Cæsarem & Status de *Concilii Tridentini* insufficientiâ actum fuerit, vide inter *miscell. m. polem. lit.* E.

Cæsar porrò 1630. *Ratisbonam* Septemviralia Comitia indicit: ubi (1.) actio de pace fuit (2.) consultatio de bonis Ecclesiasticis instituta, quæ pro more *Germaniæ* in alium dilata cœtum, tempusque componendæ huic causæ in annum proximum *Francofurdiam* definitum. (3.) caput, de bello porrò administrando, quando pacem desperatam esse appareret, fuit. Injecta (4.) & de *Rege Rom.* creando mentio, Cæsarque huic spei filium ostentabat. Finis Comitiorum talis fuit, ut *Romani Imperii* vulnera patefierent quidem, sed neutiquam curarentur, & penè ipso Imperii fine consecuto (nî *Deus* desertas humanis consiliis res sustentasset) hæc ultima in *Germaniâ* Comitia fuissent; *Epitom. Rer. Germ. an.* 1630. *p.* 87. *& seqq.* Cæterùm de illis ipsis Comitiis Electoralibus *Ratisbonæ* celebratis, elegantissima legatur *Epistola* Nobilissimi Christophori Forstneri, quam olim Clarissimus p. m. Matthias Berneggerus, in publicum edidit, nunc verò denuò in lucem emissa. Legantur quoque eâdem diligentiâ, *Protestationes, Cæsareæ propositioni* in hisce Comitiis ab *Electoribus* oppositæ, *Imperatoris Replicæ, Electorum Duplicæ, Cæsaris Triplicæ, Electorum* ulteriores *Reprotestationes* & *Resolutiones*, à Dn. Limnæo in *annotament. ad Capitulat. Ferdinandi II.* mantissæ loco, *pag.* 612. *& seqq.* fideliter communicatæ: & *miscell. m. polem. litt.* B. E. K.

*Ferdinando II.* adhuc imperitante, *Protestantes Saxoniæ Electoris* auspicio novum inter se *Lipsiæ* fœdus inierant, *an.* 1631. conscriptoque milite *Edicti Ecclesiastici*, tributorumque militarium abolitionem ab Imperatore [illegible]

quem [illegible]

quem exarmatum volebant, minitabundi, nondum tamen *Regis Suecia* armis, petebant, & copiæ Cæsareæ ex *Italiâ* post res illic pacatas reduces multos illorum, in quibus Dux *Wirtenbergicus*, *Sueviaque* ac *Franconia* Civitates fuêre, ad fœdus ipsum ejurandum adegerant. Neque ipse *Imperator Mandata monitoria*, *avocatoria*, *& requisitoria* severè emittere, neq; per *literas* ad quasdam Civitates Imperiales, Vasallos Principes & Nobiles immediatos *Augustana Confessioni* addictos, datas, rescíscere desiit, quo se modo omnes & singuli erga ejusmodi *Mandata Monitoria &c.* accommodare decreverint: quæ *Mandata* & *Literæ* in *Theatri Europæi secundâ parte* (è Joh. Flitnero descriptâ, à Matthæo Meriano verò cum figuris æneis editâ) *pag.* 316. *& mult. seqq.* extant, quâ de re plura in *miscellaneis meis polemicis litt.* A. G. L. S. *& T.* de quibus *Mandatis Cæsareis* (quod *suprà h. t.* §. 1. *n.* 3. *pag.* 329. indicavimus, & hoc loco meritò repetimus) *Ictus* quidam *Dillingensis* ein rechtliches Bedencken/wessen sich die Stadt N. auff der Römisch. Käyserl. Majest. ihro überschickte *Mandata monitoria*, *avocatoria*, *& requisitoria* zu verhalten rc. *Dillingæ eod. an.* 1631. imprimi curavit, in eoque consilio Civitatum libertati nimium quantum detrahere non est veritus; unde nos eum in scripto quodam, *superiori anno*, imprudenter allegando approbandoque secuti (ab animo tamen malum consilium abfuisse optimè conscii) in summum adducti fuimus discrimen, adeò ut nos consultius & aliter egisse, potiusque beati nunc Philippi Knipschildii *de jur. civitat. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 10. *&c. & lib.* 2. *c.* 2. sententiam, ceu saniorem & tutiorem, præripuisse optaremus:

*Eod. an.* 1631. *Protestantes* cum *Catholicis Francofurdiæ* Compositionis ità dictum conventum, dicis magis causâ, ne deesse viderentur, quàm quod quicquam ibi daturi admissurique erant, obierant.

*An.* 1635. fœda rerum in *Germania* facies erat, unicum afflictis rebus remedium à *Pace* sperabatur, quæ frequentibus legationibus ac congressibus *Pirnæ*, alibique locorum, inter *Cæsarem* ac *Saxonem* disceptata, iis tandem conditionibus *Pragæ* convenit, quæ privatim *Saxoni* quàm universo partium nomini utiliores æstimatæ, nec internas discordias personarunt, nec externis satisfecerunt: quanquam omnes ferè in *Germaniâ Protestantes* (paucis inde aut nominatim, aut pro parte, aut suâ sponte exceptis) pacem verbis acceptassent, *Suecique* idem pro tempore se facturos simularent: verùm dulce hoc *Pacis* nomen cassò effectu in atrocius bellum evasit: *Sueci* enim *Saxoniæ Electoris*, secum tanquam cum victis non sociis agentis, acerbitate, & post prorogatas cum *Poloniæ Rege* inducias, novis è *Sueciâ* subsidiis confirmati, injurias ipsi crudelissimo bello regesserunt; *Author. epit. rer. germ. an.* 1635. *pag.* 147. *& seq.*

 III. Quæ

III. Quæ bella cum *Bohemis*, *Electore Palatino*, *Christiano Brunsuicensi*, *Daniæ*, *Sueciæ*, *& Galliæ Regibus* gesserit, sciunt omnes: legatur Leonh. Pappus *in epit. rer. germ. ab an.* 1620. *usque ad annum* 1637. & authores deß Merianischen *Theatri Europæi in part.* 1. 2. *&* 3. scil. Jo. Philip. Abelinus, Joh. Flitnerus, & Henricus Oræus. Vitam ejus totam descripsit Guilielmus Lamormaini.

## §. 13.

I. *Fertinandus* III. *Ferdinando* II. natus, *die* 13. *Jul. A. C.* 1608. ex *Maria Anna*, *Wilhelmi Bavariæ Ducis* filia, *Alberti* nepti, *Wilhelmi* pronepti, *Romanorum Rex*, indictis *Ratisbonam* Comitiis, *d.* 22. *Sept. A. C.* 1636. eligitur, & 30. *mens. ejusd.* coronatur, vivo adhuc patre: Non multis diebus pòst in *Romanorum Reginam* coronata fuit *Maria*, *Philippi* III. *Hispaniarum Regis* filia, *Philippi* neptis, *Caroli V.* proneptis, quæ illi conjux: ex hoc matrimonio nati, *Ferdinandus Franciscus* 3. *Sept.* 1633. *Maria Anna*, 22. *Dec.* 1634. (nupta *Philippo IV. Hispaniarum Regi* 1648.) *Philippus Augustinus* 5. *Julii* 1637. *Maximilianus Thomas* 20. *Dec.* 1638. (qui duo præmaturâ morte intercepti sunt 1639.) *Leopoldus Ignatius* 9. *Jul.* 1640. *Maria* ex matre mortuâ exsecta & statim à Baptismate mortuâ, cumque eadem sepulta, 1646. Deinde *Ferdinandi* III. matrimonium tenuit *Maria Leopoldina*, *Leopoldi Archiducis in Inspruck* filia, quam ei nuptum dedit. 2. *Jul.* 1648. Hæc verò fatali partu *Ferdinandum Carolum Josephum* edens, 7. *Aug.* 1649. nonnullarum negligentiâ, quæ habere rationem puerperæ debebant, mortua est repentinò 9. *Aug. an. eod. Carolus Josepus* obiit. *Jan.* 1664. Processu temporum *Ferdinandus* III. Imperator *Eleonoram Gonzagam*, *Caroli* II. *Ducis Mantuæ* filiam secum matrimonio junxit, 30. *April.* 1651. ex qua progignebantur *Teresia Maria Josepha* 26. *Mart.* 1652. morte iterùm extincta, *mens. Maj.* 1653. (cum instaret electio *Ferdinandi IV.* de quâ §. *seq.*) Itemque *Eleonora Maria* 21. *Maj.* 1653. *Maria Anna Josepha*, 20. *Dec.* 1654. & *Ferdinandus Aloysius Josephus*, 1. *Febr.* 1657. sed *Ferdinandus Aloysius Josephus*, pro mortali conditione brevioris vitæ, immortalitatem est consecutus, 30. *Jun.* 1658. Vitæ sortem dereliquit *Ferdinandus* III. 2. *April.* 1657. anno ætatis 48. & plusquàm dimidio, imperii 20. *mens.* 3. *d.* 10. Id verò memorabile putabit posteritas, quod è tribus singulis uxoribus tres quoque reliquerit filios: *Leopoldum* è *Maria*: *Carolum* è *Maria Leopoldina*: & *Ferdinandum Aloysium Josephum* ex *Eleonora*.

II. In frontispicio nomothesiæ *Ferdinandeæ* Legem Principalem seu fundamentalem, id est, *Capitulationem* ejus, sub dato *Ratisbonæ* 24. *Decembr.* 1636. statim ponimus, quæ iterùm apud Carpzovium, & Limnæum *pag.* 665. extat.

*Anno Chr.* 1640. universo Orbi notum fuit, & adhuc est, crudentissimum *Sueco-Germanicum* bellum, quo durante Imperator hic *Ferdinandus III.* Status *Ratisbonam* evocat, ibidemque, ut horum Comitiorum (quibus pacis aliquâ tandem ratione reperiundæ desiderio magnâ illaborabatur sollicitudine) *Recessus* anni proximè sequentis 1641. testatur, magnifico apparatu sortem Imperii & *Germaniæ* deplorat, & amplissimis verbis contestatur desiderium reducendæ pacis: hujus autem *Recessus* sunt tres partes principales, ut Imperator in propositione 13. *Sept.* 1640. factâ, *pag. mihi* 3. ipse dividit: *Prima* pars exponit media, quâ ratione vulneri inflicto iterum medica adhiberi manus possit, & pax in *Germaniam* postliminio quasi reduci, quia autem hæc omnia per *Instrumentum Pacis* sunt sublata, minus erunt explicatu necessaria: *secunda* pars tractat de mediis ad belli continuationem necessariis, & ratio contributionis ferè eadem cum consuetis clausulis observatur, quæ fuit in *præced. Recess. de an.* 1613. sopito autem hoc bello nulla hujus partis explicatio necessaria: *tertia* parte Imperator dicit, multa agi debere de modo administrandæ justitiæ, sed hæc omnia ad diem *Deputationis* proximum rejiciuntur. Durantibus verò his *Ratisbonæ* Comitiis à *Cæsareâ Majestate Edictum* promulgatum & Statibus atque Ordinibus Imperii traditum est, de *Amnistia*: quod literis publicis deinceps commissum fuit; vide *miscell. m. polem. lit. M. Archiepiscopi Salisburgensis* Votum in *præcepto* contributionis *Ratisbon.* 12. *Nov.* 1640 prolatum, Dn. Limnæus in *annot. ad Capitulat. Ferdinandi III. pag.* 769. *& seqq.* mantissæ loco, exhibet: nec non *Supplicationem* pro conservatione & manutentione Concordatorum *Nationis Germanicæ*, Juris communis, Concilii *Tridentini*, Ordinationum Imperii, Statuum privilegiorum, & *Capitulationis Regiæ, &c. Cæsareæ Majestati* à Senioribus Ecclesiasticis Ordinibus, iisdem Comitiis *Ratisbonensibus* 1641. humilimè oblatam, Idem Dn. Limn. in *annot. ad Capitul. Caroli V. mantiss.* 9. *pag.* 404. tradit.

*Anno* 1643. nomine Imperatoris *Francofurdiæ* Conventus *Deputationis*, ad expedienda: quæ 1641. in Comitiis *Ratisbonensibus* non expedita fuerunt, maximè autem ad promovendam in *Germania* pacem, indictus & celebratus est: ubi Status & Ordines Imperii *Ameliam Elisabetham Hassiæ Landgraviam*, Epistolâ sub dato 23. *Maij*, à deserendo fœdere *Gallico & Suecico*, maximè dehortantur, quæ (cum illius *Responso*, sub dato 20. *August.*) legere est in *Theatri Europæi* quinta parte, *pag.* 84. *& seqq.*

*An. Chr.* 1645. à *Cæsareâ Majestate* iterum *Edictum de Amnistiâ* emissum est, quod in *Theatri Europæi dict. parte* 5. *pag.* 926. *& seq.* extat. Inter hos annos in *Westphaliâ* (cum misera *Germania* sanguine nataret, & bellum *annis tricenis* seipsum aleret) Imperii custos & conservator & propugna-

tor *Ferdinandus III.* cognomento verò *Pacificus*, concordiæ & compositionis non solùm cum *Christinâ Suecorum Regina*, sed etiam cum *Ludovico XIV. Galliarum Rege* Auctor esse non destitit: pacificatum Legati omnium partium venerunt, posteritatis otio consulturi: Tandem prospere decedentibus rebus, Instrumentum Pacis *Cæsareo-Suecicum*, *Osnabrugis* $\frac{14}{24}$. *Octobris*, *Cæsareo Gallicum* verò, *Monasterij eod. die & mens. anno* 1648. factum: *Edictum Executionis* 7. *Nov. eod. an. Viennæ*, *Arctior modus exequendi*, *ibidem* 2. *Mart.* 1649. *Recessus executionis præliminaris*, *Norihergæ* $\frac{21}{31}$. *Septembr. eod. an. Executio ipsa, ibid* $\frac{16}{26}$ 1650. prodière. In Instrumento Pacis *Cæsareo-Suecico* septendecim articuli reperiuntur: in quorum (*primo*) est, Christiana & universalis amicitia (2.) oblivio & amnistia omnium hostilitatum (3.) restitutio universalis (4.) restitutiones particulares (5.) Religionis compositio. (6.) *Helvetij* exempti ab Imperio. (7.) Reformati pace Religionis inclusi. (8.) Imperii jura Politica. (9.) Commercia & vectigalia. (10.) Satisfactio *Suecica* (11.) *Brandenburgicæ* domûs recompensatio (12.) Ducis *Megapolitani* recompensatio (13.) Ducis *Brunsuicensis* recompensatio (14.) Administratoris *Magdeburgensis* satisfactio (15.) *Hasso Casselana* causa (16.) Armistitium. (17.) Pacis Ratihabitio.

In Instrumento Pacis *Cæsareo-Gallico* articuli tredecim sunt (1.) Christiana & universalis amicitia. (2.) oblivio & amnistia omnium hostilitatum (3.) restitutio universalis (4.) restitutiones particulares (5.) Religionis compositio. (6.) *Hasso Casselana* causa (7.) *Helvetij* exempti ab Imperio (9.) Commercia & vectigalia (10.) *Gallica* satisfactio (11.) *Sabaudiæ & Mantuæ* Ducum compositio. (12.) Armistitium (13.) Pacis Ratihabitio.

Iste Pacis *Germanæ* firmator *Ferdinandus* statuam *Colosseam*, ex marmore factam, in foro *Pragensi*; nec non in ponte *Crucifixi* signum ejusdem & molis & ponderis*, æterna publicæ tranquillitatis monumenta, facienda statuendaque curavit; ringente inter hæc, & (si posset) nocente *Innocentio X.* Pontifice: Is enim Pacem *Germaniæ* Bullâ (velut ampulâ quadam projectâ) *Romæ* 26. *Nov.* 1648. & 3. *Jan* 1651. abrogare, demoliri, deturbare quidem sustinuit, sed evertere non potuit: *Animadversionem* in hanc Bullam Papalem doctissimam instituit Hermannus Conringius in *posteriori libello de pace perpetua inter Imperij Germanici Ordines* religione diffidentes *serandâ*. Contra hanc *Pacis Westphalicæ Constitutionem* (quæ tamen pro Lege Imperii fundamentali habenda, Dn. Bœcl. in *Legulat. German. cap.* 3. *p.* 33. & Dn. Limn. *tom.* 5 *addit. ad libr.* 1. *cap.* 11. *n.* 3. *pag.* 169.) protestatus etiam fuit *mens. Octobr.* 1648. *Petrus à Weyms*, *Regi Catholico* à secretis consiliis, &c. in generali pacis conventu *Burgurdicæ* Domus Legatus, scripto, cujus tenorem Dn. Limn. *in annot. ad Capitul. Leopoldi Imp. tom.* 5. *ad Jus publ.*

*publ. libr.* 1. *cap.* 12. *pag.* 315. exhibet. Sed quo ſenſu *Aurea Caroli IV. Bulla* (de quâ *ſuprà tit.* 11. §. 14. & 15.) Lex Imperii fundamentalis laudatur, Bœclerus noſter noviſſimè in *Conductore Carolino rubr.* 1. *pag.* 1. 2. & 3. eodem ſenſu Legis fundamentalis nomen in *Inſtrumento hoc Pacis* locum habet: illud enim non minus, ac *A. B.* ad fundamenta ſalutis publicæ ejusq; Status, potentibus momentis pertinet.

Imperator porrò *Ferdinandus III.* vi proviſionis ſuæ in inſtrumento Pacis *artic.* 8. §. *habeantur autem.* factæ, *A. Chr.* 1652. Comitia *Ratisbonæ* indixit, & $\frac{20}{30}$. *Jun.* 1653. tria capita propoſuit (1.) confirmationem pacis (2.) executionem reſtituendorum (3.) eorum, quæ ab *inſtrumento Pacis* hûc remiſſa ſunt, reſolutionem: Eitel Fridr. von Herden Grundfeſte *part.* 2. *cap.* 2. *pag.* 82. Gottl. von Hagen *Comitiolog.* 1654. *pag.* 98. *Receſſus* autem 1654. in dicta Civitate conditi, quatuor principales ſunt partes: (1.) complectitur confirmationem & corroborationem Inſtrumenti Pacis, jam omnium conſenſu Statuum facti; ità ut illud impoſterùm pro lege Imperii fundamentali (ut *modò* dictum) pragmatica ſanctione, & immutabili æternumque valiturâ *Imperiali Conſtitutione* reputetur & æſtimetur: *pars* (2.) continet *Cameralis Judicii* reformationem, cujus præcipua ſunt membra de conſtitutione ſalariorum Cameralium, vocatione & completione numeri Aſſeſſorum, modo abbreviandi Proceſſus in Camera: (3.) *pars* exhibet *Edictum* de ſolutione ſortis & uſurarum, cujus membra ſunt tria: *primum* continet perſonas hujus beneficii capaces; *ſecundum* complectitur capitalia, de quibus ſingularia diſponuntur; *tertium* præſcribit modum uſurarum: *pars* (4.) comprehendit varias res: *primò*, deſiderium *Electoris Palatini*, de impoſſibili debitorum ſolutione; *ſecundò*, evacuationem *Caſtri Vechæ*; *tertiò*, modum defenſionis in Imperio; *quartò*, prohibitionem coactionis militum *Germanorum*; *quintò*, confirmationem tranſactionis inter *Electorem Palatinum*, & Principem *Ludovicum Philippum*, ratione Ducatuum Lautern & Simmern; *ſextò*, confirmationem tranſactionis inter Principes *Haſſiæ*; *ſeptimò*, promiſſum conventum *Deputationis* poſt hæc Comitia.

Utrumque hoc *Pacis Weſtphalicæ* Inſtrumentum, de *an.* 1648. ut & *Receſſum* Imperii noviſſimum *Ratisbonæ* 1654. conditum, per egregia & utiliſſima Scripta, Eitel Fridr. von Herden Grundfeſte deß H. Röm. Reichs Teutſcher *Nation*, ex *articulo* 8. Inſtrumenti Pacis deſumptum; Gottliebs von Hagen *Comitiologia Ratisbonenſis de an.* 1654. aliaque noviſſima, valdè illuſtrant, quibus, majoris declarationis causâ, junge *Præliminaria Pacis Imperii*, das iſt/ der Röm. Käyſ. Maj. *Ferdinandi III.* der Cronen Hiſpanien/ Franckreich/ Schweden/ und anderer deß H.

Röm. Reichs Chur-Fürsten/ und Ständt/ zu Münster und Osnabrugg in Westphalen/ verübte acta & tractata: Hug. Grotii *epistolam*, *prid. Id. Jan.* 1640. ad N. P. scriptam; *pag. mihi* 340. Dn. Christophori Forstneri *epistolas*, negotium *Pacis Osnabrugo-Monasteriensis* concernentes; Dn. Limn. *tom.* 5. *addit. ad jus publ. lib.* 1. *cap.* 12. *pag.* 207. *&c.* & *pag.* 284. *&c.* nec non novissimè Ejusdem *observat. ad Aur. Bullam*, Guil. Rodingi *Pandectas Camer. noviss. edit.* Jacobi Blumen *Processum Camer. ex ordinat. & Recess. novissimis.*

Quæritur hîc non inconvenienter: *An Constitutiones Imperatorum Germanicorum Legis habeant vigorem, sicut aliæ Constitutiones in Corpus Juris nostri relatæ?* Ità quidem videtur Goldasto *in cap.* 10. *in Replic. pro Imper.* quod tamen indistinctè verum esse non videtur Dan. Ottoni in *differtat. de jur. publ. cap.* 12. *pag.* 446. multa enim (*inquit*) fieri, multa rescribi, quæ Principes ipsi *Rescriptorum & Legis* loco habere nolint, Cujac. 17. *observ.* 31. vide etiam Arnold. Engelbr. *de jurisd. Imp. th.* 65. *lit. a.* & *suprà tit.* 2. §. 6. Cæterum Herm. Conring. in sæpiùs laudato pereleganti libello *de origine Juris Germ. cap.* 34. *& ult. pag.* 203. Legum *Germanicarum* brevem epicrisin exhibet, quæ attentâ lectione digna est.

Solennibus hisce *Ratisbonensibus* Comitiis *an.* 1654. celebratis, de quibus *modò* dictum, insequenti mox anno 1655. successit conventus *Deputationis Francofordiæ* ordinarius, quo Imperator *Ferdinandus III.* per Commissarios Statibus 23. *Sept. styl. nov.* tria potissimum deliberanda proponi jussit (1.) restitutionem reliquam in puncto amnistiæ & gravaminum (2.) ulteriorem ordinationem in puncto executionis & garantiæ (3.) Statum Politiæ ordinandum & reformandum: sed qualem habuere effectum, *Irenica Polemographia*, sive *Theatri Europæi Meriani* Septennium ab *an.* 1651. usq; ad annum 1658. & *misc. m. pol. litt. R. S.* cū append. *secundâ & tertiâ*, pleniùs docent.

III. Qualis sub *Ferdinando III.* status Reipublicæ fuerit, non solum (præter ejus *Capitulationem*, de quâ *paulò suprà*) Limn. *tom.* 4. *addit. ad jus publ. lib.* 1. *cap.* 9. *&* 10. *pag.* 76. *&* 92. Wurffb. *Relat. hist.* 3. *part.* 6. *& seqq.* & Carpzov. *ad L. Reg. Germ. cap.* 13. *per tot.* verum etiam Hippolithus à Lapide *de rat. stat. in Imper. part.* 1. *per tot.* nec non Joh. Theodor. Sprengerus in *compendiosa omnium & singulorum Imperij Statuum delineatione*, discursui de *jure adificij* adjunctâ, *pag.* 245. *&c.* & in *Jurispr. publ. cap. penult. & ult. pag.* 353. *&* 373. & Conring. *desin. Imp. G. lib.* 2. & de *Germanor. Imperio Romano* satis luculenter demonstrant.

De hujus Imperatoris virtutibus, rebus, pace belloq; gestis, aliis qualitatibus, totâque in universum laudabili vitâ, legantur iterum Authores *Theatri Europæi Meriani*, i. e. in *part.* 4. Philip. Abelinus, in *part.* 5. J. P. Lotichius,

tichius, in *part.* 6. Joh. Georg. Schleder, & Dn. Mich. Praun junior, in seinem Teutschen Tractâtlein / was hat Oesterreich bey Teutschland gethan? *dict. cap.* 7. *pag.* 82. *& seqq.* adde (præter Gottliebs von Hagen *Comitiolog.* & Eitel Fridrichs von Herden Grundfeste *supr. n.* 2. allegat.) *miscell. m. polem.* quam plurima.

## §. 14.

I. *Ferdinandus IV.* (ut *superiori* §. 13. *n.* 1. auditum) *Ferdinando III.* natus 3. *Sept.* 1633. ex *Mariâ Philippi III. Hispaniarum* Regis filiâ, *Philippi II.* nepte, *Caroli V.* pronepte, 8. *Sept. A. C.* 1646. *Bohemiæ*, 16. *Jun. A. C.* 1647. *Hungariæ*, 24. *Maij*, *A. C.* 1653. *Augustæ Vindelic. Romanorum Rex* creatus, & coronatus in Comitiis *Ratisbon.* $\frac{8}{18}$. *Jun. A. C.* 1653. immani fatorum necessitate eorundem munus implevit, & naturæ debitum maturè reddidit *Viennæ* 9. *Jul. A. C.* 1654.

*Leopoldus I.* (ut similiter *superiori* §. 13. *n.* 1. dictum) etiam *Ferdinando III.* natus 9. *Junij A. C.* 1640. ex eâdem *Mariâ Hispanâ*, $\frac{17}{27}$. *Jun. A.* 1655. *Hungâriæ*, $\frac{4}{14}$. *Sept.* 1656. *Bohemiæ*, 8. *Jul.* 1658. *Francofurti Romanorum* Rex electus, ibidemque 1. *Aug. A. C.* 1658. coronatus est.

*Deus opt. Max.* hoc Principe, verè clementi, placido & mansueto, Imperii nostri *Romano Germanici* omnia in locum suum restituat ac reponat, & in æternam nominis sui gloriam contra *Turcas* victrices aquilas largiatur.

II. *Ferdinandi IV. Capitulatio*, seu *Lex Imperij fundamentalis*, legitur apud Limnæum nostrum, *tom.* 5. *addit. ad Jus publ. lib.* 1. *cap.* 12. *pag.* 207. *& seqq.* cum *annotamentis*: præter hanc à *Ferdinando IV.* gloriosæ memoriæ, ob vitæ brevitatem, nihil habemus.

*Leopoldus I. Capitulationem* suam, seu *Legem Imperij fundamentalem*, *Francofurti* 18. *Julij.* 1658. *subscripsit*, & sigillo suo Cæsareo corroboravit, quam nobis Idem Limnæus *dict. tom.* 5. *lib.* 1. *cap.* 12. *pag.* 284. *& seqq.* cum *annotamentis* consuetis exhibet.

Cùm *A. C.* 1660. inter Episcopum & Civitatem *Monasteriensem*, jam olim subnatæ controversiæ ex parte recrudescerent, & se invicem hostiliter invaderent, *Augustus* noster *Rescriptum* sive *Mandatum* Inhibitorium, sub dato 11. *Augusti* publicavit, quod in Jacobi Franci *priori Relation. histor. semestr. Francof.* 1661. *pag.* 75. legere est.

*Anno Christi* 1662. 8. *Febr.* Cæsarea Majestas *Ratisbonam* Comitiis, 8. *Junij* celebrandis nominavit; suoque nomine *Guidobaldum Archiepiscopum Salisburgensem* Commissarium, Legatum & Præsidem primarium ordinavit, qui $\frac{19}{29}$. *August.* per illustri & magnificâ pompâ ibidem appulit, ubi $\frac{20}{30}$.

*Jan.* 1663. Cæsaris Augusto nomine & Authoritate hæc tria deliberanda proponi jussit capita (1.) contributionis & assistentiæ contra *Turcam* (2.) tranquillitatis & securitatis publicæ (3.) executionis & garantiæ: Quam propositionem Jacobi Franci *Historica Relatio semestralis Francofurtensis prior 1663. p.* 42. *& seqq.* continet: in *posteriori verò ejusdem anni Relatione Francofurtensi* Electorum, Principum, Civitatum enixa laudantur studia, in primo factæ propositionis capite expediendo, *p.* 15. *& seqq.* id quod primum caput (sive membrum) 11. *Jul.* 1663. inter Cæsaream Majestatem ex unâ, & inter Electores, Principes & Civitates ex alterâ parte, publicâ transactione feliciter compositum est, juxta tenorem *Relationis Francofurtensis prioris*, seu, *nundinarum vernalium*, 1664. *pag.* 38. *& seqq.* quare, ex proposito ordine, nunc temporis quo hæc scribimus, secundum & tertium propositionis membrum in deliberationem successit, *ibid. pag.* 43. *&* 90. Sacra Cæsarea Majestas $\frac{12}{22}$. *Dec.* 1663. ad *Comitia Ratisbonensia*, omnium Imperii Statuum summa cum lætitia & congratulatione, pervenit. Antequam horum Comitiorum *Recessus* in lucem prodeat, remittimus interim *Lectores* uff deß *Praliminar-Discurs* ersten und andern Theil/ was bey allgemeinen iezigen Reichs-Tag zu Regenspurg/ vermög der in beschehener Käyserlichen proposition enthaltenen drey Haupt-Puncten/beyläufftig zu deliberiren vorkommen möchte/ auch was bereits wegen deß ersten Puncten beschlossen/ und noch ferner wegen der übrigen zweyen Puncten zu consideriren.

III. Quoad Patriæ nostræ statum, qui ante *Leopoldi* nostri Imperium accidit, in recenti adhuc memoriâ hæret notabile Interregnum à *Mense Aprili* 1657. usque ad *Mensem Julium* 1858. à morte scilicet *Ferdinandi III.* Patris, usque ad electionem *Leopoldi* filii, quod tertium in hoc seculo memorabile Interregnum fuisse, *suprà tit.* 8. §. 7. *pag.* 190. notavimus, simulque controversiæ inter *Bavarum* & *Palatinum* Electores, ratione Vicariatus, mentionem fecimus. Disceptantium fundamenta extensiùs deducta leguntur in *Jurisprudentiâ publicâ* Sprengeri *pag.* 269. *& seqq.* repetita posteà à Dn. Limn. in *obs. ad A. B. c.* 5. §. 1. *obs.* 5. *pag.* 265. *&c.* & *tom.* 5. *addit. ad jus publ. lib.* 3. *cap.* 11. *pag.* 215. Literas (quas uterque patentes *an.* 1657. hâc de re publicè affigi, & jus sibi competens cæteris Imperii Statibus & omnibus in universum civibus vasallis ac subditis, denunciari jussit) nonnulli, qui controversiæ se immiscere nolebant, publicè affigi non curarunt, vel illas saltem, quas primùm receperunt, vel utrasque, teste Limnæo *ad d. A. B. cap.* 5. §. 2. *obs.* 12. *pag.* 183.

Quoad statum bellicum, *A. C.* 1663. *mens. Febr. Achmetes II.* ejus nominis, *Turcarum* Imperator, Dominus in *Hierosolymâ*, *Mechâ* & *Medinâ &c. Ibrahimi* filius, sacratissimi nostri Imperatoris *Leopoldi I. Hungariæ* Regnum,

gnum, & Principatum *Trans-sylvaniæ*, aperto aggressus est bello, referente Anthore *Relationis historiæ Francofurtensis, nundinarum autumn.* 1663. *pag.* 10. *& pag.* 86. *& in continuatione relat. prior.* 1664. *pag.* 3. *&* 85. Quare *Christianorum* in *Germania* (quorum dissidiis, inque propria viscera conversis armis, *Turcas* crevisse constat) securitati, non solùm opponenda *Imperatoris Turcici* potentia, militum in aciem educendorum copia, fastus & insolentia, rei militaris peritia, avaritia & opulentia, crudelitas & truculentia, in *Christum* & *Christianos* odium, perfidia & fraudulentia: sed etiam resistendi media amplectenda, quod fit orando, & pugnando; ad pugnandum requiritur prudentia, apparatus copia, fidelitas, φιλοπονία & εὐταξία, maturatio, animorum conjunctio & concordia, animositas; quam excitet & augeat defensio necessaria, bona causa, Patria, *Dei* honor & *Ecclesia*, duratura ad finem seculi *Romana Monarchia*, *Christi* gloria, *Angelica* custodia, Heroum divinitùs antehac contra *Turcam* excitatorum memoria, crebrius olim à *Christianis* adversus *Turcas* obtenta victoria, obsidio sæpius à *Turcis* cum opprobrio soluta, perennis & honorifica fama, monente *Authore* deß geschärfften Türcken-Sebels. Verum cùm *suprà tit.* 12. §. 5. *n.* 3. *&* §. 6. *n.* 2. oppidò multos & egregios de rebus *Turcicis* & bello *Turcico* Scriptores adduxerimus, hoc loco plura cumulare supersedemus. Intricatam tamen & nodosam illam quæstionem, in quâ enodandâ novo Prætore opus esset, hic proponere lubet, scilicet: *An Turcarum Imperium ante finem mundi interiturum sit?* Affirmat non solùm Paulus Grabnerus in *prognostico de an.* 1574. inter *miscellan. m. polem. lit.* C. sed novissimè etiam Johannes Prætorius, in *Catastrophe Muhametica*, oder so genanten Endlichem *Valet*, und schändlicher *Nativität* deß Türckischen Reichs. Certè Dn. Berneggerus p. m. Imperia magna quingentos annos, plus minus, plerumque durare, ex collectione aliquot documentorum, observavit *in quæst. miscell. ex Taciti Germ. & Agricol. quæst.* 153. Si hoc verum, Imperium *Turcicum* (quod *anno post natum Christum*, 1300. ab *Osmanno* vel *Ottomanno* primordium habuit Rupert. in *observ. histor. ad Besold. Syn. min. cap.* 16. *pag.* 616. *& seq.*) adhuc sesquiseculum durare oporteret. Cùm verò hoc argumento nec difficilius quicquam sit, nec varietate rerum judiciorumque fœcundius; ideò Lectores ad quamplurima nostri temporis elegantissima scripta, partim Germanica, partim Latina, in unum fasciculum à nobis collecta, atq; etiam *suprà d. tit.* 12. §. 5. *n.* 3. *&* §. 6. *n.* 2. copiosè allegata, remittimus, ubi saluberrima monita, consilia, responsa, subsidia, remedia, Christiano candore & amore aperiuntur: vide solummodo den Türcken-Sebel in Teutscher Sprach/ 1664. gemacht *exord. p.* 9. 10. 11. und Merians *Theatr. Europ. tom.* 4. *p.* 739. Rejicimus tamen

men hoc loco *Stoicum* sive *Chaldaicum* fatum, ut & superstitionis *Astrologica* opiniones *Ptolomæi*, *Gaurici*, *Leovitij*, & aliorum, qui ex astrorum motu & siderum conversione, planetarumque inter se aspectu ruinam Imperii *Turcici* metiuntur, vide *supr. tit. 9. §. 3. n. 3. Deus transfert regna & constituit, Dan. c. 2. v. 21.* Vos verò, *Viri Principes, pij, fortes*, agite, date nomina, armate animos: sumite Christi vexilla, in hoc (CHRISTO) fundite singuli dena millia: militate ibi, ubi aurum, gemmæ, gazæ, divitiæ: inopes ibi opes, ignobiles nobilitatem, nobiles dignitatem parabunt majorem: qui Comites ibitis, Duces redibitis, qui Duces, Reges, qui Reges, Regum Imperatores, pleni gloriâ, victoriâ, immortali memoriâ.

*Agedum Europa Christiana,*
*Admove manum sancto fœderi, stimula Principum ad arma animos.*
*Indole injustiâ longè gravioribus gulæ delictis.*
*Redi ad justitiam suum cuique integrè tribuentem:*
*Redi ad antiquam fidem, ad justitiæ oculum Deum.*
*Solve, quæ debes, vota pro Pacis constantia nuncupata:*
*Præsta acclamationes pro eadem pronunciatas:*
*Exequere diras in Ottomannidas toties actas.*

## §. 15.

Quoniam *suprà* cùm *tit. 1. §. 5. pag. 7.* seriem quorundam de *Rebus Germanicis* Scriptorum enumerare, tùm *tit. 9. §. 19. pag. 244. Historiæ Augustæ* mentionem facere placuit; ideò, coronidis quasi loco, pauca hæc addenda censuimus. (1.) *Historia Augusta* duplex est: alia *Historicorum* minorum gentium, alia majorum: de minorum gentium Scriptoribus intelligenda sunt, quæ *d. tit. 9. §. 19.* reperiuntur, & *Imperatorum Romanorum*, ex parte etiam *Constantinopolitanorum*, res complectuntur: Gentium verò majorum *Historiam Augustam*, *Amice Lector*, haurire poteris è VI. tomis in *octavo* in *Galliis* editis, ac *Dion. Gothofredo* inscriptis: quisquis enim editionis illius *Author* est, & horis & sumtibus maximè consuluit; dum secundum rationes temporum *Historicos* præcipuos, *Suetonium*, *Tacitum*, *Xiphilinum*, & reliquos omnes ad recentissimos *Imperatores* usque, tum *Germanicos* tum *Constantinopolitanos* ità disposuit, ac in dicta VI. volumina redegit, ut Thesaurus Scriptorum dici possit: annotati in margine *Loci Communes*, *Politici*, atque adeò fructus hujus lectionis statim ob oculos positus. (2.) Marquardus Freherus Scriptorum *Germanicorum* duos edidit tomos. (3.) Clarissimus Vir D. Simon Schardius *JCtus & Historicus* præstantissimus, olim Illustrissimi *Palatini Wolffgangi Ducis Bavariæ & Biponti &c.* Consilia-

rius,

rius, post Imperialis Cameræ, quæ *Spiræ* est, Assessor, Collega *Cisneri* conjunctissimus, pro singulari suo in rempublicam & literariam studio, præter alia plurima ingenii & doctrinæ monumenta, reliquit etiam *Historicum* opus in IV. tomos divisum, quorum *Primus* Antiquæ *Germaniæ* descriptionem ex Authoribus priscis & recentioribus continet: *alter* ea, quæ imperio *Cæsaris Caroli V.* gesta: *tertius*, quæ in gubernationem *Ferdinandi* inciderunt, ab *A.* C. 1558 usque ad finem *anni* 1563. *quartus* ea, quæ pòst acciderunt, imperante *Maximiliano II.* usque ad *annum* 1574. complectitur: prodiit illud ex officinâ *Henrici Petri*, *Basileæ*, *A.* C. 1574. ac constituerat quidem *Author*, ut ex præfatione Operis patet, absolutam *Germanicarum Rerum* historiam in lucem proferre, & posteritati consecrare, singulorumque annorum gesta adjungere; sed oppressus morbo fatalique necessitate, tomum quartum non absolvit, nec nisi ad medium annum 1572. perduxit, quo ipso, dum in isto volumine desudat, in vivis esse desiit: itaque typographus *Henricus Petri D. Nic. Cisnerum*, quem in hoc genere diu versatum, & omnis historiæ cognitione plerisque præstare nosset, impensè rogavit, ut quæ ad Opus istud ornandum & absolvendum pertinerent, adjiceret: qui prolixâ epistolâ judicium suum de *Schardij* tomis aperit, quid in iis desideret, & quo ordine *Historici*, qui de *Germaniâ* scripserunt, justâ & luculentâ methodo disponendi sint, ostendit, operamque suam in adornando & edendo meliori thesauro historiarum pollicetur: quod utinam, uti voluit, præstare potuisset; verum ipse quoque, pluribus occupationibus, tandem morte præpeditus, expectationi non satisfecit, interim tomis *Schardij* ornandis non defuit: laudatam verò *Epistolam* ejus ad dictum Typographum, *Quirinus Reuterus*, Professor *Heidelbergensis*, ex chartis *N. Cisneri* situ obductis eruit & emendavit, legendam in opusculis *Cisnerianis* à *Quirino Reutero* editis, *libr.* 2. *pag.* 467. *& seqq.* In ejusdem Cisneri *libro primo*, *pag.* 9. *&* 10. ante orationem de *Ottone III. Imp.* reperiuntur etiam nomina *Authorum Germanicorum*, ex quibus ea (quæ in *dict. oratione* tractantur) desumta sunt. (4.) Heinricus Meibomius *Poëta & Historicus* clarissimus fuit, cujus nepos cognominis cum ipso, avi opuscula *Historica* varia, *Res Germanicas* concernentia, *Helmestadij an.* 1660. edi curavit: sunt autem sequentia: *Irmensula Saxonica, de utriusque Saxoniæ & vicinarum quarundam regionum pagis, Bardevicum, Andronici Imperatoris Constantinopolitani Aurea Bulla cum notis, Gerhardi Stederburgensis de Henrico Leone Historica narratio cum notis, Anonymi Chronicon Stederburgense, Henrici Meibomij Oratio Panegyrica de Henrico Leone, Vindiciæ Billingianæ, Apologia pro Ottone IV. Imperatore, Demonstratio Saxoniam etiam ante Hermannum Billingium habuisse suos Duces, Dissertatio super quodam antiquo & antiquato Cæsarum Germanicorum*

*nicorum*

*nicorum jure, in decedentium majorum Prælatorum relictis possessionibus, Tractatus de jure investituræ Episcopalis Imperatoribus Romanis à Pontificibus per vim & tyrannidem adempto, Thassilonis Bojorum Ducis diploma cum notis, Ducatus Brunsuicensis erectio, Diplomata erectionis Principatus Hennebergensis, Ducatus Lucani in Italia, Luzenburgici & Holsatiæ, Oratio de Academiæ Juliæ primordiis & incrementis, Oratio de origine Helmestadij, Oratio de origine dignitate & officio Cancellariorum Academicorum, Libri septem continuationis Historiæ Slavicæ Arnoldi Lubecensis capita ultima ex Manuscripto edita:*

Quibus opusculis *Meibomianis* præfixus insuper est Index eorum, quæ Cl. Vir *Henricus Meibomius* vel edidit, vel editioni paravit, tam ab aliis quàm ab ipsomet confectorum & elaboratorum. (5.) Quid verò Melchior Goldastus ab Haiminsfeld, præter collectionem *Constitutionum Imperialium* tribus tomis comprehensarum, aliaque præclara, in *Rebus Germanicis* præstiterit, non solum Politische Reichs-Händel allerhand gemeiner *Acten*, Regiments-Sachen und weltlichen *Discursen*, das geliebte Vatterland Teutscher *Nation* betreffend (quod opus in 26. *partes* dividitur, & *Francofurti*, 1614. impressum est) sed etiam *Rerum Alamannicarum Scriptores aliquot vetusti* (à quibus *Alamannorum*, qui nunc partim *Suevis*, partim *Helvetiis* cessere, *Historiæ* tàm *Seculares* quàm *Ecclesiasticæ*, traditæ sunt) abundè satis testantur: Qui vetusti Scriptores ex *Bibliotheca* laudati modò *Goldasti* eruti, in tres tomos divisi, & *Francofurti* 1661. editi sunt: tomus *primus* duas continet partes, quarum *syllabum ab A. C.* 500. *usque ad* 1250. vide post *Dedicationem*: *secundi* tomi iterum duas partes continentis *syllabus*, extat in *frontispicio*: tomus *tertius* cumprimis *Joachimi Vadiani* antiquitates, aliaque in *frontispicio* videnda, complectitur. Notandum hîc bene, quod *Fridericus Hortlederus Goldasti* coætaneus & fidelis fuerit amicus, & *Goldasto* ea, quæ *Hortledero* sponte cessit, edere non placuerit, ut *præfatio* der Politischen Reichs-Händel indicat. (6.) Casparus Lundorpius (qui, attestante Hippolitho à Lapide in *præfat. de ration. stat. Imperij nostri*, *Hortlederum* sed parum dextrè æmulatus videtur) *Actorum publicorum*, oder Reichs-Handlungen / quatuor ingentia collegit volumina, quibus ea, quæ ab *an.* 1617. usque ad 1629. in Imperio nostro acciderunt, continentur, *Francofurti dict. anno* 1629. edita. (7.) Quantam laudem Hermannus Conringius in *Rebus Germaniæ* scribendis & adorandis hodiè meruerit, satis prædicari non potest, Scripta ejus passim loquuntur: *De Republica Veterum Germanorum, Imperatore Romano-Germanico, Judiciis Reipublicæ Germanicæ, Germanorum moribus*, & *aliis Germaniæ antiquæ rebus ex Tacito & priscis monumentis excerpta, Germanicorum corporum habitus antiqui ac novi causis, Vrbibus Germanicis, Notæ ad Leonis III. Papæ Epistolas ad Carolum M. Imp. ejusque*

Capitu-

*Capitulare de villis suis*, *Assertio Juris Moguntini in coronandis Regibus Romanorum*, *Castigatio libelli*, *cui titulus*: Anticonringiana defensio juris Coloniensis in coronandis Romanorum Regibus, *de pace perpetua inter Imperii Germanici Ordines servandâ libelli duo*: *quorum ultimo in Bullam Innocentii X. Papæ animadvertitur*, *Jure consecrandi Reges Romanos*, *iterata dissertatio contra vindicias Juris Coloniensis*, *de Ducibus & Comitibus*, *finibus Imperii Germanici libri duo*, *Civibus Imperii Germanici*, *Germanorum Imperio Romano*, *Septemviris seu Electoribus Imperii*, *Constitutione Episcoporum Germaniæ*, *Juris Germanici origine*. (S.) Incomparabilis tandem Bœclerus noster agmen claudat, cui sanè de *Republicâ Germanicâ* optimè merito multa debemus: id quod *de rebus sæculi à Christo nato noni & decimi per seriem Germanicorum Cæsarum* elegantissimus testatur *Commentarius*; cujus non solùm, sed etiam *Vindiciarum contra Blondellum*, *commentariique ad Caroli IV. Auream Bullam* (à *Conductore Carolino* circa finem *anni* 1663. inchoati) continuationem multi Patriæ amantes summis mecum desideriis exoptant.

Ultimò, si quis plures *Rerum Germanicarum* Scriptores nosse desideret, adeat Martini Zeilleri *Catalogum Historicorum*, *part.* 3. *pag.* 273. & *seqq.*

Atque hæc pro tempore de *Constitutionum definitione*, *divisione*, & *causa efficiente* sufficiant.

*Scripsi quod potui, potui quod Christe dedisti,*
*Nam nisi Tu dederis, scribere nemo potest.*



# INDEX TERTIUS,

## *Authorum allegatorum syllabum continens.*

In quo Lectorum (quod præmonendum hîc est) quilibet facilè animadvertet, quos literis cursivis, ut vulgo vocant, Typographus imprimi curavit, eos esse Scriptores, qui Germanicorum Imperatorum origines, vitas, varios in jure dicundo modos, Imperii statum, cæterasque Germaniæ res tradiderunt.



*Wilhel.*

# INDEX AUTHORUM.

Johan-

Plutar-

*Iacobus*

# INDEX QVARTVS,

## *Rerum & Verborum.*

Con-

Sine

FRIDE-

IMPE-

*nerius*

MAR-

TAXA.

GLORIA CHRISTO SOLI.



Officio-

Officiosam salutem
# LECTURIS OMNIBUS ET AMICIS
apprecatur
# DIATRIBÆ HUJUS AUTOR.

CUm *A. Ch.* 1635. à celeberrimâ *Argentoratensium* Academiâ *Genevam* studiorum gratiâ proficiscerer, Beatus nunc *Jacobus Gothofredus* JCtus & Historicus illo tempore celeberrimus, excelsi & acutissimi Vir ingenii, quem nihil latuit, imò penes quem omnigenæ doctrinæ & eruditionis penus & thesaurus resedit, cui à pariter Eruditissimo in omnibus *Matthiâ Berneggero* τῷ μακαρίτῃ Dn. Hospiteque ac Præceptore meo, omni laudatione, meâ quidem certè, longè superiori (sine commendatitiis enim, ut militi sine commeatu, excurrere periculosum videbatur) commendatus fui, cum Musæo pro innatâ φιλανθρωπίᾳ, quæ maxima erat, doctrinæ suæ fontes mihi reclusit, & inter alia ad solidiorem *Jurisprudentiæ Romanæ* decursum usumque consilia, candidè mihi commonstravit, illam velut *Historiæ & Antiquitati Romanæ* cognatam, ut cognita penitus esse possit, lumen inde quotidiè expectare: quare, cum commonstrasse non sufficiebat mihi adhuc rudi & insulso, nisi & demonstrasset, redivivis subinde ex *Historia* subsidiis ex æquo hîc opus esse, clariùs demonstravit.

In cujus rei argumentum nonnullas adhuc λαβὰς præsidiaque (quæ ad Juris nostri studium sive illustrandum, sive certius adhuc fundandum, sive facilitate donandum, expromi debere sese expetunt) quò acriore sensu intellectui meo illaberentur, recensuit mihi & exposuit: ad hunc censum, *dicens*, pertinere, *primò*, *Edicti Perpetui instaurationem*; non ad eum tantùm modum, quo facere cœpit V. C. *Guilielmus Ranchinus*, ut ipsa *Edicti* verba, quæ extant hodiè, ab iis quorum sententia tantùm à JCtis relata fuit, diverso charactere exprimerentur; verùm ita quoque, ut capita *Edicti* ad genuinam & primigeniam seriem suam disponerentur, natalique solo solioque suo restituerentur; tandem ità, ut ad singula eorum verba ea, quæ veteres prudentes libris ad *Edictum* commentati sunt, referrentur.

*Secundum* præsidium posuit in *veterum JCtorum scriptis & fragmentis* undique colligendis, atque in unum corpus compellendis, non per Indicem tantùm, quod alioquin Clarissimi Viri *Jac. Labittus & Ant. Augustinus* egregiè fecére, verùm verbotenus expressis, & sub unum conspectum propositis: his tamen adhuc legibus, ut temporum ordo in iis collocandis servaretur; ut inter initia, cujusque JCti ætas, genius, quæque ad vitam scriptaque

ejus faciunt, edisfererentur; tandem, ut singulis non tantùm commentariis, verùm libris, argumentum cujusque præscriberetur.

*Tertium* subsidium superiori haud absimile constituit, in *Constitutionibus Imperatoriis* ad temporum pariter seriem disponendis, atque uno corpore includendis, iisque, non ex uno tantùm Codice Justinianeo, verùm undique collectis, neque per Indicem tantùm, quod fecit V. C. *Joan. Wolfg. Freymonius*, sed ad verbum expressis; unde posteà Imperatoris cujusque character, qualis is in jure constituendo fuerit, educeretur, deq; juris tum immutatione, tum incrementis per singulas non ætates sed momenta, judicium eò menlius fieri posset; tandem ut ex coassatis conjunctisq; ità rursum inter se diversisejusdem *Constitutionis* partibus, arcani certiq; legum intellectus eruerentur.

*Postremum* præsidium collocavit in *Antiquitatum Romanorum*, quæ per universum jus sparsim occurrunt, *collectione*; quam & uno pariter corpore includi, & ex aliis scriptoribus illustrari voluit & exoptavit, magno peculiarium observationum compendio; ità quidem, ut in certos libros & materias, capitaque, singula referrentur: verbi gratiâ, uno libro includeretur, quicquid ad rem tributariam pertinet, quænam videlicet tributorum species, quæ indictionum, distributionumque formæ, qui qualesque circa hæc occupati olim fuerint? singulis item libris includerentur, quæ ad *Jus Pontificium* priscum pertinent, quæ ad *Domum Augustam*, jura fisci, magistratuum & dignitatum notitiam, legum sanctiones, judiciorum omnium morem, ἀσυνομικὸν, in quo ea fermè omnia complectenda putavit, quæ Politiæ nomine hodie designari solent, rem militarem, navalem, rusticam, œconomica, id genus alia. Ut ità his omnibus longe ante animo præceptis, atque ad juris lectionem de domo allatis, ad verum legum intellectum nullo obice interjecto penetrari posset, quibus alioquin minus perspectis lectoris animum subinde in dubio versari, sæpius in errore cubare necesse esset.

Quibus bene intellectis non poteram non ingenti desiderio quatuor horum subsidiorum, quæ tantæ auctoritatis Vir tantoperè mihi inculcavit, flagrare: Sed omnium maximè curæ cordique mihi esse cœperunt *Constitutiones Imperatoriæ*, tertii subsidii loco ab Ipso allatæ; has utrâque manu tenui, nusquam dimisi, imò adfixi mihi, & partem mei feci; has solas quæsivi, totâ mente optavi, ad easque diurnas nocturnasque omnes meditationes meas retuli; has mihi despondi, meque cum iis

*——————collato pectore mixtum*
*Junxit inabruptâ concordia longa catenâ.*

Cum ergò ante 23. annos à Nobili & Amplissimâ Facultate Juridicâ *Altorfinâ Noricorum*, postquam pro consequendis honoribus *Doctoralibus*, tentamen &, ut vocant, examen rigorosum sustinuissem, pro more Academico, de-

creta

creta & injuncta mihi fuisset disputatio inauguralis publica, hoc de *Constitutionibus Principum* argumentū elegi, præter modò dictam eâ potissimum motus ratione, quod illud his in terris utramque faciat paginam, nec tamen à quoquam, quem ego quidem viderim vel legerim (præter *Cornelium Benincasium JCtum Perusinum, & Carolum Tapiam JCtum Neapolitanum*) ex professo pertractatum, quorum Ille decem solummodò quæstiones ex *Jure Canonico* generaliter proponit, Hic verò materiam privilegiorum, non admodum raram, potissimùm ferè explicat: nisi quod Ipse *Jacob. Gothofredus* Dn. & Præcept. meus p. m. nunquam mihi sine laudis & honoris præfatione commemorandus (quam tamen nisi altero quodam *Gothofredo* præcone dignam, nec ingenii mei tenuitas pro merito pandere, nec hujus chartæ modulus capere potest) *An. Chr.* 1631. *Libanij Sophistæ* orationes quinque *Constitutionum Imperatoriarum, super magistratuum officio*, suasorias, sub *Theodosio M.* olim conscriptas (quas *A. Chr.* 1633. *Discursus Historicus ad l. quisquis. C. ad Leg. Jul. Majest. secutus*) & ejusdem *Libanij* orationem unicam *pro templis Gentilium non exscindendis*, ad *Theodosium M.* conscriptam, *A. Chr.* 1634. primùm ediderit: nec non *A. Chr.* 1642. *Philostorgij Cappadocis*, veteris sub *Theodosio Juniore* scriptoris, *Ecclesiasticæ Historiæ*, à *Constantino M. Arijque* initiis ad sua usque tempora, libros duodecim: ut & dissertationes duas, *ad l. celebrandis. 19. C. de nupt. & ad l. casus majoris. 8. C. de testam.* aliamque dissertationem, *ad l. si Barsatoram. 13. C. de fidejussor.* & rursus aliam, *ad l. 2. C. de veter. numism. potest.* tandemque epistolam, *de interdicta Christianorum cum Gentilibus communione, & Pontificatu Maximo, num Christiani Imperatores eum aliquando gesserint?* in lucem emiserit: Quibus, sive orationibus, sive dissertationibus, nihil ad genuinum & arcanum earum *Constitutionum*, *quas laudatus noster Gothofedus* explicavit, illustravit & solvit, intellectum clarius dari, imò ne optari quidem potest, inde quippe historicæ earum causæ, veraque rationum momenta, nullo labore pernosci possunt, in quo sanè utroque earum opes sitas esse τῶν νομικῶν παῖδες norunt.

Itaque, cum neque à *Tapia* neque à *Benincasio* hæc materia plenariè edolata, à *Gothofredo* verò *nostro* perpaucæ tantùm & particulares *Constitutiones* eo modo emedullatæ, hujusque in universum doctrinæ *de Legibus & Statutis à Summo Principe* methodus, ad certam formam, artem atque arctum revocanda & compellenda, in totâ hac pragmaticâ hactenus, ut dixi, nunquam solidè tentata sit, insuperque à multis hodiè Jurisperitis fieri soleat, ut scripta sua, quæ in juvenili ætate ac in scholis adhuc versantes à se composita typis evulgarunt, postmodum in foro versati, sub incudem revocent, enucleatius tractent & adaugeant, id ipsum & ego imitatus, ea (quæ de hac materia disputationis loco olim prælibavi) paulò plenius tractare proposui: tanta

Fff 2 scilicet

ſcilicet nobiliſſimæ hujus doctrinæ conditio ſemper mihi viſa, ut repaſtinando ſubigendoq; ad novam ſubinde frugé perduci ſeſe expetiverit, quod abolitis diſtractisvè in lacinias, vel etiam interpolatis veterum *Imperatorum Principumvè Conſtitutionibus*, plenâ atque abſolutâ *Juris Romani* cognitione in multis adhuc deſtituimur.

Quid verò hac in re circa potiſſimas partes, definitionem, diviſionem, cauſamque efficientem præſtiterim, ipſa *διακόσμησις* priorum duodecim titulorum oſtendit; quæ jure ſuo ſubjectum, objectum, cauſasque reliquas, i. e. formalem & finalem, cum effectibus, affinibus, & contrariis, tanquam pediſſequas deſideraret, totidem titulis conſtantes:

XIII. *De ſtatu Imperij hodierno.*
XIV. *Perſonis Conſtitutionibus Principum obnoxiis.*
XV. *Principum liberâ à Legibus poteſtate.*
XVI. *Conſtitutionibus perſonalibus, ſeu privilegiis.*
XVII. *Materiâ Conſtitutionum.*
XVIII. *Quinquaginta Deciſionibus.*
XIX. *Aliis notabilibus Conſtitutionibus.*
XX. *Formâ & modo Conſtitutiones promulgandi.*
XXI. *Fine Conſtitutionum.*
XXII. *Effectibus uſusque Conſtitutionum.*
XXIII. *Conſtitutionum affinibus.*
XXIV. *Contrariis ſeu modis, quibus Conſtitutiones enervantur.*

niſi præter muneris publici functionem, & cauſarum undas, tot tantaque foris domique negotia, curasque domeſticas diſtrictus, adhuc conſtituiſſem, an ſim omninò hos poſteriores 12. titulos editurus. ? Etenim non ſolùm cum legibus in genere, aliisque juris ſpeciebus nonnihil commune habent, ut jam ante apud eos, qui generaliter de legibus atque ſtatutis ſcripſerunt, multa de his inveniantur; ſed & tam varia ſunt palata mortalium, tam abſurda judicia, ut cum his haud paulò felicius agi videatur, qui jucundi atque hilares genio indulgent ſuo, quàm qui ſemet macerant curis, ut edant aliquid, quod aliis aut faſtidientibus, aut invidentibus, vel utilitati poſſit eſſe, vel voluptati: Barbarus ut durum rejicit, quicquid non eſt plenè barbarum: Scioli aſpernantur ut triviale, quicquid obſoletis verbis non ſcatet: quibusdam ſolùm placent vetera, plerisque tantùm ſua: hic tam inſulſus, ut non ferat ſales: adeò mobiles alii ſunt, ut aliud ſedentes probent, aliud ſtantes.

Ideò gradum hîc ſiſtere decrevi, optimè mihi conſcius, quàm ſim à jactantiâ & *κενοδοξίας* captatione alienus, cujus rei non ſolùm teſtes erunt, qui me norunt, ſed teſtabitur etiam conſilii mei ratio; nihil ſcilicet mihi, in edendis prioribus titulis, *primò*, antiquius, quàm ut quæ tot præclaris Autoribus,

toribus, ex quibus ſcriptiuncula hæc deſumpta, debetur, ſolida illis, integra & illibata ſervaretur gloria; ſed eum, *ſecundò*, præcipuum mihi finem fuiſſe, ut, quoniam (juxta *Platonem*) non nobis ſolùm nati ſumus, cunctaque (ut *Stoicis* placuit) quæ in terris fiunt, ad uſum hominum creantur, homines autem hominum cauſâ generati ſunt, ortusque noſtri potiſſimam partem amici ſibi vendicant; *Amicis & Benevolis Lectoribus* jucunditatem pariter ac utilitatem parere poſſem.

Cæterùm, quod ſi quæ de meo adjeci, in præjudicium alterius dicta eſſe citra meam intentionem forſan à nonnullis, ut fieri ſolet, exiſtimentur, eorum veniam à *Candidis Lectoribus* eâ, quâ par eſt, ſubmiſſione deprecor, quam etiam me impetraturum eò facilius confido, quod *primò* nullum in hac materia verum præcentorem vel antambulonem habuerim, eaque per ſe ſatis ſit intricata, variisque *Doctorum* opinionibus involuta: eſt tamen & *altera* juſtior adhuc mea veniæ ſpes, quod etiam veteres JCti nobiliſſimi de jure conſulti erraverint, & perſæpè contraria reſponſa dederint: potiſſima *tandem* mea veniæ confidentia in eo conſiſtit, quod & ipſe Imperator, qui tamen omnia jura in ſcrinio pectoris ſui habere dicitur, quid de jure reſpondendum ſit, hæſitaverit, & in hæc verba erumpere coactus fuerit: *in nullo penitus aberrare (ſeu in omnibus irreprehenſibilem ſeu inemendabilem eſſe) divinæ utique ſolius, non autem mortalis eſt conſtantiæ ſeu roboris*: vel juxta *Græcam Conſtitutionem*: εἶναι τὸ γὰρ διὰ πάντων ἀναμάρτητον, θείας ἂν εἴη μόνης, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπίνης ἰσχύος.

Te quoque, *Amice Lector*, porrò precor, ne me de iis, quæ fortaſſis Tibi non per omnia placuerint, pro tuâ humanitate & candore ſincerè admonere dedignêris, quam ſi obtinuero ſive admonitionem ſive cenſuram, omnes intendam nervos, & errores, ſi qui à me commiſſi, corrigantur, & quod hac primâ vice in præſenti opuſculo alibi crudum ſubſidit, alio tempore melius excoctum ſubſultet: δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι.

Quod ſupereſt, *Benevole Lector*, ſequentia typorum παροράματα, quæ ob meam abſentiam Typothetæ, nullam enim ipſi culpam impono, fortuitò obtigerunt, notare placuit, ut ipſemet ea corrigere & ſine ſcopulo in legendo pergere poſſes. *Perſcriptum Buxovillæ. 8. Calend. Auguſt. die Jacobo Apoſtolo ſacro, Anni à Chriſto nato,* 1664.

# ΠΑΡΟΡΑΜΑΤΑ
## typorum.

*Ubi Numerus prior paginam, alter lineam designat.*

Pag. 1. lin. 12. leg. *disp.* 1. 2, 9, *& est.* 3, 6, *considerat, consideret.* 4, 1, *part.* 1. *cap.* 17. 4, 30, *hist. biblioth.* 8, 36, *illud. aliud.* 9, 25, *quorundam, quarundam.* 10, 6, *Dei, de.* 10, 29, *num. Numa.* 11, pen. *disp* 12. 14, 25, *vers.* 2. 14, 32, *minimâ, nimiâ.* 16, 8, *lib.* 25. *c.* 477. *lib.* 52. *pag.* 477. 16, 16, *Regis, neque Regis.* 16, 21, *vers.* 9. 17, 1, *uti, ubi.* 17, *ult. octuaginta, octoginta.* 20, *ult. lib.* 2. *lib.* 6. 22, 22, *Illa, Illæ.* 23, 11, *tractavimus, tractabimus.* 24, 5, *undecimo, decimo.* 10, *tit.* 12. *tit.* 11. *&* 12. 25, 6, *serie, serie.* 25, 7, pro *formam*, lege *Quartò in formam. &* 7. pro *Quarto loco*, lege *&.* & 9. dele hæc tria verba, *Sexto persequemur causam*, & substitue, *nec non in.* 26, 22, *cap.* 2. *cap.* 11 30, 4, § 7. § 2. 30. 16, *&* 17. dele hæc verba : *neq; enim definiendi virtus atq; potestas visa fuit.* 32, 27, *d. cap.* 5. *class.* 2. *cap.* 5. 33, 5, *consentaneam, consentaneas.* 33, 29, *l.* 44. *ff. de reg. jur. l.* 64. *de reg. jur.* 35, 25, *quòd ab Augusto Cæsare. quòd Respublica à Cæsare.* 36, 6, *lib.* 61. *l.* 61. 36, 17, *nous, nos.* 38, 15, *num.* 1. *num.* 3. 42, 27, *cap.* 16. *cap.* 19. 42, 29, *etiam, etiamsi.* 43, 7, *infrà, §. infrà §.* 6. *& seqq.* 44, 3, ἀπαριθμησιν, ἀπαρίθμησιν. 44, 15, ὑπετέθειλε, ὑπετέθειλο. 44, antepen. post. ἐνέχοντα, insere *ubi iterum verba significantia.* 46, 1, post *neque*, insere, *decreto neque.* 50, 18, *num.* 87. *num.* 3. 50, 27, *&, etiam.* 52, 8, *disp.* 23. *disp.* 25. *th.* 2. 53, 30, *num.* 49. *num.* 94. 54, 25, post *lib* 3. insere Reinkingk *de reg. sec. & eccl. lib.* 3. 56, 35, post *cap.* 10. *cap.* 16. 61, 19, *Tac. pag.* d. *p.* 61. 22. ἀντεχνυς, ἀντιτέχνυς. 62, 1, TITULUS QUARTUS. 63, 4, *&. de.* 63, 8, *hac. ha.* 63, 18, *sect.* 9. *sect.* 8. 63, 28, *sect.* 1. 69, 27, *tom.* 2. *tom.* 4. 74, 8, post, und zugesagt/ insere, *quæ in exordio Capitulationis.* 75, 1, *pars parte.* 88, 1, *artic.* 18. *art.* 19. 88, 26, post benachbarten/ insere, *pone.* 93, 29, *art.* 42. *art.* 43. 97, 29, *art.* 40. *art.* 43. 104. 26, *art.* 2. *art.* 3. 104, antepen. *oppignoret. oppigneret.* 106. 19. dele, *vide* πέντ. *nostr. titul. jur. publ. tit.* 1. §. 5. *n.* 2. *in fin.* & 23, *cap.* 9. *cap.* 3. & lin. antepenult. *populus. populos.* 117, 7, *causâ, causa.* d. 117. 17. *Justitia, Justitiæ.* d. 117, 18. *vers.* 12. *vers.* 5. d. 117. 25. *est. &.* 118. 8. *infertur. refertur.* 119, 6, τελεῖσι, τελεῦσι. & lin. 11. ἀνασων, ἀναάσων. & lin. 12. αἰέχηση. αἰέχησι. 120, 17, *clausulâ, clausula.* d. 120, 26, *&. ex.* 124, 7, *pag. piæ.* & l. 9. *pag. piæ.* 125, 31, post *Bonum sit* dele *punctum.* 126, 17, dele *& anno* 1658. *in* πέντ. *nostr.* 127. 29. dele, *adde* πέντ. *nostr.* 128. 34. dele *&* πέντ. *nostr.* 129, 12, & 13. dele *quæ ratio nobis etiam in* πέντ. *nostr. &c.* & l. 15. *lib.* 9. *lib.* 4. & lin. ult. dele πέντ. *nostr. &c.* 130, 7, *Georgius. Georgium.* & l. 12. dele πέντ. *nostr. &c.* 132, 20, *num.* 1. *num.* 7. 133, 19. *rara sint. non rara sint.* 134, 17, *princip. & stat. Imperat. de Princip. & Stat. Imperij.* 137, 5, *cap.* 5. *cap.* 6. lin. ult. post *aliquoties* pone *laudatus.* 137, 7, post *& d. part.* 2. insere *cap.* 2. 139. 17, 264. 294. 140, 16, post


*Præ-*

Præfecti urbi, inſere, Præfecti annonæ, quandoque à Senatu, atque etiam à Proconſulibus. 141, 14, benecio, beneficio. 142, 1, ſtauit. ſtatuit. ead. 142, 12, πράγματϛ. πράγματϛ. 143, antepen. in t. A. in Hiſt. Aug. 144, 29, jus. hujus. 154, 9, actione, actioni. d. 154, 11, fac. fal. 157, 1, tom. 1. tom. 2. d. 157, 11, delicta. dicta. 159, 6, Præter. Prætor. & l. 27. ante Idem Cicero, dele punctum. 167, 18, cauſæ, cauſa. 175. 30, Regale, Regalem. 178, 10. Sereniſſimi. Sereniſſimo. 180, 3, terreſtre. terreſtri. 181, 21, delatâ. delata. 183, antep. Orbem. Vrbem. 184, 25, poſt venerabilis, dele comma. 184, 24, c. 1 & 2. c. 5. §. 1. & 2. & l. 15. diſput. feud. diſp. feud. 4. 190. 24. maloris. majoris. 194, 20, pulſa. pulſu. 4, repulit. reppulit. 197, 27, Angellis. & Angelis. l. 34, inſimulatus inſimulatos. 209, 3, manſuræ. manſura. 209, 19. thurieremis. thuricremis. 211, 23, poſt Judæos dele comma. 213, 10, præclarâ. præclaram. 215, 15, Conſtitutione. Conſtitutiones. 227, 14, Heliogabuli. Heliogabali. 233, colum. med. Hujus. C. Julij Maximini. 237. colum. med. Valeriani Junioris Cæſaris Conſtitutiones. 238, colum, 1, poſt Cari, pone comma. 244, §. 19, lin. 3. poſt Flav. Vopiſco. inſere Marcellino. 246, §. 2. lin. 2. ante Conſtantis, pone Conſtantij &. 250. colum. med. ante anno Imperij primo Mamertino & Mevita Coſſ. inſere Juliani Apoſtatæ Conſtitutiones. d. 250, colum. 3. Hujus. Joviani. 252. colum. med. Theodoſii ſoli. Theodoſii ſolius. 253. colum. med. Horum. Theodoſii, Arcadij & Honorij. 256, colum. 3, horum Impp. Honorii & Theodoſii. 262, 25, Codice Theodoſiano. De hoc Codice Theodoſiano. & l. 26. reſtituta. reſtituto. & l. 33. Sancto. Sƈto. & l. ult. Theodoſiano. Theodoſio. 263, 28, videantur. videatur. 265, 1, colum. 3. 567. 565. 266, 14, poſt ſeculi, dele comma. 267, 35. librorum. libris. 268, 2, Pantectas. Pandectas. & l. 36. Juſtinianiq; Juſtiniani, quæ. 285, 10, poſt Juſtiniani, pone comma 286, l. ult. Chronogrophorum. Chronographorum. 287, 14, poſt incurſionibus pone comma. & l. 26. poſt appetens, pone comma. & l. 35. poſt laudem, pone comma. l. ult. poſt mala, pone comma. 288, 19, conjuncti. cuncti. 289, 18, pervaſerunt. pervaſerant. & l. 34. plura in. plura. In. 290, 2, ubi. ibi. & l. 12. claudes. clades. l. 13. Abdulmutabili. Abdulmutalibi. l. 14. Monothelitatum. Monothelitarum. l. 18. poſt eſt, inſere ſequentia. Vnde cautè legeris Beſoldum in. l. 29 dele vel. l. 30. dicere. ducere. 294, 9, Raſvelſtadienſi. Raſveltſtadienſi. 295, 28, cofecta. confecta. 297, 18. Diſertation. Diſſertation. 298, 30, &, claſſ. l. ult. terum. iterum. 300, 10, poſt Imperium, pone comma. & l. 31. Bajoria. Bojaria. 304. 25, priſcar. priſcâ. 304. 29. orbæ. orba. ibid. poſt ſuo, pone comma. ibid. vocat. vacat. & l. 31. retemptum. redemptum. 308. 12. Scoti. Sƈti. 309, 12, adulterinus, adulterinis. l. 24. Ahenobardus. Ahenobarbus. 310, 6, Tricaſini. Tricaſſini. 317, 23, impterata. impetrata. l. 34. factum. fatum. 323, l. ult. Bobeia. Bohemia. 324, 19, coloris. roboris. lin. penult. poſt præfuerit, inſere: Alteram rationem duo Interregna, præbent. 327, 12. tit. Eitel. 328, 10. lemoto. remoto. 329, 16, publicè revocamus. lubenter agnoſcimus. 331, 26, poſt Davidis Blondelli, inſere Juſti Aſterii, 335, 4, perpetuo. perpetuo. l. 5.

l. 5. *eò*, *eo*. 536. 33. post *ſedem*, dele *comma*. 337. 2. post *Aſiæ*, dele *comma*. 341. 4. post *Goldaſt. dict. pag*. 430. inſere ſequentia. : *De Principum Germaniæ in aulis ſuis ſtatu œconomico* (*quod hic per parentheſin quaſi notandum*!) *ritè formando*, *lege Vitum Ludovicum à Seckendorf*, *à Dn. Bœclero in Muſæo*, 76. *& ſeqq. meritò laudatum*. d. 341, 12. *coſultationem. conſultationem*. 343, 29, post *conſtituto* pone) 345, 5, *indictæ. indicta*. 348. ult. post *circumvolabant*, pone *comma*. 328, 26. *Gravaminâ. Gravamina*. 354, 13. *ulteriora. ulteriore*. 359, 3. *verò. vero*. 361, 29. *anno annuo*. 365, 1, post *eſt*, pone comma. 366, 29. *ampulâ. ampullâ*. & l. 34. *ſerandâ. ſervandâ*. & l. pen. *Burgurdico. Burgundica*. 367, 33. *per egregia, peregregia*. 368, 27. *annum*, curſiv. 369, 27. *ſubſcripſit*. antiq. & l. ult. *per illuſtri. perilluſtri*. 370, 33, post *civibus*, pone *comma*. & l. 36. pro *pag*. 183. lege *pag*. 283. & l. 36. inſere ſequentia : *notanda hîc Mich. Piccarti obſervatio dec*. 8. *cap*. 8. *& Bernegg. ad Tacit. Agric. quæſt*. 168, 371, 2. *hiſtoriæ. hiſtoricæ*. & l. 30. *ptimordium. primordium*. ibid. post *habuit*. pone *comma*. 372, 6, *Chriſti*. CHRISTI. & l. 34. post *Communes*, dele *comma*. 374, 2, *Tratatus. Tractatus*. & l. ult. *Nota. Notæ*. 375, 2, & 3. *Anticonringia defenſio Juris Colonienſis in coronandis Romanorum Regibus*. curſiv. Ind. tert. lit. S. *Georgius* Henricus *Springsfeldius*, curſiv. ibid. lit. X. *Johannes Xiphilinus*. antiq.

FINIS.





005646991

